


B.P. Francisc. Xauieri





P. Gaspar Barzeus

R.P. PETRI
IARRICI
THOLOSANI SOCIET.
IESV

THESAVRVS RERVM INDICARVM.

In quo Christianæ ac Catholicæ Religionis tam in India Orientali quam alijs Regionib. Lusitanorum operâ nuper detectis.

Ortus, Progressus, Incrementa & maxime quæ APP Soc: IESV ibidem in dictæ Fidei plantatione ac propagatione Ad Annum vsq. M. D. CXI gesta atq. exantlata sunt non minus Vere quam eleganter recẽsẽtur.

Additæ sunt passim Earundẽ Regionum et eorũ quæ ad eas pertinẽt tam Chorographicæ quam Historicæ Descriptiones.

Opus nunc primum a M. Matthia Martinez e gallico in latinum sermonem translatum.

Permissu Superiorum.

COLONIÆ AGRIPPINÆ.
Sumptib. Petri Henningij.
ANNO MDCXV.



Mart. P. Ant. Criminalis



Mart. Petri Correæ



Mart. P. Alphons. de Castro



Mart. P. Ignacij Azebed



Mart. P. Gonsalui Syluerie



Mart. P. Rudolphi Aquauiuæ



Mart. P. Abrah. Georg. Maroni

Tomus III





PETRI IARRICI SOC. IESV

INDICARVM RERVM

Tomus Tertius.



APPROBATIO.

THesaurus hic rerum Indicarum, in linguam Latinam è Gallica eleganter translatus, nihil Catholicæ Fidei aduersum, aut bonis moribus repugnans tradit; honesta autem lectoris animum voluptate perfundet, vbi fælicia religionis Christianæ inter gentiles incrementa ob oculos posuerit. Magno igitur bono publico euulgabitur. Datum Coloniæ Agrip. die 20. Martii. 1616.

HENRICVS FRANCKEN Sierstorpffius SS. Theol. Doct. Regens Gymn. Laurent. Librorum Censor.

AVCTOR

AVCTOR LECTORI.

TAndem, beneuole Lector, promissam præsto fidem, & tertio hoc tomo ac parte, Indicæ historiæ supplementum, aut continuam seriem potius cuius sæpè variis in locis, superiorib. tomis memini, tibi propono pertingit hæc ad annum vsque millesimum sexcentesimum decimum, saltem in plerisque locis, non tamen in omnibus, vtpote cum eatenus, ipsorum ad nos monumenta nondum peruenerint. Hæc tamen fore tibi vt modo sufficiant spero, cetera alias exspectaturo. Si quis volumen hoc, quod nonnisi decennio gesta cōplectitur, aliis duobus, quibus quinquaginta aut amplius annorū gesta comprehēduntur, spissius ac maius esse miretur, is sciat oportet, in horum plerisq; locis, messe flauescente, minime opus fuisse, tot exspectare annis, antequam aliquis colligeretur fructus. Alii laborauerunt, *ait suis Redemptor,* & vos in labores eorum introistis. *Iam enim alii terram subegerant, coluerant, bonam sementem iecerant, noxiaq; zizania euulserant; iam frigora, gelu, & hyems abierat, verni redierat sereni-*

 tas,

tas, & frugibus sole iustitiæ ad maturitatem perductis, sola messis, collectio, inq́ horreum conuectio restabat. Quin & ab hoc tempore, maiori quam ante diligentia, in conscribendis vulgandisq́ inde transmitti quotannis solitis monumentis laboratum est; idque connitente imprimis P. Ferdinando Guerrerio Lusitano, defæcati ac solidi iudicii viro, & harum inter paucos rerum peritissimo; hic enim eadem singulis bienniis distincta, & in vnum corpus congesta, ad plurimorum, fidei Christianæ illis in locis progressum incrementaq́ scire desiderantium consolationem, in publicum edidit. Ab anno ergo M. DC. quinq́ aut sex vulgauit volumina; quorum ad me misit exemplar: è quibus quæ hoc volumine continentur, potissimum, hausi: tametsi mih & aliæ historiæ fide dignissimæ vsui fuerint, præsertim quoad ea, quæ Christianorum Thomæorum ad Catholicæ Ecclesiæ gremium reductionem concernunt. Sicubi in aliquibus æquo sim longior, in iis præsertim quæ digna & singularia sunt, studio id à me factum scias; vt hinc appareat, quonã vera Euangelica fides pacto illa in loca inferatur, nõ ferro inquã & ense, vti olim Mahometica, aut hodie Caluinistica; sed operib. prodigiosis, miraculis, per martyria, oppressiones, ac persecutiones, quibus & in primigenia olim Ecclesia creuit.

nit. Hæc ſunt, quæ te monitum volui, lector etiam modo precatus tibi, vt perſuadeas, nihil hic à me ſcriptum, quod non vel monumentis, vel auctoribus, quos equidem fide dignos exiſtimem, depromp ſerim.

Vale.

INDEX ARGVMENTORVM SEV CAPITVM, QVÆ HOCce Tomi III. Libro I. Thesauri Indici tractantur.

XXXIX.

XLVI.

HISTO-

MATTHIAS *diuina fauente clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Wirtembergæ, &c. Comes Tirolis, &c. Agnoscimus & notum facimus tenore præsentium vniuersis. Quod cum demisse Nobis exponi curarit noster & sacri Imperij fidelis dilectus Petrus Henningus Ciuis & Bibliopola Coloniensis, sese in eorum gratiam, qui Historiarum studio delectentur Petri Iarrici Tholosani Societatis Iesu Thesaurum rerum Indicarum, qui ad augendum Catholicorum zelum plurimum conducat proprijs suis sumptibus in lucem edere decreuisse. Metuere autem ne quod subinde sit expertus, æmulorum fraude vel dolo, qui primas editiones temere imitari, adeoq; ex alienis laboribus quæstum colligere soleant, ipse sperato laboris & impensarum suarum fructu inique frustretur. Ac proinde suppliciter Nos rogarit, vt indemnitati suæ, hoc loci Priuilegio nostro Cæsareo benigne Clementerq; consulere dignaremur. Nos pro singulari nostra in rem literariam affectione, precibus dicti Typographi gratiose annuendum duximus, vti vigore præsentium annuimus. Ideoq; omnibus & singulis Bibliopolis, Typographis, alijsq; quibuscunq; librariam negotiationem quoquo modo exercētibus serio interdicimus, ne quis supradictum Thesaurum intra proximum decennium, a prima eius editionis die computandum, præter scitum & voluntatem memorati Petri Henningij eiusq; hæredum intra nostros Sacri Romani Imperij Regnorumq; & ditionum nostrarum hæreditariarum fines, simili vel alio characteris genere aut forma, siue clam siue palam imprimere, recudere;*

vel

alibi etiam impressum aut recusum adducere, vendere vel distrahere audeat. Si quis vero secus fecerit, & Priuilegium hoc nostrum ausu temerario violare præsumpserit eum non solum istiusmodi Thesauro, perperam quippe recuso & adducto, quē quidem antedictus Henningus, vbicunq; deprehensum, siue authoritate propria, siue inuocato Magistratus loci illius auxilio sibi vendicare poterit, de facto priuandū, verum etiam pœna decem marcharū auri puri, pro semisse Fisco nostro Imperiali fraudis vindici, & pro altero semisse, iniuriam passi vel passorum vsibus applicanda, toties quoties contra factum fuerit, omnisq; spe veniæ sublata mulctandum decernimus. Dummodo tamen supradictus iste Thesaurus, nihil in se scandalosum, aut Orthodoxæ Religioni Catholicæ contrarium, vel Sacri Imperii Constitutionibus, aut bonis moribus aduersum, siue in præfatione, siue in textu, vel alias quocunq; modo contineat. Etiam dictus Henningus terna vt minus Thesauri huius exempla, iuxta receptum morem ad Cancellariam Imperialem quamprimum transmiserit. Mandamus ergo omnibus & singulis nostris & Sacri Rom. Imperii Regnorumq; ac ditionum nostrarum hæreditariarum subditis, cuiuscunq; Status, gradus, ordinis, conditionis aut dignitatis existant, tam Ecclesiasticis quam Secularib. præsertim vero iis, qui in Magistratu constituti, vel proprio, vel superior, nomine & loco ius ac iustitiæ administrationem exercent, ne quenquam Priuilegium hoc nostrum Cæsareum temere & impune transgredi aut violare patiantur, quin potius contumaces, si quos forte compererint, præscripta pœna mulctari, aliisq; modis idoneis coërceri curent, quatenus & ipsi eandem mulctam euitare voluerint. Harum testimonio literarum

manu nostra subscriptarum, & sigillo nostri Cæsarei impressione munitarum. Datum in Arce nostra Regiæ Pragæ die trigesima mensis Septembris Anno Domini Millesimo sexcentesimo, decimo quinto. Regnorum nostrorum Romani quarto, Hungarici septimo, Bohemici vero quinto.

MATTHIAS.

Locus sigilli
Cæsarei.

Ad mandatum S. Cæsareæ
Maiestatis proprium.

Vt. Ll. von Vlm.

Io. BARVITIVS.

HISTORIÆ RERVM MEMORABILIVM,

QVÆ TAM IN INDIA ORIentali, quam aliis regionibus, quas Lusitani detexêre, in fidei Christianæ ortu ac progressu contigerunt; ac præsertim eorum quæ in eadem fide docenda confirmandaq; SOC. IESV Religiosi & egerunt & passi sunt.

TOMI TERTII LIB. I.

PROOEMIVM.

SINE pœnitentia, *inquit ad Romanos Apostolus*, sunt dona & vocatio Dei; *id est, Non pœnitet Deum, infinitæ bonitatis & liberalitatis suæ thesauros in creaturas effudisse, aut homines ad cognitionem sui perduxisse. Tametsi enim dona gratis data, ingratis fauoreq́; oblata uti nolentibus sæpenumero subtrahat, mox tamen in alios, qui maius inde emolumentum percipient, eadem confert. Hinc videmus tot singulares gratias & charismata, in populum Israeliticum olim collata, ob illius ingratitudinem &* [Rom. 11. 30.] [*Ingratis Deus gratiam subtrahit, & aliis donat.*]

pernicaciam, ad Christianos & Ecclesiam Catholicam transmigrasse. Dederat quidem ille vineam suam veteribus vinitoribus, Israelitis nimirum, colendam, at quòd suo illi officio defuerint, & domini filium & heredem insigni cum scelere interfecerint, eamdem iis ablatam, aliis locauit agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis, *ut futurum aduersus se ipsi pronuntiarunt. Non aliter factum cernimus in regionibus, in quibus primigenia fidei Christianæ fundamenta posita sunt, in Palæstina inquam, Asia Minori, Græcia Aegypto aliisq́; locis, in quibus cum olim primitiua Ecclesia in tantum effloruerit, eadem iam schismatis, hæreseos, Mahometismi, & infidelitatis tribuli spinæq́; penitus occuparunt. Sed interea suos per Aquilonem, per Germaniam inquam, Hungariam, Poloniam & alias ad Septemtrionem prouinciaspalmites extendit. Quin & nostra patrumq́; memoria, eo ipso, quo nonnullæ Europæ nationes ab orthodoxæ maiorum fide & sanctæ matris Ecclesiæ obedientia se abstrahebant tempore, nouas tam in America, quàm India, China, Iapone, aliisq́; quin & nonnullis Africæ, iam olim incognitis locis ad fidem commigrasse constat.*

Matth. 21. 41.

Cum igitur Deo gratiam & cælestem influxum in easdem nationes effundere, & in eorumdem

eumdem effusione visum sit perseverare, easdem indies in fide magis magisq; confirmando, & nouas quotidie eidem aggregando, æquissimum ac rationi consentaneum videatur, vt quæ in iisdem mirabilia operatur Diuina Maiestas, vti cœpimus, prosequamur. Etsi enim regum ac principum secreta celare, bonum ac laudabile sit, opera tamen Dei propalare (vt Tobiæ olim Raphael ait) maxima cum laude coniunctum. Tob. 12. 7.

Quapropter, cùm quatuor superioribus historiæ huius libris, quæ superiori sæculo in India Orientali aliisq; locis Lusitanorum nauigatione detectis, quoad Electorum salutem, operari voluit Deus, prosecuti simus, restat iam, ut, quæ deinceps contigere, prout annuæ nobis litteræ ad annum vsq; M. DC. X. vel paulo inferius, quoad nonnulla Loca, suggerunt, referamus: At quod commode omnia vno includi libro nequeant, in duos eadem distinguemus, idq; ad ipsam Indiæ diuisionem, cuius vna pars, Septemtrionalis, illa nimirum quæ iam inde ab Insula Goana in occasum ad vsq; Cambriæ finem extenditur, appellatur; altera vero meridionalis, quæ a Cocino opido ad Chinam vsq; pertingit Hoc itaqua quinto libro comprehendemus quidquid tum in insula tum in ciuitate Goana in agro Salsetano, aliisq; urbibus, quas Libri materia. Mirabilia.

in hac ora maritima Lusitani possident, contigit; item quæ in regno magni Mogor, AEthiopia inferiori vel Presto Ioannis imperio; adiungemus obiter nonnulla de Mozambicano & Monomotapensi regnis. Vbi deinde Bonæ spei promontorium superauerimus, orientalem Africæ orã, de Angolæ regno paucis locuturi, curremus, ac præsertim Guineam superiorem, in qua paucis abhinc annis, plurimi reguli & dynastæ ad fidem transiere, præsertim in montis Leænæ regno. Denique oceanum emetiemur, disquisituri quid iam recenter in Brasilia contigerit, atque hic cursus noster finem habebit. Sequenti porro libro, Deo iuuante, de locis meridionalibus agemus. Vela igitur demus ventis, & à P. Nicolai Pimentæ Visitatione, ad loca septemtrionalia anni M.DC. initio instituta, ducamus exordium.

C A P. I.

Iter P. Nicolai Pimentæ Visitatoris Soc. Iesu in India Orientali, ad partes eius Boreales institutum describitur, plura hic ad fidei Christianæ progressum conducentia instituit.

P. Nicolaus Pimenta septemtrionalia Indiæ loca visitat.

P. Nicolaus Pimenta Collegiorum societatis Iesu per Indiam Orientalem visitator constitutus, annis superioris seculi duo desexcentesimo & vnde sexcentesimo, ad meridionales eiusdem tractus cum incredibili fidei progressu & incremento profectus est vt se-

cundo

eundo historiæ huius libro descripsimus. Deinde ex muneris sui præscripto, XIII. Decembris anni vndesexcentesimi die, ad Aquilonem cum vndecim sociis in duas naues, è nouemdecim quæ classem vnam constituebant, distributus, contendit. Has enim naues collegerant quo securius iter peragerent, & piratarum omne hoc mare infestantium incursus vitarent: in quos cum incidissent, sine vllo maleficio vlterius perrexere, piratis numero nauium bellicarum deterritis, felici ergo cursu postridie Kal-Ianuarias anni sexcentesimi Chanlem peruenere. Incidere hîc fortè in V. adolescentes Indostanies ad Christiana sacra conuersos, à Patre Emmanuele Pinnero, è Lahore (regia Magni Mogor vrbs est) per Sindam amandatos, collegii Paulini vt alumnos futuros.

V. Adolescentes Indostanii ad fidem conuersi

Comitem se eis adiunxerat, genere apud Saracenos habitus (quod à Mahometo originem duceret) nobilissimus adolescens; quiq; pro Christianæ religionis defensione non semel cum laude dimicarat. Verùm Mahometani aliquot, tam nefanda eius auribus hoc itinere de Lusitanis instillarunt vt mutata sententia Lahore vnde venerat, rediret. Ex hisce iuuenibus, quatuor Bandoræ relecti sunt, vt sub peritissimis citharædis & aulædis, in nouæ Lahorianæ Ecclesiæ vsum, musicam discerent & instrumenta pulsare. Quintus Goam in Collegium missus, vna cum alio stupendi ingenii adolescente, qui Mechæ insignem perdiscendo Al-

Item Mahometanus in Alcorano versatissimus.

do Alcorano operam dederat, bonamq; eius partem memoriæ mandarat: hinc Saraceni eum institores conduxerant, quo Caciziũ id est legis Ministrum ac mystam, simul & Alcorani lectorem atque interpretem ageret. Cæterum industria ac Zelo nobilis viri Lusitani effectum vt fidei auscultans volumen legis in manus sociorum deponeret. Hoc itaque pacto Visitator multa super missione Mogorica intellexit & inter alia à P. Pinnerò perscripta, hoc commemoratione videtur dignum. Adolescens Brachmana etiamnum catechumenus cum in ethnicos nonnullos incidisset ab eorum quopiam audiuit, scire velimus ex te, qui Patrum sub disciplina versaris, quam tandem legem illi doceant: ait adolescens legem quam docent & optimam esse, & sine hac nullam ad salutem patere viam. Tum illi: Itane, Brachmana cum sis, & funiculum hunc ac symbolum de collo gestes, loqueris? Non me Brachmanam, inquit, stirpe nego; Sed Dei beneficio, animo omnino me Christianum profiteor; moxq; vt baptismo tinctus fuero, hæc insignia exuam. Tum alius de ethnicorum numero: Christiani, Gafres aut Cafares sunt, id est legis omnis expertes. In hac repellenda calumnia dum tiro Christi strenuè laborat, & fidem criminante eam altero accerrime propugnat, ecce tibi derepente tegula (incertum vnde) in caput impii adacta, tam grauiter eum posternit, vt mox

Rex notabilis.

vt mox in loco exſpirarit. Indignati functo hoc ſocii interitu reliqui, vndiquaque magno ſtudio percuſſorem indagant, quem ſuſpicabantur clanculum à catechumeno ac facinus hoc ſubornatum; at neminem cum offendiſſent, cælitus impium, ob blaſphemam in fidem calumniam, caſtigatum nemo dubitauit.

Reliquum P. Viſitatoris iter iam proſequamur. Is cùm ſocios Chaule Bazainum miſiſſet, vnà cum Hieronymo Cotta Bandoram petiit, vbi à Chriſtianis magna animi gratulatione & plauſu exceptus fuit. Maxima illorum pars ad fluminis oſtium lembis vexillis conſpicuis inuecta, nauem eius circumdedere, & nauali quodam vmbratico conflictu inſtituto recreationi fuere. Summæ illi voluptati fuit tantus Chriſtianorum hic numerus; quorum plurimi Mahometanis oriundi, velut roſæ è ſpinis, è ſinu impiorum parentum excerpti: Nam à parentibus ſatis vili eos pretio redimunt Chriſtiani, quò è Satanæ poteſtate abducti, filii DEI conſtituantur: maiores deinde & prouectiores, fidei rebus imbuuntur, dein vel ad artes humaniores, vel illiberales, quo honeſtè victum comparent, admouentur: & horum iam ingens hic numerus. Viſitator cum Tanæ ſem domum & inſulæ Salſetanæ Eccleſias, quibus Socii noſtri præſunt, viſitaſſet; *Viſitator Bandoræ excipitur.*

tandem ad Collegium Bazainense peruenit, in quo seminarium erexit, vt adolescentes nobilitate & indole illustres illinc oriundi educarentur, literisq; & honestis moribus excolerentur, qui dein gnauiter in suorum salutem incumberent. Huius iacta fundamenta ipso Purificationi Deiparæ festo die habita concione, & solenni supplicatione, quæ in ipsa seminarii ianuâ terminabatur, præuia. Clerus, nobiles, populusq; vniuersus sua festum hoc præsentia honorare voluere. Purificationis Collegio inditum nomen, cùm quòd eo die cœperit, tum verò quod Deiparæ id semper curæ ac protectioni fore spes esset. Edita sunt & ab alumnis dramata magna spectantium voluptate & applausu. Ad prælectiones publicas Collegii, Vicarii rogatu, accessit explicatio Casuum conscientiæ, idq; in vsum Clericorum hac in re parum versatorum.

Seminarii nobilium initium Bazaini.

Venere dein Patres ad Collegium Damanense: hic scholarum discipuli honoris causa excepere eos tragœdia latina (quæ hac in vrbe, quod equidem sciam, prima fuit) tanta dexteritate & gestuum elegantia, vt & Goæ cum laude exhiberi potuisset. Recreabat opidanos nouum hoc spectaculum, ac mirabantur, biennio (tantum quippe temporis à ludo aperto effluxerat) tantum illos in litteris progressum fecisse, tamq; præclarum ingenii specimen exhibere posse. Non minus Patres recreabat, mirificus cum literarum studio virtutum et pietatis progressus. Certabant quippe inter se sancta qua-

Visitator Damanum venit. hic quid egerit.

cta quadam contentione in eleemoſynis ad carceres deferendis. Præſagiebat hinc Viſitator, inſignem illum in virtutes in puerilib⁹ annis affectum vnà cum ætate augendum. Exemplo fuerat ſic haud ita pridem adoleſcens quidam nobilis, domo Goanus, qui Collegii ſanctæ fidei olim alumnus exſtiterat. Ad hunc enim portum cum claſſe ſeptemtrionali, in quam nomen dederat, cum appuliſſet, commilitones pene omnes ad peccatorum exomologeſin Patribus peragendam verbis quàm grauiſſimis perpulit: tantus autem pœnitentium erat numerus, vt hebdomadam ſanctam dixiſſes.

Damani cum Viſitator ageret, mirabiles in animo motus & incredibile deſiderium ſenſit, Chriſtianis Abyſſinis ſuccurrendi, piaculum vt crederet grauiſſimum, ni aliquos in Dium inſulam Patres mitteret, qui commoda nauigandi occaſione oblata, hinc in Æthiopiam traiicerent, Chriſtianis illis afflictis & oppreſſis, in fidei & ſalutis rebus opitulaturi. (indigebant enim quàm maximè, vt qui non niſi vnicum ſacerdotem Indum, & quidem aliunde mutuatum, à quo iuuarentur, in fide conſeruarentur, ſacramentaq; ſuſciperent, haberent) Miſit itaq; Dium. P. Gaſparem Soarez, vnà cum fratre Melchiore Pirezio, exploraturos, num domus aliqua Societati hîc erigi fundarīq; poſſet, è qua operarii in Aethiopicam miſſionem cooptarentur. Quod ſanè haud infeliciter ſucceſſit, vt poſt videbimus, at damnum *Duos ſocios Dium miſit, & quam de cauſa.*

hinc sibi secuturum humani generis hostis præuidens, qua potuit arte rem impedire contendit; at cum eius ars omnis eluderetur, vindictam machinatus est, modò in Patrem Soarium, modò in Visitatorem; quem in flumine, haud procul à Damano, vt pòst referemus, cùm de hac missione dicendi erit locus, mergere conatus est.

Conversio Baneanis ad fidem. Interim dum Damani Visitator ageret, Baneanes quidam ad fidem transiit. Sunt autem Baneanes mercatorum Indorum genus, in negotiatione versatissimorum, & non minus in ethnica superstitione peruicacium. Erant qui tempus & operam in iis edocendis consumi frustra dicerent, quod ab idololatria & super stitione vix diuelli posse viderentur: at hic exemplo fuit, Deo, quæ impossibilia videntur hominibus, facilia, vbi manum admouere voluerit esse. Hoc autem modo peracta res. Damanensi in carcere detinebatur Baneanes hic vir ætate & iudicio maturus, Vltimo addicitur supplicio, quòd ab armamentarii regii expilatoribus plumbum puluerem'q; tormentarium, in publicũ peccans coemisset. Hac re cognita, Visitator, vnum è sociis in carcerem, qui hanc Christo animam vindicaret, misit, dicens, Eia age, Pater, vade, licet enim gentis illius peruicacia omnem salutis spem præscindere videatur, nostri tamen est muneris laborem non subterfugere, aut ab iis iuuandis, quantum commode fieri potest, deterreri: Abit pater, virum alloquitur, animum obduratum qua

potest

potest arte pœnitentat, i. hac die re infecta discessum est; altera rediens luce mentis illi caliginem errorem q; ostendere contendit. Tum Baneanes: Noli me, quæso pater deserere, sed ad vsque locum supplicii comitare. Vbi ad supplicium peruentum est. In carcere inquit, ad fidem conuersus eram, at aperire & patefacere mentem nolui, ne mortis id viderer metu aut supplicii euitandi causa fecisse. At quoniam iam in præ foribus mors est, enixè te, me vt doceas, & baptismo abluas rogo, hactenus enim bestiæ instar vixi, omnis cognitionis diuinæ expers. Tum illum docere Pater, & ad rerum capitalium præfectum nuntium mittere, qui de omnibus virum certiorem redderet. Is per eundem mandat reum ad carcerem reduci. Tum Baneanes, Credisne Pater, doctrinam, quam mihi tradidisti, ad animæ salutem sufficere, & hac duce recta ad beatitudinem me posse pertingere. Cum sufficere dixisset Pater, mori eligo inquit Baneanes, & vitam fugio, Baptismo me admoue, & suas præfectus partes peragat. Cum de nomine assumendo controuerteretur, quidam præsentium dixere, Saluatoris vt nomen assumeret. Quid hoc vellet, petit idem, inquiunt illi, quod Iesus. Hoc igitur mihi nomen imponatur Baptismo tinctus, crucifixi effigiem amplexus, & dulcissimum Iesu nomen inuocans, boni latronis exemplo, ea eadem die in cælum ad Dominum Iesum euolat. Triduo post Sodalitium misericordiæ & reliqui ciuium funus eius prosequuntur, sollu-

A supplicio liberari detrectat iam Baptizatus

solenni ritu corpus terræ mandatum. Integrum illud repertum, nec tetrum eflans fætorem, tum decenti amictum veste in templo misericordiæ depositum fuit, plaudentibus Christianis, & frendentibus Gentilibus & Saracenis. Mirabantur hic vniuersi, cognito Christum, non minùs Boneanum quàm aliorum, tametsi vulgò frustra ob gentis peruicaciam, fidem iis proponi dictitarent, saluatorem esse. Sed iam P. Visitatoris iter relegamus.

Pericula, quibus subductus est P. Visitator. *2 Cor. 11. 26.*

Ergo Damano postquam discessisset, & naufragium de quo iã antè meminimus, euasisset, in latrones incidit: participē scilicet illum esse voluit Deus laborum, quos in Gentibus Christo asserendis subiit Apostolus dum ceteris periculis suis fluminum ac latronum accenset. Cæterum Latrones, in quos incidit Visitator, Colles erant, qui numero trecenti omnem circumsecus regionem depeculati & peragati, infinita maleficia committebant. Quodam in vico, quem biduo ante Visitator cum suis transierat, quindecim neci dederant, triginta in captiuitatem abductis. Quocirca Patres noctu diuq; sine intermissione præmissis viarum exploratoribus, iter prosequentes, tandem sospites, sine vllo maleficio, Bazainum peruenere.

Alius in latrones incidit.

Non sic illorum insidias euasit P. Hieronymus Cotta. Nam cùm à Tana Ponceram per montes iter faceret, (Visitator enim mare conscenderat,) improuiso plusquam viceni in eum latrones irruerunt. Huic telis gladiisq; euertis necem minati, rebus pene omnibus non tamen

men

men auro quo carebat, spoliarunt, præter thecam reliquiariam: hac sola moderatione vsi, quòd ad tegendum corp⁹ vestem vtcumq; decentem, barbari licet atque ethnici, relinquerent: comiti adolescenti, qui amanuensem Coltæ agebat omnem penitus vestem ademerunt, solo cilicio, quod ad nudam adolescens gestabat, relicto. Eadem nocte iidem latrones vicum haud procul à Poncera, inspectantibus P. Visitatore eiusq; sociis, mox & alios succenderunt. Verum, his sepositis, Visitator cum Ecclesias Salsetanas Bazaini obisset, nouam S. Cæciliæ magnopere à Reuerendissimo Archiepiscopo Goano, vtpote magni momenti sibi commendatam, & à nonnullis hactenus impeditam, Ponceræ excitandam curauit. Hinc ad Chaulenses progressus, partium harum Borealium superiorem constituit Hieronymum Cottam, quòd eo ipso tempore viro industrio, qui & propiùs bene cœpta promoueret, & in animarum salutem, quæ hic Cousq; vicinis sperabatur, gnauiter incumberet, opus esset.

Chaule Visitator cum ageret, intra octiduum Paschæ, à Patribus Calecatanis litteras accepit, quibus felicem Andreæ Hurtadi de Mendosa supremi nauium Lusitanarum præfecti victoriam de nobili pirata Cunahale relatam, arcem quam præsidio tenebat, solo æquatam, naues ac liremes incendio consumptas, ipsiusq; piratæ & aliorum Saracenorum ducum Goam abductorum, captiuitatem, quę post describetur latius, intellexit. *Fama allata de expugnato Cunahale.*

Igitur

Gratiæ Deiparæ aguntur, & quare.

Igitur missarum solennia sacro ritu celebrari iussit, adhibuitque & concionem, Deo ob singulare hoc beneficium gratias acturus: permagni enim momenti hæc fuit victoria. In Deiparæ ea honorem celebrata: quòd præfectus Hurtadus, ob singularem quo Virginem prosequebatur affectum (erat enim is, cùm hæc ei prouincia committeretur, Sodalitii in templo S. Pauli instituti præfectus) hanc illi expugnationem priuatim commendasset, eamq; apud Deum patronam delegisset, quò felicem illi belli huius naualis apud Filium successum impetraret, nec fefellit illum spes. Propterea Visitator votiua Deiparæ sacra, non Chaule modò, verum & in ceteris Borealibus Ecclesiis, quæ sociorum essent curæ demandatæ, ob gratam tam insignis victoriæ illius intercessione ac patrocinio impetratæ memoriam, celebrari iussit

Deinde VIII. Aprilis anni MDC. vna cum sociis naue qua Anunzia appulerat, conscensa, post octiduum Goam peruenit, quam ob Præfecti naualis qui biduo antè appulerat aduentum & victoriam ouantem lætamque inuenit. Hîc visitationem P. Pimenta, anno superiore mense Decembri inchoatam, XV. Aprilis die finiuit. Iam videamus quid deinceps iisdem in locis circa Infidelinm conuersionem acciderit.

CAP. II.

Fidei in Prouincia Goana progressus ab anno MDC. ad vsq; MDCX. enarratur.

PRÆTER fructum illum, quem plurimi tam sæculares quàm religiosi sacerdotes præsertim è Dominicana, Franciscana, & Augustiniana familia, in ethnicorum conuersione fecere, cuius ad nos memoria non peruenit; ad fidei cognitionem Patrum societatis IESV operâ transiere, anno M.DC.I.

Conuersorum anno MDCI. numerus.

Primò in vrbe Goana mille sexcenti, in agro Salsetano haud procul à Goa sexcenti XLVIII. Ac ducenti LIV, fidei iam candidati baptismum enixissime petebant: in collegio Tanensi eiusque domibus vicinis CCCLXX. non modò ethnicos, sed & Mahometanos connumerando.

Chaule, Bazaini, Damani baptismo lustrati permulti, item in insula Dio; at certus statui numerus nequit, quòd nihil inde perscriptum sit. Hic est in genere fructus illo collectus anno circa fidei amplificationem, iam singularia nonnulla referemus.

Baptismus 1000. hominum.

Sollenni baptismo tincti Goæ in templo S. Pauli vel in collegio Sociorum, ipso S. Pauli conuersionis festo, cui templum dedicatum, mille homines: interfuit huic Prorex Arias de Saldagna cum vniuersa cohorte prætoria, qui aliquot catechumenos

de

de ſacro fonte ſuſcepit, præſertim tres adoleſcentes genere illuſtres, quibus (præter veſtem inſignem, qua ſingulos donauit) munia aliquot honorifica aſſignauit, quibus, dum per ætatem licebat, fungerentur. Archiepiſcopus hos & alios quos Prorex ſuſcipere volebat, baptiſmo abluit, quo vterque inſignem honoris divini & animarum ſalutis zelum oſtendit.

33000. Chriſtiani in agro Salſetano.

Salſetanorum agro tredecim ſunt Eccleſiæ, ſociorum noſtrorum curæ concreditæ; triginta tria his comprehenduntur Chriſtianorum millia, quorum indice & numerus creſcit & virtus pietaſq;: Hanc in rem vtilis inprimis fuit doctrina Chriſtiana, dialogi ritu conſcripta; quam pueri tam perfectè callent, vt magnam audientibus voluptatem, ſingulis dominicis feſtiſq; diebus, quibus coram vniuerſa plebe in templis ante Miſſarum ſolennia eamdem recitant, adferant, atq; hoc pacto à iunioribus diſcunt ſenes. Quotidie ſub veſperam ſingulorum vicorum ſi pueri vnum in locum collecti Catechiſmi doctrinam repetunt, quò prouectiores eiuſdem ignari confluunt, audiendoq; ediſcunt.

Permulti ſunt muſices periti & inſtrumenta pulſare edocti, quorum in ſollennioribus ſacris, Veſperis aliiſq; diuinis officiis, diebus feſtiuioribus, Vſus eſt. Hi ſiquidem pueri dociles ſunt quam maximè, & celerrime hæc, Ducopæis inuidiam facturi, perdiſcunt.

Salſetanorum pietas.

Cæterum is Salſetanorum in pœnitentiam affectus

affectus est & studium, vt feria V. Maioris hebdomadæ anno MDCI. tantus Margani & Racholiæ flagellis in tergum sæuire volentium numerus fuerit, plurimorum vt feruor, Patrum debuerit prudentia coerceri, maximè senum, ægrorum aut aliàs ad hoc ineptorum. Nullus siquidem excipi aut officio deesse videri volebat. Binas quotannis supplicationes singulari pietate & animi sensu peragunt; vnam in Paschate, aliam in vere Eucharistiæ festo, faces cereosq; , hunc in vsum potissimum coemptos, gestantes. Anno MDCI. in festo Augustissimi Sacramenti drama, dialogi instar, de dignitate excellentiaq; admirabilis huius Sacramenti, quo ad eiusdem honorem frequentationemq; excitabantur, exhibitum.

His aliisq; rebus indies magis magisq; in fide confirmantur, idololatriam pristinam perosi: tametsi non desint, qui velut debiles in fide, metuentes scilicet ne quod ab idolis vel dæmonibus, quos deseruere, malum aut danum sustineant; delubra adeant, numina; ceteri superstitione colentes. Erant qui hasce superstitiones peracturi, ad Saracenorum ditiones extra Salsetanum agrum, ad idolum olim in quodam Salsetano vico celebre se conferrent. Alii verò, sancto quodam zelo acti, in continentem ad Idalcanem spectantem egressi, tametsi cùm certissimo capitis periculo, idolum succenderunt, & sospites in Salsetam redierunt. Hæc sunt quæ de anno MDC. & sequenti comperta habemus.

Annis duobus post sequentibus maxima & lætissima animarum fuit, in horreum Ecclesiæ conditarum messis: Omnes enim baptismo, tū Goæ tum in agro Salsetano tincti, opera & industria Sociorum ad fidem aggregati, ad quinque millia & quadringentos ascendent, vt taceam illos mille ducentos, in Collegiis domibusq; Chaulensi, Bazainensi, Tanensi, Damanensi, ac Diensi baptismo lustratos. Nec mirum maiorem hisce annis quàm superioribus in animarum conuersione fructum secutum, quod operariorum numerus insigniter auctus increuisset. Nam P. Albertus Laertius Italus, ex India in Europam cum soluisset, Romam, quod Indicæ esset prouinciæ procurator constitutus, tum ob alia negotia, tum inprimis ad subsidiarios rogandos petiturus, quòd variis in locis iam recenter fidei & Euangelio ianua reseraretur, anno MDCII. vna cum LXII. Sociis, XXV. Martii Olissipone soluentibus, mense Septembri feliciter Goam appulit, & anno sequenti alii quindecim. Qui tametsi functiones Societatis instituto proprias hic omnes exerceant, tamen hic illas dumtaxat, quas Ethnicorum conuersioni impenderunt, referemus. In hac mirabilia plurima contigere, quibus suam in animas, quas ad salutem creauerat, bonitatem, misericordiamq; Deus patefecit: at nonnisi singularia quæq; enarrabimus.

6600. Baptizati annis 1602. & 1603.

LXII. Socii in Indiam appellunt.

Faber quidam cæmentarius ethnicus mul-

ra Christianis tum Goæ, tum in Salsete templa exstruxerat, cuius cum Salutem animæ omnes maximopere cuperent, multi ipsum fidei parere studuerant, in his Prorex ipse, præfectus Salsetanus, & Patres societatis: at frustra, nondum enim eius venerat hora, & alia est via, & inopinata ad fidem perductus: per pueros inquam, idque hac occasione. Ludum litterarium cum in Salsetano quodam is vico exstruxisset, in quo paruuli & legere & scribere & doctrinam Christianam docerentur, id est, discipuli ergo hoc illi beneficium à parte sua compensaturi, Patrem societatis, à quo instituebantur, adeunt dicentes, cum faber ludum illis, ipsius cum venia, exstruxerit, & pecunia qua illi opus persoluant, sibi non suppetat, facultatem saltem faciat, fidei illi Christianæ proponendæ, & Christo, si possent, asserendi. Puerili innocentia ac simplicitate delectatus Pater, Ite, inquit, bonis auibus, & virum, modò sponte velit, Christo vindicate, sin minus violenter non insisterent aut perurgerent. Hac potestate instructi pueruli, fabrum adeũt, petunt inprimis, ecquam sequeretur legem, quo viueret ritu, quinam illius religionis ac Dei mystæ; quin & tot illum interrogatiuncularum pedicis constrinxere, vt extricare se non posset. Denique Dei digitus, qui puerorum operâ cor illius tangebat, adeo illum permouit, vt aliquod conuersionis signum daret. Tum pueruli ad parentes, qui

Architectus quidam conuersus.

Per pueros Christô asseritur.

qui tum haud procul à cœmiterio templi, conuentum, quem Ganzariam dicunt, agebant, aduolant orantes, suppetias sibi vt ferrent in fabro ad fidem Christianam perducendo. Patres honori hoc sibi ducentes, filiorum causa, ita virum rationibus peruincunt, vt tandem cedens manus dederit. Aduocatur tum sacerdos noster, qui parochum loci agebat: cui faber: Quonam inquit, agat numine, ignoro: tot iam templa tum Goæ tum in Sallètano agro ædificaui, non Prorex, præfectus imo nec Patres, tametsi sæpius rem tentarint, in me docendo tantum profecere, quantum hodie paruui. Deinde ait, se, cùm visum Deo ad fidem vocare, tam bonum vel etiam meliorem in fide Christiana, quàm hactenus in superstitione ethnica fore & virum ageret. Adeò vt eo ipso die, quo Ludi dedicationem celebrarunt discipuli, cum quibusdam aliis Baptismi susceperit Sacramentum.

Diab lus puerum è Salsete abducere contendit. Alius adolescens duodennis aut circiter, Margani in domo Catechumenorum agebat, in quam, præter prouectiores, qui aliquot hic ante baptismum diebus commorantur, paruuli etiam recipiuntur, quia parentibus forsan ad nefaria sacra pertraherentur. Docentur hic pręter doctrinam Christianam mores honestos, simul & legendi scribendiq; artem, verum tametsi sedula eorum habeatur ratio, à parentibus tamen interdum, furtim ac clanculò abducuntur in continentem, vt fidem ei eiicent, ... nen aut postliminio redeunt, aut parentes

tes ipsos Christo lucrantur. Ceterum adolescens hic, de quo loqui contendimus, cùm hac in domo etiamnum catechumenus semestri spatio egisset, pater eius interim ad continentem, in Idalcanis ditionem concessit, à parentibus suis ad superstitiones ethnicas reductus. Horum certior redditus filius, vultum in tristitiam non contraxit:at quodam tempore domo abesse compertus est. Inquiritur & indagatur vndiq; viis, per quas in continentem ethnicorum patet adit⁹, obsessis: at nihil omnino de ipso in auditum, donec postridie Racholia reductus. Post diligentem inquisitionem à quo huc deductus fuerit, sciri non potuit, donec ipse se è domo Catechumenorum à quopiam euocatum diceret, foras vt prodiret patrem allocuturus: foras cum venisset, ab homine tetro & nigro, se manu ait, extensa inuitatum; ab hoc huc illucq; deductum dicente, hic est, illic est, & recta via Racholiam peruenisse. At, cum collem ascendere vellet, in cuius vertice fixa crux erat haud procul à via regia, ducem ad sinistram per saltus salebrosos & inuios proserpendo declinasse, & dixisse, idcirco se à via diuertere, ne crucem transire cogeretur. Tum puer præ pauore contremiscere, & retro vnde venerat reuerti velle, id est, metuebat tamen ne quod à ductore malum pateretur, qui modò colosseam, modo pygmeam assumebat formam, & interdum ex oculis euanescebat, dein iterum subito comparens, vt sequeretur, inuebat. Tandem Racholiam perduxit, haud

Illi apparet in forma æthiopis.

Crucem fugit.

procul à traiectu, dicens, Cymbam hanc ingredere, in aduersa enim ripa te pater præstolatur. His dictis disparuit, neu visus à puero amplius. Traiicere dum vellet, à portorii exactore visus, & ex habitu catechumenorum agnitus est. Is tametsi ethnicus, traiicere illum vetuit, at sacerdoti nostro Racholiæ agenti tradidit: inde Marganum magno omnium gaudio, reductus paucis pòst diebus baptismum suscepit.

Bazaini quoque Catechumenorum puerorum domus est, in qua à Patribus nostris edocentur, vt hinc digressi, vitam Christiano dignam agant, & interdum martyrio eamdem terminent, vt iamiam narrabitur. Puer Saracenis natus parentibus, cum plurimos annos hoc in seminario egisset, & coniugium dein Christiano ritu iniisset, naui conscensa in Saracenos incidit, id est, his se Christianum esse asseruit, & pro fide sancta mori paratissimum, à quibus etiam crudelissimè neci datus, sanctissimum Iesu nomen, quo ad loqui posset, assiduo proferens. Eadem in comites, quos sciebant, Christianos, crudelitate sæuitum. Eisdem ferè diebus interfecti quoque duo concionatores Christiani, quibus etsi vita promitteretur, modo à fide desciscerent, carnificum eamdem exponere maluere ferociæ, ad caput, Iesum Christum in quam, (qui animæ illorum vita) serpentium ritu, qui caput, in quo potissimum vita sita, protecturi reliquum corpus verberibus telisq; exponunt, incolume custodiendum.

Christiani aliquot martyres.

Dama-

Conuersio mulieris Persicæ & filiæ.

Damani mulier quædam genere nobilis, secta Mahometana, è Persidis oppido Girasio oriunda, baptismum suscepit vna cum filia paruula quidem & iuuencula, at eximiæ venustatis, tribus ancillis, & duobus seruis stipata, quos baptismus etiam Christo regenerauit. Damanum hæc vna cum marito Persa, negotiatore appulerat: Bellagato is venerat, hinc Armusiam transiturus suum vxor Catechumenorum præfectò, (quem vulgò Christianorum Patrem dicunt) desiderium apperuit. Is, cum in proposito hæc firma persisteret, nec leuitate duci comperta esset, solenniter ea examinata, ad Vicarium rem retulit & loci præfectum, id est, hi illam adiere, vbi cum marito diuersabatur, solenni ritu examinaturi. A marito itaque ex officio petunt, illius num vxor esset, quo annuente, vxorem rogant, Christiana fieri num velit? hoc se percupere sæpius illa respondit. Tum Vicario & præfecto visum, illam cum aliis satis sufficienterque instructam sacro lauacro admouere. Dein bona coniugum Pater, iuxta edictum regis Lusitaniæ Sebastiani, in Neophytorum ad Christum transeuntium fauorem promulgatum, duas in partes, cuique suam, diuidit. Doluit maritus, magis filiæ quàm vxoris causa; at ipsæ è contra lętabantur, quod pretiosam Euangelii margaritam inuenissent: Ipso Purificationis Deiparæ festo filia ad societatis deducta templum, splẽdide amicta, baptismi particeps reddita est.

Ad quem opidanorum ingens factus eſt concurſus. Magna feſtiuitate conuerſio hæc celebrata, quam Symphonia, & equeſtre certamen in ſtadio, & feſta tormentorum omnium diſploſio ſecuta. Non filiæ dumtaxat cauſa hæc facta, & aliorum mercatorum Mahometanorum, qui patrem illius comitati hic cum illo opportunum diſcedendi tempus prẹſtolabantur, qui interim dum vrbs plauſu reboaret, deiecta fronte & vultu nubilo per compita obambulabant. Hoc ſcilicet modo de Satana eiuſq; ſectaroribus Ieſu Chriſti triumphat fides.

Naufragium paſſi XII. è ſociis.

Anno ſexcenteſimo quarto XII. Socii vnà cum Prætore Martino Alphonſo Caſtrio Oliſſipone cùm ſoluiſſent, in Mozambico hibernare compulſi, commoda hinc Goam nauigandi tempeſtate (quam Monçonam dicunt) data, ſimul omnes nauem ſatis exiguam conſcenderunt. Hæc haud procul à Querimba in ſcopulos Pindanos duabus & viginti à Mozambico leucis, Indiam verſus, impegit. Mox igitur diſſecatur media & in varias diſſilit partes. Socii alter alterius excipere pro temporis breuitate confeſſionem, ad mortem ſe præparantes, item & alii: humanitus enim nulla euaſionis ſpes affulgebat, niſi forte brachiorum motu ad longum ſpatium enatando; atq; id nonniſi quàm difficillime, quod per noctis tenebras, nulla eminus appareret terra. At neceſſitate induſtriæ matre ſuadente, crates quaſdam è tabulis collectis, quas conſcenderent, prout potuere, compegeruut. Quindecim tamen

men Lusitani vndis abrepti interiere, & Indi permulti eadem naue vecti. Socii tamen nostri ad vnum omnes partim nando, partim alia ratione euasere, adeo vt postridie, alii circa vesperam, alii post solis occasum, tandem omnes, eandem ad oram, etsi post grauia vitæ pericula ac labores, appulerint. Pleriq; totum penè corpus nudi erant, & variis corporis in locis saucii, cum quòd in scopulos corallinos prominentes, quos mare hoc habet, impegissent, tum à foliis quibusdam, aquæ innatantibus, & nouacularum instar acutis, compuncti, deniq; tabula & nauis quassatæ fragmina, ita vndarum impetu ferebantur, vt sæpe in vitæ mersionisq; versarentur discrimine. At hoc naufragii periculo educti, Deo gratias egere, quod digni habiti, pro sancto eius nomine, quidpiam pati, vt similibus gloriabatur Apostolus dicens, *nocte & die in profundo maris fui.* Ad littus appulsi Saracenorum vicum decem inde leucis distantem, rectà petiere. Triduano hoc itinere magna rerum pressi sunt penuria cum fame confligentes. Accedebat ad cumulum malorum vehementissimus solis æstus, qui pellem corporis adustam discerpebat. Hoc in vico à Lusitano excepti & recreati sunt, deinde eiusdem naui Mozambicum reuecti: hic ab opidanis veste & necessariis donati conscenso iterum nauigio, Goam tandem sospites, Deo secundo, peruenere.

Omnes subducti periculo post multos labores.

In Ethnicorum conuersione ab anno MDCIV. ad vsq; septimum gnauiter sudatum est,

eſt, conuerſaq; ad Chriſtum, ſociorum opera, ſex hominum millia, circa quorum aliquos inſignes diuinæ prædeſtinationis effectus enituit; exemplo ſunt aliquot paruuli, qui ab vtroque parente derelicti & expoſiti, in ſociorum manus incidebant: ab his baptiſmo admoti & breui pòſt exſpirantes, recta ad cælum euolabant. Principis Saraceni, ad quem Armuzianum hereditario iure regnum ſpectabat, quod frater illius ſpurius præter fas inuaſerat, non minus fuit conuerſio admirabilis. Hic itaque viſo fratrem vi regnum patrium inuaſiſſe, Goam ad Prætorem aduolauit, de iniuria expoſtulaturus & à Luſitanis (quorum erat vectigalis) auxilia, quibus in regnum reſtitueretur, petiturus. Verum interim dum cauſam agit, perduellionis & læſæ maieſtatis accuſatus capite damnatur. Mortis in eum lata ſententia, adiit eum quidam Sociorum, & reum conſolaturus, & Chriſto, ſi poſſet, lucraturus: erat enim Mahometicis etiam tum ſordibus inquinatus. Verba rationesq; Patris, accedente interno Spiritus ſancti animam diſponentis, inſtinctu, adeo illum euicere, vt à primo congreſſu auſcultarit monenti: at quòd nox ingrueret, & maturius rem ſecum per otium perpendere rex vellet, poſtera die mane, vt reuerteretur, rogauit Patrem. Redit Pater, virum comperit ad Chriſtiana ſacra ſuſcipienda paratiſſimum, id eſt, petiit baptiſmum, interne ſibi à Deo inſpiratum dicens, baptiſmo ſe, ſi ſalutem conſequi vellet, debere tingi. Placuit.

Conuerſio falſi regis Armuziani, antequā Goa capite truncaretur.

cuit pium regis propositum Patri: quapropter singulare hoc illi Dei beneficium pluribus demonstrauit, dum breui æternum, pro terreno quod quinquennio aut amplius ambiuerat, regnum illi conferendum ait. Quare à Prætore & rerum criminalium iudicibus ad triduum illi vitam petiit, quo edoceretur & fidei mysteriis imbueretur prorogari. Interea Patres diuersi, noctu diuq; sanctis eum colloquiis ac sermonibus occupant, ad felicem eum ex hac vita transitum exhortantes, quò recta anima cœlos inuolet. Ipse quoque vicissim ita Christianis capiebatur mysteriis, vt sæpe se diceret, non humano aliquo intuitu, aut vitæ spe (cùm sibi breui moriendum nosset) sed vnius Dei & animæ conseruandæ ergo, Christianis aggregari. Dies morti decreta cum illuxisset, carcere egrediens oculos in crucifixi effigiem quam misericordiæ Sodales comitaturi gestabant, coniecit, & ante eamdem prouolutus, delictorum insigni cum dolore & pœnitentia veniam postulauit. Domus professæ superior & quatuor Socii aliique Religiosi comitabantur, virum consolaturi, vt ignominiam hanc, regio capite indignissimam, æquo animo subiret. Ad supplicii locũ cum venissent, quam fieri maxima potuit sollennitate baptismo ablutus est, & Sebastiani donatus nomine; debito prius [illegible]u interrogatus, id est, ad quorum singula maximo animi sensu ac pietate respõdit. Baptismate [illegible]o omnibꝰ adstantibus valedicit, & plurimos

mos Religiosos amplexatur; dein ad vxorem & filios conuersus, Christiana ad sacra vt transirent, est cohortatus. Denique in omnibus animum verè regium ostendit: hinc interritus & constans ceruices ferro subiecit, mortemq; tulit non quasi formidaret, sed expectaret potius; vt cum æterna eam vita commutaret, & regnum cæleste temporalis ad quod vivens aspirabat loco adiret. Hæc principis huius exstitit conversio. Alia non minus admiranda iisdem annis contigere: Sed sequenti eadem capite referentur: Verum ne cœptum fidei progressus filum interrumpatur, addendum videtur, annis MDCVIII. & sequenti, bis mille sexcentos & tres ac viginti salutaribus vndis tum Goæ tum in Salsetano tractu aliisq; eiusdem prouinciæ locis, ablutos. Inter ceteros prædonem latrociniis & cædibus plurimorum nobilem, id est, hic Damani morte damnat⁹, cùm ad supplicii venisset locum, à quodam nostrorum ad Christum adductus est: quare commissorum noxarumq; omnium petens veniam, baptismo tingi postulauit, cuius, pro temporis breuitate vtrumque edoctus, compos redditus est. Ita bonus hic prædo, veræ pœnitentiæ signa ob admissa ostendens, ex hac vita transiit, cælum, vt credimus, prædaturus.

Prædonis conuersio.

C A P. III.

Vincentius Aluarus Soc. IESV, & adolescens Indus martyrio afficiuntur; beata mors alumni Semina-

rii

rii Goani refertur, & miraculosa, alterius à submersione liberatio.

Mirumne est, qui castra sequuntur, interdum periclitari, & mortem occumbere? ic enim & inferuntur plagæ, & recipiuntur. ta mirandum non est, eos qui cum Satana & nfidelitate quam per mundum ille dissemina- it, aperto marte confligunt, interdum illius stinctu & incitatione, vulnerari, percuti, & eci dari. Est quippe, teste redemptore homi- da ab initio; vt pote qui viri innocentissimi quem Patres nonnulli protomartyrem di- int) Abelis, cædis fuerit, administro nefario parricida Caino, auctor & suasor. Iam ante quot illius feritatis argumenta vidimus, ec- & aliud recentioris memoriæ.

Ioan. 8. 44. Cyprian. lib. de bon. pat. Chrysost. homil. 5. aduers. Iudæos.

Anno MDCVII. duo socii Bazaino Goam ssi, Sacerdos vnus, & alter frater. Huic no- en Vincentius Aluarus, & Ferreria diaceseos orensis in Lusitania oppidum, patria; annum bat ætatis XXVII. quorum vndecim in Societate vixerat, insigni cum omnium domesti- um exemplo; & feruore ac pietate eximia. t & laboris pro Christo ferendi auidissi- s. Hinc instanter assiduoq; in Indiam velut tadium mitti cum postulasset, tandem vo- ddittus est compos. Non deerant hic illi os subiret labores, incommoda, mala, affli- nes, & maxima patiendi seges, imo nec rs quam subiit, de diabolo victoriam, iuxta n Vincentii nomen, referens & coronam marty-

martyrii, vti iam commemorabo, adipiscens.

Martyrium Vincentii Aluari è Societate Iesu. Bazaini itaque cum nauem conscendissent, vna cum aliquot Lusitanis, eodem pergentibus, & haud procul ab oppido Dabule abessent; piratæ quidam Malabarici, Mahometum professi, mortales Lusitanorum hostes, duobus myo paronibus instructi, nauim illorum adorti vectores omnes in captiuitatem abduxere. At quoniam Lusitani lytrum spondebant, Dabulem à Saracenis auecti sunt, (ad Idalcanem regem, locus is spectat.) eò quod hic quæstor & actor Lusitani Regis perpetuam sedem fixerit. In via, Caciziorum, id est sacerdotum, per quos duos illos socios designabant, redemptionem se dicebant nolle admittere, at ceruicibus præsectis in mare deturbare, quòd Mahometum eiusque legem oppugnarent. Hinc rabie acti diabolica, pugnis eorum capita contundere, & satis inhumaniter, non tamen alios captiuos habere. *Male à Saracenis habitus.* Cum haud procul Dabule abessent, fluuium inuecti sunt, atque inde præfectus nauis Patrem cum aliquot Lusitanis Dabulem emisit, qui lytrum ceterorum perquireret. Designarat is initio Vincentium Aluarum, at, sacerdos vt destinaretur, petiit Vincentius; nam sacerdos, inquit, cum sit, lytrum facilius obtinebit quod exigitur, ceteris licet Lusitanis diceret, Patrem ideo ad vrbem mittendum, quod infirmis esset viribus, quò

citius

ctius miseriis & Saracena barbarie subduceretur, his quippe solum se malis exponi velle quo socium liberaret. Insigne profectò charitatis exemplum. Interim verò dum Sacerdos & Lusitani de redimendis ceteris agebant, inciderat dies Veneris, quam Mahometo sacram habent Mahometani: quam vt Christiana quadam victima magis sacrarent Saraceni indigenæ, nauarchum adiere, & munere oblato simul de præda congratulantes, orant, vt, cum ot Christianos in sua potestate haberet, vnum Mahometo, quo eius celebrior foet festiuitas, mactare liceat. Non erat vltro propendentem, verbis opus ad illud faciius propellere. Optione ergo data, quo Saanæ victima caderet carior, in Vincentium mnium coniecti oculi, quo forsan nullus to- grege sacratior, quod Deo iam esset votis onasticis dicatus. Non refragatur præfectus, manus post tergum viro ligari iubet. Orant nixe Lusitani, hanc ne crudelitatem exerat, maius pro huius quàm aliorum capite trum spondentes. Instat è contra Vincentius, o sui redemptione ne verbum loquerentur, u tantam sibi gloriam ac bonum mortis licet pro Christo oppetendæ inuiderent. tentibus & lytrum pro eo spondentibus Lunis Nauarchus non auscultat, at vnà cum s morti illius inhiat. Verum quod meridicesset, & circa vesperam illum mactare nculo statuissent, vincula illi demunt, nec litandi hora aduenisset: tum renouant vincula

In victimã Mahometo seligitur.

vincula, & ad nauis eum proram, in qua plectendus, deducunt.

Magno suo gaudio.

Vbi se morti vidit destinatum, & iam martyrii candidatum, tam ingenti perfusus fuit gaudio vt tantam adstantes omnes, & Lusitani præsertim, in morte lætitiam, quasi ad nuptias & epulum solenne properantis obstupescerent: rati, hoc non à natura, quæ mortem pro more reformidat, sed à singulari Dei gratia cœlitus infusa, gaudium proficisci. Hoc igitur iubilo, mirantibus vniuersis, ad mortis locum properans, Psal[illegible]m *miserere mei Deus*; delictorum condonationem petens, decantauit: ad proram cum peruenisset, in genua prouolutus, captiuos omnes rogauit, suis vt Deum precibus sibi redderent propitium. Dein demisso capite, dicenti *Miserere animæ meæ Iesu bone*, à Saraceno ceruices præscinduntur, Tum ceteri Mahometani incondito clamore personantes impium & nefarium Mahometi nomen ouantes inuocarunt, ad cuius prolationem, vultu in terram deiecto, hanc vt victimam ratam haberet, petiere. Ita anima Vincentii victoriam ac palmam martyrii retulit, truncus in mare deiectus numquam postea comparuit.

Capite truncatur & cadauer in mare abiicitur.

Silentio inuoluendum non est adolescentis cuiusdam XVII. aut circiter agentis annum, Collegii Goani alumni, & Beatissimæ virginis sodalitio adscripti martyrium. Erat huic nomē Ioannes Emmanuel; Dium patria: quò cum rerum priuatarum ergò contenderet, Goam ad collegium, rebus confectis propediem, quo pere-

Martyrium adolescentis Indi.

pereundi occasiones effugeret,& cæptum studiorum cursum facilius percurreret, rediturus. Haud procul à Patria iam aberat, celoce vectus, dum ecce derepente Mahometani Malabarici, mare omne infestum reddentes, eamdem adoriuntur, & diripiunt. Adolescens mortis pro Christo oppetendæ cumprimis auidus, cum præclaram sibi iam oblatam occasionem sciret, patria, quam percallebat lingua, Saracenos exhortari cæpit, & Mahometi impostuas detegendo & Tartari supplicia, ni ad Christiana signa conuolent, proponendo, quibus exstimulati verbis, adolescentem mox, ceteris arcentes, quos pòst persoluto pretio dimise-, necant. Igitur non Goanum, vt putabat, seminarium, sed cælestium collegium admissus est: martyrii laureâ donatus & gloriæ olam indutus.

Non minus admirabilis est via atq; exitus terius eiusdem seminarii alumni, Laurentii, arii, tametsi, pro fidei defensione non occubuerit. Erat is gente Lusitanus & genere nois. Vtroq; se orbatum parente cum videret, sæculi huius insidias pereundiq; in eodem casiones perspectas haberet, Patres obnixè uit seminario se vt adscriberent, adhibitis ercessoribus Prorege & Archiepiscopo, bus pater carus iuxta ac familiaris olim fue-Hinc cum vterq; in ædem D. Pauli Colle-Societatis venisset, adolescens eorum pedi- aduolutus, multis cum lacrymis, idem d alias, postulauit. Tum illum ambo sub-

Vita alterius & mors admirabilis.

leuantes P. Visitatori tradidere, vt in seminarium admitteretur. Admissus, tam illustris vitæ exemplo omnibus consodalibus præluxit vt nemo non obstupesceret. Singulis hebdomadis & Confessionis & Eucharistiæ Sacramenta frequentabat, quotidie orationi meditationiq; incumbebat, & conscientiæ examen instituebat; ceteris oratorio egressis, ipse ab orando non surgebat. Singulis feriis VI. & sabbatis ieiunabat, & si quando conscientiæ rector id vetabat, non mediocriter dolebat. Tempore communionis lacrymarum imbre permadebat, & post ad aliquod tempus mentem colligebat. In verbis admodum circumspectus & prudens erat, & si quando sermones audiret misceri, è quibus nullus ad animam fructus promanabat, honestè colloquio se subtrahebat. Nemini respondit iratior aut acerbior, at æquo animo omnes tum verborum tum factorum tolerabat iniurias. Petebat ab eo Archiepiscopus, num qua re opus haberet, nulla, inquit, nisi vt, si quando per occasionem liceret, Patribus gratias suo nomine ageret, se quod alerēt & edocerent. Tantam hoc quippe sibi gratiam videri, vt gratiis se agendis imparē penitus agnosceret; orare se proinde Illustriss. D. Archiepiscopum, hoc vt se onere leuaret, cum tantopere Deo displiceat ingratitudo. Singulis septimanis flagellis in corpusculum sæuiebat & carnem admoto edomabat cilicio aliisq́ue austeritatibus. Quotidie Deiparæ percurrebat officium aliasq́; preces. In pauperes tantus

Illius pietas & virtutes.

tus

ius eius erat affectus, vt si quando haberet obuios, iis daret obuia, si nihil quod daret, ad manum haberet, in genua prouolutus ter orationem Dominicam & Angelicam Salutationem pro iis recitaret, Sociosq; ipsum vt facerent exhortaretur; ab egenis verò, quod nihil daret peteret veniam. Quodam tempore cum in quemdam grauiter saucium incidisset, postquã orationes aliquas recitasset, strophiolum illi dedit, quod plura quæ daret non suppeterent, veniam deprecans. Hanc vitę sinceritatem pietatemq; cum assiduo coleret, & omnibus vitæ salutari exemplo esset, in morbum incidit. Tum demum quibus à Deo charísmatibus donatus esset, manifesto patuit. Vbi morbum vidit ingrauescere, finem adesse vitæ intellexit; quod & ipse prius quàm à medico audisset, aperuit. Exinde ad mortem se frequentius noxarum confessionem peragendo, & sacrosancto se viatico communiendo parat. Deiparam tiam & Christum redemptorem crucifixum, uius coràm se habebat effigiem, frequentibus recibus & colloquiis compellabat. Numquã lum visebat medicus, quin sanctis adolescens sermonibus permotus lacrymans domum iret. Tantam honestatis ac decoris rationem abebat, vt quamuis infirmus, & interdũ phresi laboraret, numquã se denudari pateretur, t à quoquam nudum conspici. Adstantes enissime orauit, vt, quando vitæ supremam esse horam cernerent, suauissimorum Ie- & Mariæ nominum sibi memoriam

Aeger ad mortem se parat.

Visiones ante obitũ. refricarent, tametſi eadem non videretur intelligere poſſe. Paulo antè quàm è vita decederet, non parum turbatur, at reſumpto animo viribuſq;, diabolum, quem ad parietem conſpicabatur, ſecundo à ſe propulit (vt poſt adſtantibus enarrauit,) dein tantam vultus hilaritatem induit, vt geſtiens animus cum cæleſtibus intereſſe choris videretur. Rogatus ecquid vidiſſet diabolum antè, at pòſt, Angelos, Redemptorem Ieſum Chriſtum, & Deiparam Angelicis ſtipatam turmis conſpectos aſſeruit. Inter hæc colloquia & ſermones illi incidit ſymptoma, quo innocens & pura illa anima recta ad cœlos euolauit, in perpetuum conditoris ſui conſpectu perfruitura. Adoleſcentis huius obitu inſignis morum in ceteris alumnis mutatio ſecuta. Sodalitii Deiparæ collegæ tam auidos ſe virtutum huius imitandarum oſtendebant, vt cum præfecto Sodalitatis, pluſquam horæ ſpatio, de illius inter ſe ſint virtutibus collocuti, & notatæ inter ceteras quas iam ſuprà recenſui. Hæc eo retuli, quòd ſeminarii alumnus eſſet, qui, ſi longiorem dediſſet vitam Deus, fidei impiger aliquando præco futurus erat.

Puer à naufragio liberatur. Eamdem ob cauſam, non erit abs re commemorare mirabilem pueri cuiuſdam à ſubmerſionis periculo liberationem. Quartum is decimum ætatis agebat annum, & cum patre è Luſitania in Indiam venerat; pòſt vnà cum ipſo in Europam rediens, è naui in mare delabitur. Nauis plenis inuecta velis, ob ventum

tum secundum, momento præter vehitur; frustra iaciuntur rudentes, vasa aliaq; quæ apprehenderet. Vnda vehementior, æstus rapidus, & vento turgentia vela nauem ita propulerant, vt omnis ex oculis iam enanuisset. Nandi non vsque adeo peritus erat, adhæc duplex & lanea cum grauabat vestis, sed animum penitus non despondit, at manibus in cœlum sublatis Dei opem, Deiparæ aliorumq; sanctorum Patrocinium implorat, sæpius Iesu & Mariæ nomen repetens. Iam ad tres his in angustiis horas hæserat, & vnda omnem interclu serat respirandi facultatem. Cymbam exinde tres ingressi per mare vagantur, nominatim illum, tametsi non apparentem, (sub aqua cum hærebat) alta inclamant voce. Verum subitò, Dei nutu, emergens capite in nauigium impingens, extensis ipsum brachiis comprehendit, Deiparæ auxilium inuocans dicens, Virgo, quis me iuuat? Tum à remigibus comprehensus ad onerariam vehitur; hic aquam haustam euomens sibi redditur, Goamque redux Societati adscribi enixe petit. Voti factus compos, Nouitiorum domum ingreditur, quam libentissime à Patre eo oblatus, à quo eum iam secundò, tam manifesto eductum periculo, accepit.

Opem Dei ac Deipara inuocat.

Anno MDCVI. aut circiter Prouincialis in India Synodus indicitur, ad quam omnes Catholici Indiæ Orientalis Episcopi conuenere, præter Metropolitanum, Goanum scilicet Archipræsulem, suffraganei Cocinensis, Cranganorius,

Concilium Prouinciale postulat B. P. Xauerii canonizationem.

norius, Malacensis, Chinensis & Iaponius Episcopi; non tamen postremus, at suum legatum misit, P. Franciscum Capralem Soc. Iesu. Inter cetera decretum est, vt synodalis ad summum Pontificem Epistola, omnium Episcoporum nomine mitteretur, qua B. P. Franciscum Xauerium sanctorum numero adscribi ab ipso postulabāt, cùm quòd plurima ad eius inuocationem, præsertim ad sepulchrum in templo Paulino Goæ, miracula patrarentur; tum vero ꝙ celebre toto Oriente illius sit nomen, & plurimi ad tumulum eius peregrinationem instituant: tum deniq; quod maximis Christiani & Catholici omnes Orientales, erga illum, vtpòte erga patronum, Apostolum, & primum Euangelii iis in regionibus prçconē nominibus sint obligati. Hæc sunt præcipua quæ in Goana prouincia, quoad fidei Christianæ progressum, ab anno sæculari per decennium gesta comperiuntur. At quoniam hinc in Mogor, in Abyssinorum, & Monomotapę regnum peti solent operarii, sequentibus capitibus referentur ea quæ iisdem annis hisce in locis contigere. A Mogore ducemus exordium.

CAP. IV.

Expeditio magni Mogor ad meridionalem Indiæ partem describitur. Arcem Syranam & regnum Breampuranum occupat.

Magni Mogor expeditio.

QVarto historiæ huius libro narratum est, regem Mogor Achebar nomine, cùm regno Decanensi aliisq; Australibus Indiæ locis inhiaret, Lahore cum vniuersis copiis Agram, atq;

atq; inde in Decanense regnum transiisse. Sequebatur hunc quocunq; locorum P. Hieronymus Xauerius vnà cum Benedicto Goezio socio suo, quo pium eius in fidem Christianam & Socios nostros affectum, solita beneuolentia foueret, ne is verò interim nihil fecisse videretur, librum conscripsit, quem *fontem ♃ vitæ* nuncupauit, quo prægnantibus & variis rationibus fidei Christianæ veritatem adstruebat, & sectas omnes, præsertim Mahometanam, infringebat. Regi opus dedicauit, quem hic Philosophi, veritatem inquirentis, nomine, loquétem introduxit. Quod dein in linguam Persicã, adhibitis illius peritissimis traduxit: tametsi ipse eiusdem adeo peritus foret, vt & Persæ ab illo plurimas se loquendi elegantias discere ingenuè faterentur. Rex igitur indies in Australibus Indię regionibus imperium dilatabat centies millena armatorum tum peditum tum equitum millia, plusquam mille elephantes ad bellum edoctos secum trahens. Superauerat iam montes Gatæ, per aditus adeo inuios & salebrosos, vt dies nonnumquam totus ad emetiendum spatium, quantum sclopi iactu intercipi potest, fuerit consumendus, quod illi rupes, vt equidem credo, perfringendæ fuerint. Antecedebat illum dux cum L. hominum millibus: hic cum iampridem firmissimum regis Melicani propugnaculum i-armata expugnasset, cæteras regni vrbes Magnus Mogor facili negotio subiugabat. Iam Idalcanis ditionem inuaiu-

Centies mille homines in aciem producit.

rus dicebatur: tamen ne quem à tergo hostem relinqueret, recta opidum Breampuranum adiit, quod propugnatoribus destitutum reperit, vt suo referam loco.

In hisce bellicis tumultibus ac turbis Xauerius vna cum socio solita pietatis peragebant exercitia, ea mentis quiete ac tranquillitate, quasi inter Christianos egissent, sacra missæ solennia in ara portabili celebrantes, & ceteras instituti sui functiones non intermittentes. At quòd Emmanuel Pinnerus, Lahore solus manserat, vt exiguum illum Christianorum gregem, quem Christo lucrifecerant, in officio contineret; ducentis propemodum leucis ab Hieronymo semotus (tantum enim Lahorem inter & Breampurem est interuallum) Nicolaus Pimenta Visitator, coadiutorem illi & subsidiarium sacerdotem mittere decreuit, qui laborem solaretur, & pro posse subleuaret, tum etiam, vt, si quid Hieronymo accideret humanitus, insignis illa amplissimæ messis spes, non penitus deperiret. Missus in hanc rem P. Franciscus Corsius, qui Damano soluens recta Cambaiam petiit, quò Xauerium pariter conueniret, & qua Lahorem peteret via, edisceret. Martii initio, is in Cambaiam peruenit, anno MDC. vbi dum opportunum vlterius pergendi tempus præstolatur, concionibus habendis, catechesi explicanda, sacris celebrandis, sacramentorum, præsertim Confessionis & Eucharistiæ administratione, Christianos loci consolatur & iuuat. Nullum

enim

enim id temporis ſacerdotem habebant, à quo officii commonerentur. Baneanes (mercatorum Indorum genus eſt, Pythagoreorum ritu viventium) illi attulere litteras Magni Mogor, quas Xauerius Sociis omnibus, vltro citroq; Agram, Lahorem, & Cataiam verſus commeantibus, impetrarat: per has locorum præfectis imperabat, vt quidquid ad iter ſuſcipiendum illis neceſſarium foret, quin & corporis cuſtodes, abunde ſuppeditarent.

Litteræ magni Mogor in fauorem Sociorum.

Præfectus Cambaianus hiſce viſis, Corſio ſe itineris comitem obtulit (in regiam enim propediem properabat) excuſare ſe Corſius, quòd in mandatis à ſuperiore accepiſſet, non prius inde diſcedere, quam Xauerii habito congreſſu. Obtulit dein in itineris ſumptus aurum, ſed nihil penitus admittentem, filio qui abſente patre regimen loci habebat, commendat, vt omnia ad iter illi neceſſaria ſubminiſtraret.

Haud multo poſt, Cambaia diſcedens poſt menſem, quarto Iunii die, in caſtra regia peruenit, ſed non ſine periculo. Nam non procul Cambaia ipſum & comites per inſidias quinenti adorti ſunt prædones, ſed ab his, ipſius ite ſignani prædonum opera, Deo volente, ira ratione liberati ſunt. Hic enim cum Camiam veniſſet (exploraturus forſan tempus, o Pater cum ſuis iter ſuſciperet) vrbis præus, & Cogeſultanus Hamet, qui Regio noe legatus Goam proficiſcebatur, illi impe-, vt ſaluos Patrem cum ſuis, in Sambuſſa-

Diſcrimina quæ per iter P. Corſius ſubiit.

ram opidum, quod itinere bidui Cambaia distat, perducat. Vti mandatum, sic & præstitum: additi enim in custodiam permulti equites: per viam ostendit illis prædones, in insidiis collocatos; quibus iniunxit, ne quis se moueret. Sambussara digressis, vrbis præfectus, centum equorum & aliquot elephantum comitatu, ad tres leucas socium se addidit; dein digrediens vicenos equites totidemq; pedites sclopis instructos dedit, à quibus Barrochium perducerentur. Hic redditæ litteræ P. Xauerii, & cognitum iter à prædonibus insideri: sed à præfecto Cambaiano à regia redeunte insignem eorum partem, quingentis trucidatis, & decem elephantis interceptis, profligatam. Hæc P. Corsius in litteris XII. Maii datis, qui reliquum iter aliis litteris prosequens, mille se itineris comites, & plerosq; equites quos Mogor rex Meiræ Mustaphari, regis Guzaratani filio attribuerat (qui deinde nescio qua de causa, viginti turmas, quibus præerat, deserens, Iognis institutum assumpsit,) habuisse scripsit. his se ex mercatoribus aliisq;, ad quater millena capita, aggregarant. Tridui itinere cum Breampure abessent, mille eos prædones ex insidiis adorti sunt; sed impressione & conflictu inito, omnes in fugam, centum antè confossis, acti è Mogorianis nonnisi viginti desiderati. Hæc victoria vni debetur elephanto, nam is impetu facto omnem prædonum equitatum turbauit & in fugam coniecit. In castra Corsius tandem peruenit, hic cum Xauerius

Predonum potestas in Cambaia.

P. Corsius in castra regia peruenit.

uerius & socius & Christiani aliquot, ad bellum profecti magna amoris significatione amplexi sunt. Eodem die in magni Mogor conspectum venit. Inde Lahorem transiit ad Pinnerum: quid hi iuncta industria effecerint, tum demum referemus, vbi belli superioris exitum descripserimus.

Rex Mogor Achebar iam omnem illum tractum Indo & Gange comprehensum, quam Indiam vulgò vocant, imperio suo subiicere multis abhinc annis decreuerat. Cui⁹ cùm partem potiorem occupasset ad reliquam subiugandam primo regnum Decanense, & dein Goanum, Malabaricum, & Bisnagense animũ appulit. At cum iam pridem Decanense in regnum expeditionem suscepisset, regina virilis animi & ingenii mulier, Lusitanorum & magnatum suorum fulta auxilio, in aditu regni Bararensis in quod nonnisi per loca confragosa ingressus patet; Mogorianorũ permultos profligauit. Hac è vita sublata, Decanẽses in factiones plurimas distincti, regno exitio fuere. Hi enim auro illecti illi inanibus sponsionib⁹ deliniti, dum quisq; optimatum res suas in meliore cogitat collocare statu, vt rebus turbatis diuisq; fieri vt plurimum solet; Magno Mogori a-tum in ipsum fecere. Is ergo primũ Melicanũ gnum subiecit, cui filium magnis cum copiis moq; præsidio præficit. Inde progressus vlteris ad regnum & vrbem Breampuranam, hãc à e Miramo desertã vacuamq; occupauit, con erat is enim ad propugnaculum Syram, quo lũ toto regno firmius; quodq; tum ob loci

Magni Mogorus conceptus.

Regnum Decanense subiugat.

Item opidũ Breampuranum.

ſitum ac naturam, tum ob communitionem expugnari penitus non poſſe videbatur. Situm quippe montis in iugo, qui ad quinque leucas extenditur, triplici circumquaque cinctum muro, & quidem ea constructo arte, vt ex vno alterius facilè inſtitui poſſit defenſio. Intus habebat fontem perennem; lignorum, leguminum, aliorumq́; commeatuum ad ſexaginta propugnantium millia in annos plurimos alenda, ingens domi erat copia. Tribus tormentorum bellicorum & quidem maiorum inſtructum erat millibus, quæ dum exonerarentur ſingula, cælum horribili reboatu ac fragore tonare dixiſſes. Præter regem Miramum, qui huc velut ad aſylum ſe receperat, eadem in arce ſeptem erant reguli, qui patrio more, vna cum familiis & comitatu ſemper hic agunt, nec loco recedunt, niſi forſan, regia ſtirpe deficiente, proximus illi, regni poſſeſſionem adeat. Regni præfectus, gente Abyſſinus, & viribus animoque præſtans, vna cum aliis ſeptem ducibus validiſſimis, hic item verſabatur: hi licet duces Mahometanam impietatem ſectarentur, è Luſitanis tamen erant oriundi. Hi omne hoc bellum dirigebant, arcemq́; non minori induſtria quam viribus tuebantur. Hinc, tametſi Mogor ducentis pene hominum millibus eam, cingeret, operam omnem & oleum perdebat; neque enim loci ſitus, nec baliſtarum fragor, nec propugnantium induſtria, illum accedere ſinebant, vt vi armata eam ſubiicere poſſet. At aurum & munera, quibus ad vrbium regnorumq́;

Syra arx inuincibilis.

Huc rex Miramus ſe recipit.

Magno Mogor obſidetur.

rumq́;

rumq; ſubiugationem nihil haberi fingiq; validius poteſt, eam, vt iamiam commemorabo, ſubuerterunt.

Mogor ergo locum ſe expugnare non poſſe cum cerneret, & leoninam non ſufficere, vulpinam aſſuere pellem & arte doloq́;, quib⁹ valet, rem aggredi ſtatuit. Ergo Regem Miramum ad colloquium inuitat, per regiúm iurans caput, (quod iuramenti genus inuiolabile putant, vti & dum per patrium caput iuramentum concipiunt) ſtatim à colloquio, ſine vllo maleficio indemnemq́; ad arcem remittendum. Deliberat Miramus de rei exitu ſuſpenſus. Abyſſinus præfectus & ſeptem alii duces, arce egredi minimè è re eius eſſe cenſuere: at alii nonnulli, auro iam, vt creditur, victi, ſecus cenſuere: quorum conſilium ſecutus, collari inuolucro in ſtolæ ritum adaptato & aduſque genua protenſo, in ſubiectionis ſignum, egreditur. Vt in magni Mogoris conſpectum venit, tertio illi ſtatuæ ritu, immobili, honorem magna vultus demiſſione exhibuit. Propius accedenti Miramo, & caput iterum reuerentiæ ergo inclinanti, è ducibus Mogorianis non nemo manus iniecit, & arreptum per capitis tegmen in terram proiecit. Annuente Mogore credibile illum id aggreſſum, tametſi, hanc ſibi diſplicere oſtendens inſolentiam, ducem illum reprehenderet, ſed ſatis leuiter. Regem ergo Miramum benigne affatus, litteras ilico ad extimi arci cuſtodes ſcribere iuſſit, quarum latori faciem dari voluit acceſſum, vtpote qui ſine maleficio

Miramus egreditur cum Mogore locuturus.

Præter promissum retinetur.

leficio veniret. At poſt redire ad ſuos rex cum vellet, Mogor iuramenti oblitus aut periurus, abeundi dare facultatem noluit. Abyſſinus præfectus re cognita, mox filium ad Mogorem cum litteris miſit, quibus regem ſuum, ſi forte neſciret, ab illo detineri ſignificat; qui verbo eius fretus cum egreſſus eſſet, nefas videri ait, à Mogore liberam illi abeundi reuertendiq́; poteſtatem pollicito ipſum ad ſuos reuerti prohiberi. Orare ſe proinde abitum vt concederet, poſt bello premeret prout liberet Mogor cum penes Abyſsinum hunc, rerum verſari ſummam, perſpectum haberet, & hoc ſuperato locum facile preſſurum à filio petit, num pater adeſſe iuſſus, ſe ſiſteret. Adoleſcens liberè & animoſe patrem, cum ſe ad regem hiſce cum litteris miſerit, eum eſſe virum negat, qui hoc locum modo regi cederet, aut colloquii gratia ad hoſtem excurreret. Perſuaderet ſibi proinde, ſciente illo arcis poſſeſſionem minimè adeundam. Si Miramum nollet dimittere, non deforte ſucceſſores. Pupugit Mogorem animoſa adoleſcentis oratio; quamprimum ergo confodi imperat. Tum Abyſſinus Mogori nuntiat, orare ſe ſuperos, ne vmquam tam infidi regis faciem intueri detur. Dein tegmen collare aſſumens, propugnato res & præſidiarios hac oratione compellat: Inſtat hyems commilitones; quæ Mogorem ab arcis obſidio detenebit, & vniuerſam ſuorum cladem metuentem domum redire compellet. Locum hunc nemo mortalium expugnabit, niſi forte Deus, & cui

Libera reſponſio filii præfecti arcis.

Præfectus ſibi laqueo vitam eripit.

Deus

Deus aut præsidiarii tradere voluerint. Potior sanè & honoratior longè illorum sors est qui æquitatis iura tuentur, quocirca animose locum defendite. Equidem vitam pertæsus libens defungor, ne tam scelesti cogar regis vultum subire. His dictis tegminis nodum coarctat, sibiq; fauces intercludit. Res & mors viro adeò generoso penitus indigna, qui vultum, nedum tormenta hostilia veritus, sibi ipse vitam eripit. Tametsi generosum hoc & egregium ethnici censerent facinus; ipsa tamen dictat ratio, pusillanimitatis & inertiæ signum esse & infame. In rebus enim duris & asperis, superandis, non verò in minori malo ad maius euitandũ seligendo fortitudinis sita virtus est. Sed ad lineam. Abyssino demortuo, præsidiarii ad aliquot dies locum defendentes magnas Mogori fecere difficultates; sed frustra tentatis omnibus locum tormentis quati vult Sed cum ad manum nulla haberet, Xauerium sociumq; qui castra sequebantur, ad se euocat, vt à Lusitanis Chaule agentibus (emporium est centum inde leucis distans, Lusitanici iuris) per epistolam eadem peterent; suas se quoq; tum ad hæc tum ad alias munitiones petendas litteras additurum, vt cum iam amicitiam iniissent, vtrumq; ad se quantocyus mitterent.

Non is actus generositatis, sed animi imbecillis.

Cui Xauerius, imperari sibi rem ait quã nulla ... eret ratione adimplere: nefas n. sibi esse, hæc ... usitanis petere aut petenda consulere, vt po... egibus Christianis vetita. Non aliã credo ob ... sam, quàm ꝙ ante paulo pacẽ ac fœdus illi ... a Miramo rege iniissent. Barbarũ adeò mo-

Magnus Mogor Xauerio succenset.

mordit libera Xauerii oratio, vt rabie æstuans quantocyus regia proſcriptum Goam redire compulerit. Ilico ſe Xauerius cum ſocio ſubducit, abitum adornans. At quidam procerum amice ſuaſit, ne loco excederent; fore enim, vt aliquot inde leucis interceptos necari iuberet. Idomi proinde ſe continerent, donec ira regia detumuiſſet. Cuius conſilium dum ſequuntur, regem tam pacatum, vt antè, beneuolum, experti ſunt.

Arcem Syrauiam auro expugnat

At in arcis obſidio perſeuerans, eam tormento ac baliſta æneis fuſilibusq; validiore, & globis qui ferreos tormento emiſſos vi & efficacia longe ſuperant, auro inquam & nummis expugnauit: quorum ope fortiſſimum etiam ſe poſſe locum expugnare ſperabat Philippus ille Macedo, modo onuſtus auro aſinus ſubire poſſet. Quapropter clanculo Mogor magnam auri argentiq; vim ad loci rectores ſubmiſit: quo eorum robur ita eneruauit, vt è ſeptem regni ſucceſſoribus, nullus eiuſdem gubernacula capeſſere ſit auſus: duces quippe & præſidiarios dum ſtertere, & in defendendo animum penè deſpondere vident, non diuturnum ſibi regnum fore augurabantur. Paucis enim pòſt diebus & arx reddita, & ſimul regnum vniuerſum in Mogoris ius tranſiit, vt eiuſdem poſſeſſionem ſimul & gazæ infinitas pacificè adierit. Omnes in gratiam præter regem captiuum, & ſeptem regulos ſucceſſores admiſit, quos hinc inde per prouincias diſpertiuit, Regi Miramo quatuor aureorum, aliis

Quid de rege, regulis aliisq; ducibus ſtatuerit.

s bina quotannis in sumptus necessarios
llia assignat. Septem deinde duces ad se
catos interrogat, ecquam religionem profi-
entur; Saracenos se cum non negarent, ma-
aberi iussit. Quo cōperto, Xauerius eos sibi
nari petit. Reos esse mortis rex pronuntiat,
ote qui Christianis oriundi, ad Saraceno-
n impietatem migrassent: at cum ipse pete-
, haud inuitè se tradere. Quorum saluti dum
umbit Xauerius, omnes, Deo iuuante, bre-
Christo vindicauit. At non stetit hic illius
ꝗq; industria: Quam plures Lusitanorum
les vtriusq; sexus in eorum venere potesta-
, quos simul Goam abeuntes adduxere, vt
t referam.

Septem duces ad Christum redeunt.

Interim dum regem Xauerius sequitur, se-
aginta aut etiam amplius baptismo admo-
, quorum nonnulli quāprimum exspirantes
a cœlum petiere. Inter ceteros beatus ac fe-
paruulus ille fuit, qui in fimario à puero
rum repertus, velut informis caro, Xaue-
iussu domum relatus, & baptismo tinctus,
ridie demoritur, cælestibus associandus;
d litteram in ipso completum sit illud Psal-
graphi, *De stercore erigens pauperem, vt collocet e-
um principibus, &c.*

Psal. 112.

Cap. V.

*nnerus Lahore ad castra magni Mogoris perueni-
s, benigne ab eo excipitur: Legationem idem rex
oam mittit.*

INterim P. Emmanuel Pinnerus, qui Lahore manserat, ad Xauerium in castra properat, cum vt ipsum cōsolaretur, vtpote à triennio inuisum, tum vt regem conueniret: qui de illius Lahore discessu redditus est certior, mox vt iter est ingressus, adeò vt Xauerium primus ipse aduentus eius fecerit certiorem. In castra Pinnerus cum venisset, vnà cum Xauerio regem adiit papyraceam Deiparæ icunculam scitissimè adaptatam illi pro munere deferens: manibus enim vacuis coram rege prodire nefas est. Populi causis audiendis tum vacabat, pro more, ante fenestram considens: at Pinnero conspecto eum adesse iussit, & benignè excepit: tum caput tegere, & quod portarat, munus proferre. Ad Deiparæ imaginem caput inclinauit, & manibus vultum obtexit, quod insignis apud hos reuerentiæ & venerationis est argumentum. Dein eamdem ad regiam deferri seruarique iubet; nefas enim ait videri, se sublimi in solio, & Dominam Mariam inferne conspici. Putabant Patres quod tam citò aufferretur, minus gratam hanc fuisse, quòd nonnisi chartacea & atra fuligine tincta, ac nullis depicta esset coloribus: hinc postridie, cum in regia circa vesperam, loco humiliori consideret, vnde propius sermones miscere licebat, & quo nonnisi intimos quosq; admittit, Patribusq; datus esset aditus, aliam Beatissimæ virginis Lauretanę aurato Calaimo illustratam, simul & aliquot minores icunculas illi obtulere (est autem Calaimum metalli genus, è China aduehitur, stanno persimile, licet non sit, vtpote æris plurimū

P. Pinnerus ad regiam magni Mogor peruenit.

Duas illi Deiparæ offert imagines.

ntinens,at candet; & ex hoc pecunia per In-
im cuditur : quin etiam auro, quemadmo-
m argentum,inducitur.) Verum ad proposi-
m. Xauerius sermonem auspicatus, Regi Pin-
rum iam recenter Lahore venisse indicat, illi-
pedes exosculaturũ,& si modo facultas dare-
r, propius accessurũ. Qua data, Pinnerus pro
lutus, eosdem osculatur. Benigne vicissim à
ege excipitur, in cuius rei signũ manu hume-
s ferit: quod beneuolentiæ genus nonnisi o-
imatibus amicorũq; intimis exhibere solet. *Benigne à rege excipitur.*
Vbi Deiparæ imaginem conspexit, capite in-
nato, eamdem in caput sustulit, dein denuo
neratus est, manibus sensim, coram omnibus
rapis, iunctis; idq; ea reuerẽtia ac veneratio-
exteriori, qua quilibet Christianus. Deerat i-
dumtaxat genuflexio; quam nec in Mos-
eis, locisq; sacris suis vsurpant. Sacerdoti no-
o, Deiparam regnorũ eius esse debere tutri-
n dicenti respondit, scire se, Dominam Mari-
, & quidquid ad ipsam spectaret, maximo
nore & ueneratione dignã esse. At pridie ꝙ
aginem eius quamprimum auferri præcepis-
, nõ minus illam gratam fuisse, aut velut ocu-
indignam, remoueri iussam; sed minime sibi
ũm consentaneũ, se in sublimi, Dn. Mariam
imo versari. Exinde eamdẽ suis ipse manibus
aginem cooperuit, suisq; obseruandam tra-
lit. Sciscitatur dein nonnulla, maximè *De Pontifice nonnulla sciscitatur.*
Romano Pontifice, quibus scilicet cere-
oniis Imperatorem dum salutatum abi-
; exciperet: cumque audisset, hunc illius

pronum exoſculari pedes; non abs re, inquit, cum Chriſti loco eum Chriſtiani ſuſpiciant. Tum Pater, addidit, Papam, vt oſtendat, hunc ſe honorem non admittere, niſi in quantum Chriſti Domini Vicarius, crucem calceis præferre, quam exoſculantur ſupplices. Hæc rex ac reliqui adſtantes mirari videbantur: Incidit hinc per occaſionem ſermo de cruce, & quo eam Chriſtiani honore proſequantur, quo eam efforment pacto, intererat huic forte fortuna adoleſcens nobilis, olim Pinneri diſcipulus; hic crucem efformare iuſſus cum eſſet, petiit à Patribus rex, recte ne efformaſſet. Recte, inquiunt. Dein roganti, cur frontem, os & pectus ſignaremus, ad ſingula à patribus ſatisfactum: quod haud illibenter audiuit.

Item de cruce.

Goa inhiat Mogor.

Ceterum potens ille rex, Goæ, Luſitanorumq; per Indiam ditioni, ac locis vicinis maximopere inhiabat; hinc ſæpe cum familiaribus in communi colloquio hæc ſuper re agebat. Quadam tempeſtate cum hiſce de rebus cum optimatibus ageret, magna confidentia ac præſumptione ait, regni Decanenſis expeditione confecta, Idalcanem facilè ceſſurum, eadem ſe dein opera Goam & omne Luſitanorum imperium inuaſurum. Cui Luſitanus gregarius miles (qui ob quod neſcio crimen ex India huc confugerat) huic ſermoni cum intereſſet, loquendi à Rege facultate impetrata, Perſico ſermone reſpondit: Perſuaſum Veſtra Maieſtas habet, facili ſe negotio eorum quæ concepit compotem futuram; at vereor ne, vt

Luſita-

itanicum iactat prouerbium, ſumptus & enſas ſine caupone ſupputet. Si Luſitano- robur tanti faciat, quanti reuera facere vi- ur, anne tam facilè eos ſubiugandos opina- Nam ſi vel gallinæ forent, priuſquam cape- tur hoſti inuaſoriq; negotium faceſſerent. nu, inquit rex armata eos aggredi nolim, fame rerumq; penuria premere. Tum mi- Rectè. V. M. eiuſdem cum ipſis opinionis aiunt enim ipſi, ſiti ſe Maieſtatem veſtram xtremam redacturos (forſan quod Mogor nis præ ſolis ardore torrida ſit.) Placuit regi tis reſponſum, & magni virum fecit. Vnum en hoc ſpectabat, quo Luſitanos debella- modo: hinc ſæpe aliquot ſuorum Goam per tionis ſpeciem, at quid agerent Luſitani, s haberent copias, explorandi potiùs gra- miſit. Eo potiſſimum tempore, cum naues ſitania appuliſſent, vt, quas merces, quas ias adueherent, inquireret.

Luſitani militis cum rege ſermo.

Quapropter pro more anno MDCI. lega- deſtinat, qui circa Maij finem Goam ap- it. Valebat is annuis opibus, & auctoritate vniuerſam Cambaiam ſi quis alius, polle- ; Guzaratanus erat patria, at ſecta Mahome- us. Hunc perpetuæ terra mariq; cum Luſi- is pacis ſanciendæ nomine miſit, ſimul vt uireret, ecquod ad Regem Luſitanum mit- donarium poſſet. Aiebat enim ſe, ad ami- am magis arctiuſq; ſtabiliendam, legatum uropam velle mittere. Goanus porro lega- magna pompa & ſplendore, plurimis è Lu-

Magnus Mogor legatum ad indiæ Pratorem mittit.

sitana nobilitate obuiam procedentibus exceptus fuit; nec omissa quæ talium Regum legatis de more, honoris ergò, exhiberi solent obsequia & officia. Nullum porro huic exhibitum maius, quàm tormentorum omnium tum vrbis tum vniuersę insulę, quibus abundant, toto ipso die explosio. Quid bellica hæc symphonia designaret, legatus, credo, intellexit. Proregi honorarium munus ferebat, peristronia insigne, pantheram ad venatum edoctam, simul & aliud animal minus, & magni pretii equum.

Munera magni Mogor ad Proregem missa

At quæ Deo & Ecclesiæ Xauerii socius Benedictus Goëzius (qui vnà cum legato regio, rege id postulãte, Goam veniebat) offerebat munera, maioris longè fuere prætii. Plurimos enim Lusitanorum liberos vtriusq; sexus, inter Mahometana & ethnica vepreta natos, quos à magno Mogore in arcis Syranæ & Breampurani regni expugnatione in seruitutem redactos, sibiq; donatos Goam secum duxit: quos ante salutari doctrina excultos baptismo demum admouit. Prorex benignè eos habuit, & de sacro voluit fonte suscipere. Erat inter eos Lusitanos nonagenarius, Iudæus stirpe & lege, & qui iam inde ab anno ętatis quinquagesimo publicè Iudaicam legem exercuerat. Verum cælesti illustratus lumine, ad Christianam fidem transiit, & eodem tempore viuifica est lympha tinctus.

Plurimorũ mancipiorũ Lusitanicorum baptismus.

Litterarum quas legatus ad Proregem deferebat, quibusq; legationis capita continebantur, hæc erat forma:

Epi-

Epistola magni Mogor ad Indiæ Proregem.

MAgni ac potentis legis Mahometanæ domini, illustris & magni regis, regũ hosti- domitoris, à magnis culti & honoratu, ho- re & dignitate amplis. vltra ceteros regum limati, inter omnes mundi principes in gu- rnatione vnici ad Ariande Saldagna legatio. im gratiam & fauorem immensum apud gem regum inueniam, & ab ipso eleuatus & rogatus sim, scias velim, per infinitam Dei itiam, omnia Indostanis emporia, à Sinda ad q; Chatiganum & Pegulium, nostræ illustris- næ prosperitati parêre, semperque in corde stro regio & ante oculos habuisse, vt mer- toribus, libere secureq́; sine vllo maleficio tro citroq́; commeare liceat, quo assiduo De- n pro nostræ prosperitatis incremento de- ecentur, ac præsertim Lusitanicæ ditionis colæ, quibus extra regnum hoc vltro citroq́; ommeare libere non licet, quiq; vt plurimum er mare Indostanis nauigant. Hinc honori gio visum, famulorum suorum & optima- um vnum legati nomine, mittere, quo magis magisque coepta amicitiæ initia stabiliantur, ulla vt de hac deinceps dubitandi sit oc- casio. Hanc ob causam Benedictus Goezi- us, vna cum obsequentissimo cliente no- stro Cogetquio Sultano Hama, ad vos mis- sus est: at de omnibus factus hic coram cer- tior, quàm maxima fieri potest diligentia, nos vicissim securè de omnibus reddat

certiores, vt pro cuiusque statu nostra fortuna det operam, libere ire ac mitti cuilibet vt liceat. Si qui verò periti scitiq; artifices ad regiam nostram, quæ cæli empyrei in morem relucet, confluere gestiant, ad nos qui creaturarum fulcrum sumus, deducat, quibus de victu vestituq; abunde prospiciemus. Ea conditione, vt si quando nostri clientes ad aliquod tempus exstiterint, & ad suos reuerti voluerint, abeundi liberam, quando lubuerit facultatem habituri sint. Aequum etiam est, singulis bonam spem dari, quò vltro veniant, regiæ nostræ basim fulcrumq; osculaturi. Volumus autem, legato nostro, si quæ coemere voluerit, pannos, gemmas aliaq; in thesaurum referri digna omnem fauorem & obsequium præstari. Quæ quam celerrime fieri, & hunc quam certissimè ad nos reuerti volumus, est enim de regiorum clientum ac ministrorum numero. Cetera ex ore illius audietis, cuius verbis fidem haberi volo. Nono Fiauardi Dei, æra quadragesimi sexti anni. Hæc scribendi regis huius forma & ratio. Aeram dicunt regni tempus: mensis Frauardus est primus anni, cuius in æqui noctio verno initium statuunt, quod in XX. Martii diem hoc anno incidit. Verum quid interim Lahore fiat, iam disquiramus.

Cap. VI.

Quid annis MDC. & sequenti circa fidei progressum Lahore contigerit.

Inte-

erim dum Hieronymus Xauerius & Be-
dictus Goëzius Mogorem in expeditione
ca ſequebantur, Emmanuel Pinnerus La-
, ad manipulum illum Chriſtianorum in
io continendum, & alios Chriſto aſſeren-
remanſerat. Multi ſiquidem tam ethnici
n Mahometani illius conſuetudine dele-
antur, & domum ipſius confluebant, pro-
ts vt quæſtionibus ſatisfaceret. Aliis ſor-
at concepta de ſectis ſuis opinio, alii in
m nutabant anxii & ſuſpenſi. Erant ta-
qui dicentem exploderent, audientes eſ-
gem Mahometana potiorem: qui dum
gnantibus rationibus promerentur, apertè
ſe comprehendere poſſe negabant, & ad
em ſufficere quæ Mahometus doceret aſ-
bat. Imprimis difficile intellectu ac creditu
videbatur, Deum habere filium: nam quod
niſi carnem & ſanguinem ſapiant, hinc
terii huius puritatem comprehendere ne-
ant. Quos vt Pinnerus conuinceret,
bat, Deus num videret audiretue? Quibus
udire videre aſſerentibus, aiebat, Si Deus
lis auribuſq; careat, quomodo & videbit
udiet? Hoc alio illi fieri modo dicebant,
m humana non capiat mens. Tum Pinne-
illos ſuis conſtringendo pedicis, Deum
n ratione quadam ineffabili & incompre-
ibili genuiſſe filium aſſerit. Facilius ethnici
ant manus: nam tandem conuicti apertè
itebantur, nonniſi vni cum eſſe Deum, &
ſibi obtrudebantur numina, hoc eſſe

 prorſus

prorſus nomine indigna. Si forte à Patribus viderentur alieniores, hoc Brachmanis aſcribendum, dicentibus, Chriſtianos eſſe Barbaros & bardos, gliribus, felibus ſimilibusq; immundis animalibus veſci, aliaq; de iiſdem fictè comminiſcentibus, patres tamen eo ipſo tempore tam ſecurè inter eos verſabantur, tamq; libere Mahometanam ethnicamq; impietatem carpebant, quaſi inter medios Chriſtianos egiſſent.

Proregis & magiſtratuum Laborenſium in Patres ſtudium.

Prorex, præfecti, & magiſtratus loci inſigni eos in honore habebant, & officiis humanitateq; proſequebantur, & inprimis Prorex, qui tot in eos laudes depromebat & encomia, vt modeſtia ſcribere ea non permittat. Sæpe Pinnero ad ſumptus ordinarios aurum offerebat; at nolebat ille admittere, dicens, ſi quando ad extrema redactus eſſet, ad ipſum velut ad Patrem & aſylum, conuolaturum. Tamen, ne vel inhumanus videretur, vel virum offenderet, exigua aliqua ab ipſo recipiebat, vt melones, vuas alioſq; quos mittebat fructus ſæpe is Pinnerum conueniebat, & Chriſtianorum feſtis, frementibus Saracenis, intererat.

Apud præfectos vrbis etiam gratia valebant, vt ab ipſis vel ea obtinerent officia, quæ nec à Chriſtiano quidem ſperaient, velut duorum homicidiorum condonationẽ, & alia, Cumq; inter iudicem maiorem & quæſtorem regium orta eſſet contentio, vt res nonniſi multorum, arma iam ſpirantium ſanguine dirimenda videretur, Pinnerus illos in gratiam reducens inſignem cladem & ſtragem impediuit. Cumq; altaru-

teruter diffidentium Proregi rem ex ordine e-narraret, quò fidem verbis ille adiungeret, addit, Pinnerũ totius rei successum nosse. Sufficit, inquit Prorex, Pinnerus si rem norit; illi enim potius quã mille testibus fidem habuero.

At haud multo pòst Prorex ille, magno sanè Patrum dolore demoritur; præsertim quod acceptis ab illo beneficiis mutua compensatione non respondissent, tum verò (quòd maius haud dubie) quod Christo illum non lucrifecissent. Habebat is domi tredecies centena aureorum factorum millia, vt reliquum auri argentiq; taceam, & gemmas & supellectilem pretii infiniti, ad hæc equos & elephantos: nullus ei vt magnatum Hispaniæ & splendore & magnificentia sit comparandus. Ita Pinnerus. Verum ex hac vita decedens, infernalium tormentorum possessionem adiit, rege diuitias & possessiones, pro patrio Indostanis more, inuadente, vt qui omnium suorum heres sit ac successor. *Gaza Proregis & mors.*

In dignitate successit frater eius, cuius filii Pinneri olim in disciplina versati erant: hic nouum Proregem compellans, audiuit, solitam Patres beneuolentiam quam olim in fratre experturos vt eius interitu dispendium fecisse viderentur: quod non multo post reipsa declarauit. Illorum enim aduersarii dum per Proregis decessum datam nocendi sibi occasionem sperant, & maleficii quod conceperant irrogandi, odium iam olim conceptum, facto ipso prodere cæpere. Occasioni fuit frequens *Nouus Prorex Patrum amicus.*

popu-

populi in templo Patrum conuent9: hinc nonnemo Catualem (vnus è præfectis vrbis est, cui eiusdem credita custodia) adiit, vt ædem fundotenus dirueret, & Patres loco pelleret. Catualis hoc comodè negauit fieri posse; regem enim velle, Patres vt ibidem agerent, & ædes loco maneret. At si eos exactos vellet, quòd maiore auctoritate pollerent, cum P. Pinnero qui hic agebat, disceptaret & concertatione contenderet. Tum alter, non eam Pinneri esse audaciam, qui secum auderet in certamen descendere. Imo verò, inquit Catualis, tu ne hiscе quidem coram eo audeas. Rex enim & adeo omnes, quæ sit Pinneri doctrina & scientia & contra tua quæ inscitia perspectum habent. Prorex ergo, visa viri proteruia, in carcerem detrudi imperat; at Pinnerus, carcere vt liberaretur, à Prorege contendit.

Cap. VII.

Ethnicus Pinnerum veneno sopori fero potat & modicam illius supellectilem furto tollit.

ETsi verò Prorex vrbisq; præfecti insigni in Patres essent amore & obseruantia, ethnici tamen nonnulli, imo & vicini, aliquam iis nocendi occasionem captabant. Ergo dum aliquos consanguineorum Christo peperissent, plurimas in vulgus, aduersus illos, spargere calumnias & atroces iniurias; inprimis quod humanas deuorarent carnes, & similia. Ab ethnicis tamen plerique colebantur & obser-

Patres falsò traducuntur calumniis.

…uabantur, ac sæpe causa illorum defendeba-
ur, quòd Patres vicissim sæpius apud Prore-
gem & vrbis præfectos, pro ipsis intercede-
ent, & ipsorum iis negotia rogati commen-
larent, sæpe quoque in templum, vt ad asy- *Ab ethnicis coluntur.*
um, crimine commisso, ac premente lictore
onfugientes fouerent: neque enim inde reos
ducere audebat lictor, quod templa Patrum
ac rex prærogatiua ornasset. Non deerant ta-
men aduersitatum procellæ, & sanè hæc in P.
innerum à nonnullis ethnicis concepta ne- *Ethnicorū nonnullorum in ipsos rabies.*
uitia non est prætereunda. Vt verò melius e-
is series intelligatur, altius res ducenda. Pro
more habebant Patres, centum quotidie ege-
is ante diuersorii sui fores præter alios extra
rdinem affluentes, stipem aliquam elargiri.
rat inter alios adolescens viginti annorum,
atione Fuxinur vultu vero Lusitanum dixis-
s, & moribus verbisque honestissimum. Ora-
it is Pinnerum multis cum lacrymis se vt in
omum susciperet, esse quippe se genere nobi-
m, & aduersariorum, quos offenderat, metu,
c illucq; se vagari profugum. Pinnerus dum
risto illum parere cogitat, in domum ad-
sit: Biduo aut triduo post alium adducit,
em suum aiebat esse germanum, sed scele-
, quod conceperant, socium & collegam,
cem namque Pinnero & omnibus eius soci-
nachinabantur; &, nisi Deus auertisset, pre-
issima quæque abstulissent. Nec commo-
deerat occasio, nam famulorum quibus
nus erat cura concredita, vnus paulo antè
foras

foras concesserat; quin nec locus satis tutus ac clausus erat. Horum ergo sceleſtorum alter culinam ingreſſus, aquæ qua vulgò bibebatur, ſemen quoddam (quod Doturum vocant) iniecit. Hoc quamuis minime mortale, venenum, guſtantem tamen ſtatim omni priuat ſenſu. Venerat iam cœnæ tempus; guſtat aliquid ciborum Pinnerus, at vbi quemdam in cibis mutationem ſenſit, rem ſuſpicatus, ad cubiculū quieſcendi gratia ſe recipit: quies enim & ſomnus præſentiſſimum aduerſus hocce virus remedium eſt. Serui domeſtici reliquum comedentes ſimili lethargo correpti ſunt, vt quo eſſent loco, neſcirent. Vomitum in ſe prouocabat Pater; nam & ille huic malo ſingulare antidotū. Hanc in rem cum aquam bibiſſet, quæ eodem infecta eſſet ſemine, mox in terram concidit velut ſui impos & lymphaticus. Omnia porro proditoribus ex voto ſucceſſere. Pinnerus n. præ ſtupore omnem ſenſum amiſit ſimul & famuli oēs. Vni n. è domus cuſtodibus, omnium fideliſſimo, Doturum dederant meloni immiſtū, alius, qui excubias ageret illa veſpera domum nō redierat. Erāt in publico viginti armati, qui duos illos ſicarios defenderent: hi ergo per tectū aſcendere, & Patrem humi proſtratum cubiculo incluſere; dein ad aliud clauſum ſe contulere in quo diuitias, quibus inhiabant, aſſeruari credebant. Sed illius clauem penes ſe Pinnerus habebat. Igitur fores effregere, ad quem fragorē experrect⁹ Pinnerus, vociferari cum vellet, nō potuit, neu quiſquam domeſticorum audire vocan-

Doturo ſemen virulentum, eiuſq; effectus.

P. Pinnero datum ſenſum ille tollit.

Domus illius interim diripitur.

vocantem potuisset: omnes quippe eodem te-
nebantur stupore. Ergo fenestram auulsam in
publicum deiicit, vt vicini ad opem ferendam
aduolent. Vociferari ac vocem cum vellet in-
tendere, frustra connitebatur, q virus fauces
iam occupasset, vt accidere solet iis, qui de no-
cte velut opprimi se sentiunt. Fures ergo obuia
quæq; diripiunt, quæ tametsi exigui pretii fo-
rent, magni tamen à Pinnero fiebant, abstule-
re quippe capsulam qua reliquię, elegantissimę
imagines, simul & sepulchri dominici figura
quã P. Hieronymus Rodericius Hierosolymis
attulerat, continebantur. Per vicinos & totã ili-
co vrbem diuulgatum est, Pinnerũ exstinctũ, vt
ante fores eum planxerint & plorarint vicini. *Ad se redit.*
Interin ad se reuersus & per fenestrã ꝓspiciens,
quem lugerent exqrit. Ad quam eius vocẽ per-
culsi stupore, simul & lætitia gestientes, mira-
bantur viuum audire se illum, quem exstinctũ
lugebant. Dein cubiculo, cui fuerat inclusus, ad
aliud in quo dormire solebat, se contulit, ac tũ
demum manifesta furti agnouit indicia, abla-
taq; recensuit. Deo tamen permittente, relictũ
tantillum illud, quo paupertati suorum ꝓspi-
cerent. Sub lecto enim sportulam superesse vi-
dit, in qua præcipuus illius thesaurus, quantu-
luscumq; is erat, asseruabatur. Catualis ille de
quo supra, rei casu nõ parum perculsus, filium
ad Pinnerum destinat, mox ipse adesse voluit.
Prorex, qui tum male habebat, per nuntium
Pinnero suum ob damnum illarum dolorem
significat & se, ni ablata recuperet, de suo re-
sarturum. Paucis post diebus illi in publicum

prodeunti optimus quisque vitam sospitatemq; gratulari: hic dicere, Pater sanctus est, at obolum non habet, fures enim abstulere. alius, Pater est cui septuaginta aureorum sublata millia, at pluris librum vnum, quam omnes mundi opes facit. Hæc quidem tum, iam quid post secutum, disquiramus.

Cap. VIII.

Qua ethnici pietate Christianorum festiuitates celebrent, & nonnullorum refertur conversio.

Ceremoniarum Ecclesiasticarum vtilitas.

QVòd exteriora, & præsertim sancti Ecclesiæ ritus, ethnicos hos ad sectas deserendas, & fidem Christianam suscipiendam non mediocriter emouent, hinc qui eosdem conuertere nituntur, hoc inprimis medio vti solent. Primaria ergo Ecclesiæ festa, quibus maximorum fidei nostræ mysteriorum agitur memoria, magno apparatu & Pompa, præsertim natalitia & paschalia, celebrare solent.

Præsepe in altari positum in natiuitate Domini.

Hinc Pinnerus anno MDC. ipsis Domini natalibus in principe templi ara, præsepe erexit, in quo paruuli Iesu vagientis imago recumberet, & alia mysteria videbantur vtroque testamento deprompta. Scilicet aliquot Prophetarum notissimorum, & quorum populus hic memoriam habebat figuræ; simul & vaticinia de Saluatoris natiuitate, in linguam Persicam traducta, nec non trium Magorum Iesum Deum iuxtà ac hominem adorantium

effigies

effigies. Mahometanos hoc in admirationem rapuit, dum in veteri Testamento tam manifestè filii Dei in terra ortum natiuitatemq; vident designari. Primo Octauæ die Prorex cum vniuerso nobiliũ cætu coram apparatum spectatum venit, & quidquid de mysteriis ipsis dicebatur, non inuitus audit & notat. Placuit illi inprimis drama, quo mala calamitatesq; hominũ ob protoplasti peccatum recensebantur. Inductus & ipse in scenam suas miserias ærumnasq; deplorans, quem senex Simeon certa aduentus Messiæ, qui omnibus hisce malis occurreret, spe solabatur. Prodiit dein & Philosophus, de sensibus expostulans, quòd horum instinctu ac motu creaturas creatoris loco adorasset, tametsi hoc à Philosophia alienum foret: cui Adam originalem declarauit labem; quæ vnica ignorantiæ, & omnium hominis, omni; quàm natura poscebat; perfectione in ortu donati, imperfectionum exstitit occasio. Disceptabat inter se de diuinæ essentiæ vnitate; & personarum trinitate; Adamo Philosophicis rationibus ad oculum tam euidenter ostendente; Deo, tametsi substantiæ simplicissimæ, esse filium; vt tandem Philosophus victus cesserit. Alio in dramate; diuina exhibita et iustitia cum misericordia de primi parentis delicto disceptans & litigans. Interuenit his Angelus temporalem filii Dei natiuitatem in mundo promittens; mirantibus Brachmanis nonnullis: at pastor, qui Bethleemo venire se recenter aiebat, omnem illis metum ademit,

Quod Prorex visit.

Drama pium & mysticum.

paruulum illum, quamuis Deum, non ad mactandos perdendosq; mortales, vti ipsa idola gentium, sed ad saluandos, vitaq; æterna beandos aduenisse iam natum asserens. Hoc dramatis argumentum paucis: auribus hoc oculisq; omnium etiam ethnicorum placuit, qui dein longè aliam quam antè de lege nostra opinionem concepere. Tantus spectantium, quadraginta festiuis satis diebus, fuit concursus, vt semper oratorium scateret tum ciuibus, tum aduenis, qui hanc duntaxat ob causam è remotis locis Lahorem confluebant. Inter alios adfuere Rayæ nonnulli, id est. Principes & Satrapæ regni, qui fidei mysteria non grauate audiebant. Recreabat Christianos & præsertim Pinnerum, ethnicorum coram in genua prouolutio & postratio, tanto animi sensu ac pietate, vt quicumq; illos conspexisset, sanctissimos Christianos iudicasset. At preces votaque eorum nonnisi ad prolem aut diuitias impetrandas dirigebantur, atque hunc in finem nonnulli donaria, in ara quam diximus, DEO oblata statuebant.

Concursus ad templum Patrum Lahore.

Item Catualis Mahometani.

Catualis quoque, tametsi Mahometum mordicus tueretur, magna comitatus caterua, adfuit. Puer Bruchmanis oriundus, exactam omnium postulatorum rationem reddebat: hunc cum rogasset Catualis, ecquo esset natus patre? Brachmana, inquit, sed candidatus sum Christianitatis. Cur, infert Catualis, Christianis aggregari cupis? Quod

Quòd in sola, inquit, Christiana lege sita sit & habeatur sal⁹, nulla in Mahometana aut Ethnica: quæ postrema eius verba Catualem acriter pupugerunt, quòd Mahometum, vt diximus, profiteretur.

Non minor per hebdomadam sanctam festaq; paschalia, ratione sacrorum rituum, concentus ac frequentia. His intererat Prorex, rendentibus Mahometanis, orantibusque, Christiana ne sacrà præsentia cohonestaret sua, sed operam ludebant.

Gentium ad Christum conuersio, quæ primaria Patrum intentio ac scopus, lentè admodum procedit, vt quid de hac gente decreuerit Deus, planè ignorent. Hinc enim ingens illa vastæ huius Ethnicorum Mahometanorumque siluæ sterilitas spem omnem infringit & penè desperare cogit, dum oleum omne operam, & tempus, quod eidem colendæ impendunt, perdere videntur, quæ alio forsan co maiorem essent fructũ allatura. Illinc verò, enascentes indies flores, & quos interdum ferunt prouentus, plurimos Christo lucrantes; animum suggerunt, spemq; optimam dant, futurum aliquando tempus, quo è sterili arido hoc solo lætissima legenda sit messis. *Pauci in Mogor conuertuntur.*

Hoc ipso anno, Pinnerus vnico baptismo, vndequadraginta, dein viginti, pòst septem & quadraginta tinxit: postremus fuit in Octaua assumptionis B. Virginis maxima solennitate, & ingenti tum Christia-

norum tum Ethnicorum frequentia baptiſmus celebratus. Inter alias baptizatos fuere duo Ethnici cuiuſdam filii; quos ille in templum ſalutaribus aquis abluendos detulit. Hos elegiſſe videbatur Deus quo breui gloriæ corona redimiret*: paucis enim poſt diebus vtrumq; ad ſe, parentibus in impietate permanentibus, euocauit.

Conuerſio mulieris nobilis in fine vitæ.

Quod ſequitur non minus eſt admirabile. Mulier genere nobilis, quæ Chriſtianorum ſæpius vſa fuerat familiaritate, & nihilominus in ſuperſtitione peruicaciter manebat, vbi ad vitæ extrema peruenit, Pinnerum aduocat, dicens in fide ſe Ieſu Chriſti, quo ſalutem conſequatur mori velle. Pro temporis eam ratione edoctam (mors enim inſtabat) baptiſmo abluit, hinc recta anima illius ad cælos euolavit. Alia mulier præſepe, de quo iam locuti ſumus, contemplata; ita internè à Deo excitata fuit, vt ad vicum redire nollet ſuum niſi Chriſtiana.

Item aliarũ duarum.

At neſcia, qua ſibi hac in re procedendum eſſet via, ethnicam Patrum ædibus vicinam adiit, cuius directione in catechumenorum fuit catalogum vnà cum famulo relata. Erat & alia, quæ cum ſæpius templum adiens puerorum, qui edocebantur modeſtiam eſſet conſpicata, baptiſmi ſuſcipiendi concepit deſiderium. Quam ſecutus coniux, liberi, & nurus. Conſanguinei ceteri, quorum ingens erat numerus, magno impetu: hac de cauſa in domum irruunt, & verberibus ipſam contundunt. At mulier egregio conſtantiæ exemplo, inter verbera,

ęra, vitam, inquit, mihi auferte, cum in Dei
m, illius gratia, protectione auxilioque con-
tuta.

Adoleſcens è Xaquis (hominum genus eſt *Etiam Xa-*
ılgò ſanctimoniæ laude clarorum) oriundus, *que.*
ım antè mortali Chriſtianos omnes odio in-
ctaretur, & ea de cauſa fratrem iam Chriſtia-
ım acriter exagitaſſet, eo quo ſequitur mo-
ɔ ad Chriſtum tranſiit. Nudipes pietatis aut
ɔtius ſuperſtitionis ergo Mecham petierat,
ıò melius Mahometanam legem ac perfe-
ius ediſceret. Iam duodecim hac in Acade-
ia annis verſatur, in patriam, velut gradu
agiſterii adepto, reuertit. Quodam is tem-
ɔre in Pinnerum incidit, qui cum de lege di-
ɛptavit conuicti cor ita intrinſecus tetigit
eus, vt Mahometo eiurato Chriſtum profi-
ri decreuerit. Rem Pinnero aperit, aitque
ımquam ſe, Mechæ cum ageret, veram men-
tranquillitatem habere potuiſſe, at ma-
ıam ſe in animo iam pacem & conſolatio-
m perſentiſcere multaq; ſibi à Deo, quo-
m multis abhinc annis ſciendi deſiderio fla-
aſſet inſtillari. Hunc edoctum & baptiſmo
ſtratum ad Xauerium Pinnerus miſit, quòd
aliorum conuerſionem magnum is allatu-
s momentum ſperaretur.

Mulier Chacatana, regio ſtemmate inclyta, *Et mulieris*
atris Chriſtianæ exemplum imitata, inuitis *regio ſan-*
et conſanguineis, vltro ad Chriſtum acceſ- *guine pro-*
.Ethnicus quidam cum multa de fide noſtra *gnata, &*
audiſſet, eamdem amplexus eſt, & cum eo *aliorum.*

coniux & quinque proles. Brachmana pium hoc præſepe natalitium intuitus, Pagodes repudians primarium mox idolum è nigro, ſculptum eleganter ſaxo, ad Pinnerum detulit.

Plures ethnici, conciones, quæ Perſico ſermone habetur, frequentant aſſiduo, è quibus magnam haurire voluptatem & guſtum videntur.

Catechumeni priuſquam Baptiſmi compotes fiant, vario longoq; examine probantur: hac enim via, inter tot fidei aduerſarios (vt ſequenti referam capite) procedendum. Plurimi tamen in eadem recepta, conſtantes, tametſi in ætate inconſtanti, id eſt puerili, perſeuerant. Horum vnus cum ſacris quibuſdam ethnicorum, in quibus (veterum Perſarum more) ignem adorant, intereſſe à matre compelleretur, & hoc nomine varias tuliſſet iniurias: At, prout licebat, vindictam de inſequentibus ſumpſit, ſexcentas in idola iaculans blaſphemias. Alius Patrem percontatur, peccatum ne ſit, idola adorare. Quo aſſerente delictum eſſe, Ex hoc, inquit, ſpondeo, numquam me eadem, tametſi à patre vapulem, & necer, adoraturum, neue defunctorum quam iam celebrare ſtatuit, intereſſe commemorationi volo. Tum Pinnerus, Cur mihi idolum patris non adfers? facilè id quidem, ait adoleſcens, mihi fuerit: at maius inde ſequeretur malum: diceret quippe, idolum ad cœlos euolaſſe, vt alius nuper eth-

Puerorum nonnullorũ in fide constantia.

Ad Patrum ades confugit.

nicus

ieus dixit, ſuum cum amiſiſſet. Et ſanè ea pa-
tis illius erat ſuperſtitio, vt quadam nocte do-
num reuerſus, comperto, idolum incaleſcere,
llud ſuccenſere & iraſci diceret. Tum filius
ubridens: Ecquid, inquit, mirum calere toto
um die ſoli expoſitum fuerit? & ipſe calerem,
eſtum ſolarem per diem expertus eſſem. Con-
uſus parens erubuit, cum ſe ab eo quem do-
ere oportuit, doceri vidit. Alius puer Brach-
anis natus, parentem iratum expertus eſt
uod ad Chriſtianos tranſiſſet: quam tamen il-
iram parui fecit. Quadam die, imperat illi
nater, cibos idolo apponeret, vtpote cum &
ater abeſſet, & mulieri id muneris committi
efas ſit, tum puer: Tu verò, mater, comede
uæ Pagodi appoſita vis, ſaxa enim non come-
unt. Eiuſdem pater cum ad villam ſe contu- *Viſio vtilis.*
iſſet, ventorum procella excitatus puluis o-
ulos illi opplet, vt à via deflexerit: cum itaq;
er montes errabundus vagaretur, ecce quidá
naieſtate ac vultu venerabilis ipſi apparet, per-
ontatus, ecquis eſſet: reſpondit, Brachmanam
eſſe. Parco inquit ſpectrum, tibi, eò quòd fili-
m templum adire permittas. Is hoc dein vici-
is enarrat, qui deinde in filiis ad templũ mit-
endis faciliores ſe præbuere, & ſingularem de
Chriſtiana fide opinionem concepere.

Per puerum Pinnerus cum viro magnati &
oci cuiuſdam domino innotuiſſet, ipſum adiit
o præſertim tempore cum pluuiæ defectu a-
er exareſceret. Pinnero verò ad locum egreſ-
, magnus repentè ſecutus nimbus; & ꝙ ſuper-

ſtitioni dedita gens ſit, non is modò quem adierat, ſed & omnes vici incolæ, bene tum de ipſo tum lege quam promulgabat ſentire cæpere, vt illam veram eſſe legem faterentur, & liberam fani ſui illi poſſeſſionem darent, quò in templum ſacrum conuerteret.

Armeni Mogorici manus dant.

Quin & Armenos quoſdam ad Catholicæ ille Eccleſiæ gremium reduxit; quorum nonnulli pellices Mahometanas aut Ethnicas deſeruere, alii eaſdem legitimo ſibi matrimonio iunxere. Et ſanè Armeni Mogorici, non eo quo antè Eccleſiæ aduerſantur modo, cognito Proregem Patribus amicum eſſe, & lictoribus indixiſſe, vt quos illi vrbe proſcriptos vellent, exigerent. Tum etiam quod quem expectarant Archiepiſcopus in via demortuus eſſet. Armuziæ enim nauem conſcendere cum non potuiſſet, per Perſidem Lahorem petiit, & humana iuxta ac diuina deſtitutus ope in via exſpirat. Libri, ſcripta & quidquid ſurripuerat, in Pinneri manus, indignantibus Armenis, qui Regi hæc addixerant, incidit. Indiam petere dicebatur, vt Serranus vel Chriſtianorum Thomeorum in Malabare, Archiepiſcopus ac primas foret; ſed alius eius in locum ſuffectus, vt poſt commemorabo.

Archiepiſcopus Armenus Indiam petens demoritur.

Ceterum ethnici impias ſtolidaſq; ſuperſtitiones ægre deſerunt: hinc decima Iulii die anni MDC. ſolis ad meridiem defectus inſigni Brachmanis emolumento fuit, ob largas populi oblationes. Perſuadebant ſiquidem plebeculæ, ſolem & lunam inter ſe contendere,

re,

re, neu prius certandi finem aut pacem inter duo illa sidera fore quam muneribus pacata forent. Adhæc viuo se lustrabant flumine, hac se lustratione ab omni noxa quam discordiæ & pugnæ huius causam esse aiebant, ablutum iri persuasi & post lotionem ad pristinum splendorem pacem ue luminaria reditura. Sed hæc hactenus: iam insignem neophyti cuiusdam constantiam videamus.

Cap. IX.

Catechumeni cuiusdam mira in parentum consanguineorumq; oppositione & tentatione, Christianum dum profiteri vult, constantia.

Ethnici ac præsertim Brachmanæ quibus nulli idolorum cultui addictiores, adeo ægrè filios ad Christiana castra transire patiuntur, vt hoc è præcipuis obstaculis sit, quo minus latè regni Christi fines in Mogor extendantur. Si quis enim adolescens religionem nostram suscipere velit, parentes ac consanguinei maximas illi adferunt molestias, ac pro viribus impedire contendunt, ne sectam in qua natus & educatus, licet impiam repudiet. Variis hoc ostendere exemplis queam, sed vnum dumtaxat referam, quod omnium sit illustrissimum.

Adolescens annorum viginti, licet coniugio copulatus, cui nomen Polada (à quodam idolo mutuata appellatione.) Brachmanis prognatos, & arte *Pandito* id est medicus, pri- *Constantia cuiusdam medici ingenii.*

marii ciuis Lahorenſis filius, in catechumenorum cooptatus erat numerum, idq; palam prodere non verebatur, ethnicorũ ſuperſtitiones paſſim exſibilans & ſubſannans. Parentes hoc ſibi dedecori futurum rati, à bono illum propoſito diuertere, conſanguineorum & motorũ operâ, contendunt. At iis conſtanter iuuenis reſiſtebat: viſo porro, à matre ſe noctu diuq; exagitari tentariq;, ne Chriſtianam legem aſſumeret, parentes, vxorem, fratres & affines, deniq; & cũcta quæ poſſidebat, relinquere ſtatuit, quo ad Eccleſiam Chriſti à quo vocabatur, tranſiret; nec propoſito defuit effectus: Eodem tempore & vxor ſuum erga rem Chriſtianam declarat affectum: quo cognito ſocer & ſocrus extra vrbem eam ad montes quoſdam abditos abduxere; & ab eadem, in ſpecu conclusâ ſacramentum extorquere conati ſunt, non amplius in mariti ſe conſpectum venturam, ſi Chriſtianam ille legem ſuſciperet, nec vmquam ſe illam ſuſcepturam, ſed viuam ſe flammis tradituram: itaq; ſanctimoniæ illam apud omnes opinionem conſecuturam.

Vxor item Chriſtiana fieri vult.

Credunt quippe ethnici, vxorem, quæ mariti cauſa in rogum inſilit comburenda, ilico in cælos, ſimul & omnes eius conſanguineos ad vſq; quartam progeniem euolare. At hanc ipſa ſanctimoniæ opinionem fugiens ac ſuos ſanctos reddere detrectans, conſtanter firmiterque ſe Chriſtianam eſſe aſſiduo ingeminat, neu inferos adire velle. Idem ſæpius repetiit, in pagum abducta, vbi à conſanguineis, velut demortu-

mortuam complorantibus, asseruabatur. Opinantur illi, vxore sequestrata, maritum ilico daturum manus, eamq; quæsiturum, ac tum illum se in potestate habituros. Ast vxor illorum manus cum euasisset, templum vna cum coniuge adiit, in eadem se cum illo lege & viuere ac mori velle asserens.

Matris mendaci astutia.

Viri mater vbi vim frustra esse vidit, ad astum conuertitur; hinc aliquoties templum, filium visura adiit, non ægrè se ferre, Christianis illum aggregari, modò ne id publicè ac palàm aut nocte natali, quam baptismo suscipiendo filius designarat, fiat, asserit: addebat, se, patrem, fratres sororesq; in Christiana etiam sacra propendere. Pinnerus illius verbis credens, permittit Catechumenum ad ædes paternas à matre abduci: at scelesta hæc cum rationibus filii mentem voluntatemq; infringere non posset, puluerē quemdam veneficum cibo potuiq; eius permiscuit, vt fidei Christianæ illi affectus deperiret: hæc tamen incantatio non eum quem sperabat est effectum consecuta. Etsi enim catechumenus, ad aliquod tempus ita sensum omnem amisisset, vt ne momento quidem materno carere aspectu posse videretur, & omnium oblitus matrem assiduo inclamaret; Deus tamen ab his illum præstigiis liberans, sensibus sibiq; reddidit. Hinc matri deinceps fidere noluit, aut aliquem ab ea paratum potum cibumq; admittere. Non idcirco nefaria matris desiere molimina, quinies necare illum veneno conatæ: suum tamen athletam tutatus

tutatus est Deus, etiam cum iam ore virus contineret. Pinnerus quo indiscrimine Catechumenus versaretur, perspectum habens, ad se illum euocat. Parentes ad tempus (licet fictè) hunc discessum non abnuerunt; viso tamen filium, rupis instar immotum & infractum persistere, collecta consanguineorum manu, recta domum Patrum adeunt, filium sibi violenter abreptum, & ad Christiana sacra inuitum rapi, queritantes & clamantes. Pinnerus hac visa tragædia, catechumenum foras prodire iubet, & sui ipsius facti rationem reddere. Parentes ac reliqui, vbi extra domus limen filium conspexere, velut tigres rabidæ in illum irruunt, extra opidum abducturi: at iuuenis strenue se animoseq; aduersus omnes, ac potissimum matrem pedes ipsius constringentem defendit. Illius enim & patris & reliquorum manus euasit eluctans; plura præstans quam D. Hieronymus Heliodoro suo faciendum præscriberet: *Per calcatum perge patrem, per calcatam perge matrem, & ad vexillum crucis euola.* Ensem namque arreptum cum in Patris, à quo arctius stringebatur, ceruices vibrasset; interuenit Pinnerus, ensemq; inuito extorquet. Diuina hic eluxit prouidentia. Patrem certe, ni ablatum fuisset ferrum, læsisset: nam quod adhuc tiro & catechumenus esset in ludo Christi, neci dare sibi licere putabat eos, qui à salutis se via auocarent. Hinc exęstuans & ardens exclamabat, Permitte me, permitte, idololatras hosce, lapides lignumq; adorantes, meq; à salute

Parentum expostulationes & clamores.

Qua eum vi aggrediantur.

Quomodo se defenderet.

à salute avocantes, quò vna cum ipsis ad inferos præceps ruam, confodere.

Spe frustratis ethnicis, qua sperarant vel catechumenum abripiendum, vel saltem aliquem de numero sauciandum, quo iustam apud iudicem de vi illata expostulandi rationem haberent; mater arreptam filiolam sesqui annum agentem, summa vi; velut cum cum aliquem, in gradus proximos impingit; vel eamdem necatura; aut saltem grauissime vulneratura. Ergo paruulam illisione hac extinctam persuasi, ingenti clamore Pinnerum filiolam occidisse quæruntur: at ille eamdem terra sublatam, velut dormitantem; sine vllo vulnere aut collisionis nota reperit. Atq; hic ille quidem die contentionis fuit catastrophe, ethnicis insigni cum infamia domum defluentibus. Paucis post diebus adsunt rursus, primariis viris comitati. Verum iuuenis paucis, il-los spe frustrauit. Nam tametsi de vita, inquit, agatur; fidem Iesu Christi haudquaquam deseram; & hoc reipsa testaturus, illis inspectantibus, funiculum quem collo gestabat, in quatuor diffractum partes, matris in caput proiecit (quo signo inprimis sectam se suam abiurare profitentur.) Tum verò suis ipse manibus *endi*, id est; pendulam in vertice cæsariem, quam in ethnicismi signum promissam alunt, præscindit. Mouit ea res barbaris adstantibus stuporem velut quid hactenus ipsis inuisum. Nonnulli rubore suffusi ilico se subducunt; alii viri honesti, quos ad spectaculum & operam feren=

Firmum Catechumenum propositum.

ordine enarrauit; dicens, Nauabum catechumeni illius vidēdi percupidum esse. Illum ergo vna cum coniuge, iam baptismo tinctos ad Nauabum destinat. Aderant hic neophyti parentes illum abducere satagentes. Nullum vero adesse, præter Catualem, & nonnullos amicorum Nauabus voluit. Tum varia ex illo sciscitatur. Num scilicet hi illius parentes forent? Ante, inquit, cum idola colerem, vt tales eos habui, at modo, ipse cum sim Christianus, & illi ethnici, parentes esse desiere. Tum parentes ingento clamore vociferari, Pinnerum nefarium esse, vt qui filio mentem præstigiis abstulisset. Nauabus contra inhibere; nec modo acriter corripere, criminatores mendacesq; dicere, verum & pugnis & alapis tundi iubere: nam perspectos habere se Patres; vt quos viros bonos & laudabiles nosset, non quales ipsi criminabantur. Dein interrogando pergit, petitque num Christianus foret: Sum, inquit, quæ Deo laus. Illamne vis, inquit Nauabus, legem relinquere. Vitam potius, ait neophytus quàm Iesu Christi legem, quam illo dante iam accepi. Idem & ab vxore postulauit; quæ non minori constantia, & sane maiori quàm muliebris promittebat sexus, animo respondit. Tum Nauabus lingua patria, *Thania Theogoda*, id est; diuina in mulierem hanc descendat benedictio. Et ad parentes neophyti conuersus, Quid in uultis? inquit. Iuuenis hic non puer, sed est, & vna cum vxore legem Christianam accepit. Est quippe illa sancta & bona, & vt

Quæ Neophytum Nauabus rogarit.

Quæ vxorem.

Nauabi pro illorum causa sententia.

&vt talem ipſi habent; veſtram ſequi nolunt. Quo circa domum concedite, & pace per vos fruantur, cùm bonam ac ſalutarem legem profiteantur. Dein de Catuali præcipit clanculò nuntiari, videret ne quid neophyto detrimenti accideret aut iniuriæ. Ille domum ſuam abducit, & ad duas hebdomadas domeſtica ipſum excepit menſa, nulli niſi Chriſtiano acceſſum ad ipſum & colloquium concedens.

Eiſdem diebus Nauabum adit Pinnerus; aderant forte Aſſeſſores conſiliariiq;, eiuſdem legis ſectatores, cuius parentes neophyti: tum illi aduerſus Pinnerum inſurgere; verbis contumelioſis fremere, & propudioſis criminationibus onerare. Quas illum depellere defendendo opus non fuit; nam defenſoris partes ſuſcipiens Nauabus legem Chriſtianornm tantis extulit præconiis; & eo zelo; vt Chriſtianum dixiſſes: addiditq;, ethnicos nec legem, nec libros ſacros, nec Prophetas habere; & *Bidins*, id eſt exleges, eſſe: At Chriſtianos legem ſanctam & bonam, ſcilicet Ieſu Chriſti, Libros quoque & Prophetas habere. Quapropter, inquit laudo viri facinus; idola lignea; lapideaque deſerentis ſancta vt lege initietur. Inferentibus dein ethnicis; minoris neophytum eſſe ætatis, & proinde inuitis nihil agere poſſe parentibus; reſpondit, cur hoc dicitis? Vidi virum ſimul & vxorem. Amborum ætas nonniſi nimis provecta ad hoc faciendum: & ambo in lege ſuſcepta adeo ſolidi & conſtantes;

Nauabus legem Chriſtianam extollit.

ſtantes, vt vitam ſibi malint quam hanc auferri.

Adeo quidem ſe beneuolum in Chriſtianorum fidem Nauabus exhibuit, vt non aduerſus ethnicos eam dumtaxat, ſed & Mahometanos defenderet, licet exterius ipſe Mahometanum mentiretur. Hinc cum Pinnerus Nauabo, & plurimis ducibus regiis præſentibus, cum Mahometanæ legis interprete, quem Mullám dicunt, qui olim apud regem illos criminatus fuerat, diſceptaret contenderetq́;, num Chriſtiana lex æqua videretur & bona. Nauabus Pinneri rationes tanti fecit, vt nihil quod replicaretur ſupereſſe iudicaret. Quare ſtomachatus Mulla, ſi V.D. Pinneri, inquit, partes defendendas ſuſcipiat, ecquis illi contradicet, & legem Domini, id eſt Mahometi, (quem abſolutè Dominum dicunt) tuebitur? Parum hæc verba Nauabum mouerunt; ſordebat quippe apud illum Mahometana lex, vt & Ramadani ieiunia aliaſq́; legis ſuperſtitiones negligeret. Verum per muliebres pellacias, ſtabat quo minus impuro Mahometicæ impietatis cæno pedem efferret. Verum ad pugilem noſtrum reuertamur. Nauabus dum neutri ſe fauere oſtendere vult parti, nec tam Pinnero quàm æquitati ſtudere, pertæſus & querimonias ethnicorum, quibus aures eius quotidie obtundebant, ad Caterios, (iudices ſunt permagnæ auctoritatis) cauſam retulit; coram quibus Brachmanæ vnà cum Panditis comparentes, ſimile quid, iam inde ab orbis exordio, in In-

Mahometanam legem explodit.

Ad alios iudices neophytus mittitur.

doſtanæ viſum negant; quod, ſi ad regem relatum eſſet, nonniſi ægerrimè id illum laturum. quin ad rem exemplo confirmant. Brachmanæ ſiquidem, quem nominabant filius, cum Saracenica ſacra ſequi vellet, rex tantum abfuit, aſſenſum vt præberet, vt & verbis acrioribus correptum, ab opinione concepta diſcedere coëgerit. His auditis bardos eos & pecora vocat Nauabus; & hinc diſcedens Catuali præcipit, Panditos etiam adeſſe iuberet, & coram illis Neophytum iudices interrogaret, num ad ethnicos redire vellet, vel in ſuſcepta religione perſeuerare. Si aures daret, parentibus redderetur; ſin minus, Pinnero. Catuales, priuſquam hæc iuſſa exequeretur, Pinnero inſcio, ad Coxium deduci iubet (is eſt ſupremi ſacrorum ethnicorum Antiſtitis vicarius.) à quatuor aut quinque hominum millibus, præeuntibus parentibus, deducitur; plurimi ſequebantur, tecta item feneſtræque ſpectantibus ſcatebant quin & officinas alii coram viſuri quem res habitura eſſet exitum, deſeruere.

Neophytus ad Coxium id eſt Vicarium ſacrorum gentilium ducitur.

Innocens illa ouicula in medio luporum conſtituta multas non verborum modò, ſed & verberum, tunſionum, alaparum iniurias pertulit; Catualis lictoribus, præ hominum turba, impedire contumelias non valentibus: mille per viam caput, eius diris & execrationibus deuouebant. Maledictus, inquiebant nonnulli, qui nigra omnium ethnicorum vultum fuligine infeceris; rem à maioribus hactenus nec factam nec auditam committens. At Neo-

Per viam verbera & contumelias perfert.

phytus

phytus constanter iis respondit; Nescitis quid dicatis, hinc tam futilia effutitis: secum vero ipse (vt postmodum Pinhero narrauit) dicebat, Gaudeo equidē, Domine Iesu, has me pro tuo nomine sufferre posse cōtumelias, & quamuis maiores irrogentur; à fide tamen tua non decidam. Quin pòst affirmauit, talem numquam hactenus se in vita consolationem sensisse; qualem hoc in conflictu; præsertim cùm coram iudice Christianum libere se esse profiteretur quam illius in fide constantiam ethnici tametsi nonnisi à semestri Christum induisset, magnopere mirabantur.

Consolationem cælitus sensit.

Maximò cum tumultu ac turba ad Coxium perductus benigne ab eo habitus est. Parentes, iam se in potestate habere filium rati, tam arctè eum constringebant, vt etiam summa opum vi connisus iis se eripere nequiret, & eum & pedibus & cubitis tenentes tunderet, frustra laborabat, donec eos iudex abscedere cogeret. Tum demum, magnam illum ethnicis omnibus iniuriam irrogare, ait: ac legem, quam suscepit iniquam esse, magnam ad hæc illum parentibus molestiam afferre. Collectarum se is mille addit Rupias (monetæ genus est, quarum singulæ XXVI. assibus gallicis aut circiter æquiualent) ab ethnicis; & ducentas de suo adturum si Gangetica se lympha ablueret. Credunt quippe, (vt dictum alibi) stolida sanè persuasione, oēs hac lotos, ab omnibus purgari noxis, & velut plenariam culpæ simul & pœnæ indulgentiam, hac immersione consequi.

Interrogatur à iudice neophytus & respondet.

Summa hac pene ad tria millia librarum ascenderes.

Hac igitur aqua ablui neophytum vult iudex, quò à noxa, quam fidem Christianam suscipiendo illum contraxisse credebat, purgetur. Addebat & alia plausibilia, & è re illius futura. Verum intrepidus neophytus respondit; Equidem bis mille tuas rupias, cum infernalibus tormentis & animæ meæ iactura, quam tibi credendo incurrerem, collatas, non pluris facio, quàm hocce sputum: & hoc dicẽs in terram exspuit. Malim, inquit dein, si fortè me premi inopia accideret, vnum per eleemosynam mihi datum à Patribus Damarim, id est obolum quàm centum à te rupiarum millia. Et tametsi sua me illi, apud quos hactenus egi domo excluderent, felicissimum mortalium me credam si vel sub extremo vestibuli gradu commorari & mensæ famulorum analecta comedere liceat. Tum Iudex toruo illi & irato vultu mortem, ni ilicò in saniam illam Christianam deserat, & resipiscat meliora secutus, minatur. Quid tam diu mortem differs? ait Neophytus interritus, quod concepisti præsta: mortem non moror; nihil enim hactenus desideraui & etiam modo desidero ardentius. Vnum autem demiror nempe, si quando ethnicus aliquis legem aut Mahometanum induit, neminẽ obloqui, neminem contradicere, impedire neminem; at Christianis si quis accedere velit, tartarus omnis bellum illi indixisse videbitur, quò à proposito diuertatur. Atque hinc, quod meam legem inter & vestras sectas discrimen est, patet: hæ enim cum à diabolo

Neophyti constantia.

ortum

ortum habeant, neminem aduersarium patiuntur; mea vero quod veri Dei lex sit, à vobis & diabolis ipsis oppugnatur. Tum Iudex ad parentes conuersus, filius, inquit vester periit: nec vlla amplius de eius salute spes est super. His dictis conuentus dissolutus & tiro dimissus. *Liber dimittitur.*

At maiores post iniurias, contumelias pluraq; verbera passus est, non modò tribunali cum egrederetur, verum etiam per plateas. Quam Catuales rem ægrè ferens plures illi stipatores, à quibus custodiretur, ac defenderetur addidit: sed impedire illi irruentem vulgi turbam non potuere. *Rediens plura suffert.*

At non hic populi stetit petulantia. Nam à Catualis est prætorio ad Regium Cazicium, qui Mahometanorum quasi Antistes, deductus, huic cum ad singula interrogata infracto respondisset animo, parentibus postulantibus, S. Franciscum imitatus, omnibus bonis & possessionibus, quas adire poterat renuntiat: qua abdicatione facta, Cazicius à Iudice, eadem neophyti parentibus eius tradi, & ipsum ad Pinnerum ex Nauabi præscripto deduci iubet. Incredibilis fuit Christianorum omnium ob prosperum rei successum, & insignem generosi huius pugilis victoriam, ethnicos confusos, Mahometanos conuictos, tartarum ac diabolos spe frustratos, & Christi Iesu fidem de infidelitate triumphantem lætitia. *Ad Mahometanorũ Cazicium ducitur. Bona omnia abdicat. Ad Pinnerum reducitur. Christianorum hac de re gaudium.*

Postridie cum Pinnerus ad Nauabi ædes deducit, qui benigne illum humaniterq; tra-

ctat, infractam illius in fide Christi tuenda constantiam deprædicans. Cui Nauabus, si Christianus es, vbinam crux?tum alter reliquiariam thecam quam gestabat, exhibuit. Verum hanc crucem esse negante Nauabo, rosarium Neophytus collo detrahit, ex quo crucem pendulam ostendit. Nauabus dein ad ethnicos conuersus, næ ille sapit, inquit, qui vestris derelictis inaniis ac næniis fidem Iesu Christi amplexus est. Deniq; tanto eum est affectu prosecutus, sæpius vt ad se euocatum, semper nummis aliquot donatum remitteret. Si decem dedisset, spargebant ethnici, datos centum, si centum, mille eum aiebant accepisse, inuidia & odio æstuantes. Hic rei tam difficilis fuit exitus; & eorum quæ his in locis ad annum vsq; MDCII. in rei Christianæ incrementum contigere, finis: iam sequentes annos percurramus.

Nauabus benignè eum habet.

Cap. X.

Magnus Mogor litteras ac diploma concedit, quibus omnibus ad Christum libere accedendi dabatur facultas, & quæ in earum promulgatione occurrerint difficultates.

Magnus Mogor Agram redit.

Echebat rex Mogor, arce Syrana, vti dictum expugnata, & regno iam Breampurano in ditionem redacto, etsi bellum hoc conficere, & regna Melicense & Idalcanis suo subiicere imperio imprimis desideraret; tamen, cum ex voto cuncta vsquequaq; non succederent, in Mo-

gor iam, ad bellum vicinis Regulis inferendum, in locis iam occupatis, aliquot ducibus ac præfectis relictis, redire constituit. Ergo Agram, vnà cum Patribus qui illum quocumq; locorum comitabantur, Hieronymo Xauerio scilicet & Emmanuele Pinnero, qui Lahore iã in castra, ad vrbem Francisco Corsio, de quo supra locuti sumus, relicto, venerat, reuertit.

Eodem tempore in itinere erant P. Antonius Machadus & Benedictus Goëzius, (qui Cataiam petebat) aliis in regia Patribus se iuncturi. Septem in itinere Goa Agram vsq; consumpsere Menses; & aliquot antequam adessent diebus, de aduentu illorum factus rex certior, ad Patres rem retulit. Hinc Pinnerus ad aliquot leucas obuiam iis processit. Nullum hoc occursu accidere viatoribus, per intensos illos quibus torrida semper Mogor tum potissimum æstuabat, calores, officium potuit gratius.

P. Machadus & Benedictus Agram veniunt, vbi Xauerium & Pinnerum inueniunt.

Agram vt peruenere, rege salutato, à quo humaniter admodum excepti fuere, simul omnes, renouare pietatem & solita pietatis exercitia cæpere, paruum quodammodo collegium constituentes, & prout poterant, disciplinã religiosam spatio menstruo seruantes. Interim cum rege de magni momẽti rebus egere: quarũ potissima fuit, vt veniam ac facultatem subditis omnib⁹ ad Christiana sacra conuolandi, quam hactenus impetrare nõ potuerãt publicè concederet. Hac occasione res peracta. Francis. Corsius cum Lahore, quæ vrbs regia est & oĩum caput)

Ad mensem quatuor simul agunt.

put) in domo noſtra & templo, verſaretur, ſortem ſuam deplorabat, tam quòd ſolus hic eſſet, tum verò quod Chriſtiana res peſſimo eſſet loco. Duobus enim Proregibus, qui Patribus & Chriſtianæ fidei augmento, vt diximus, patrocinati fuerant, iam demortuis, ſucceſſerat tertius, illis inimicus; partim quòd Mahometanus eſſet, & proinde à fide noſtra nimium quantum alienus, partim quòd Luſitanos mortali inſectaretur odio, primo quod iam olim, cùm Guzaratæ præeſſet, ab illis eſſet profligatus, & ſaucius domum cum infamia rediſſet; dein quod nauem illi mercibus onuſtam, quam Mecham ſine litteris fidem facientibus miſerat, diripuiſſent. Is ergo Prorex conſtitutus, variis exagitare Patres modis, & Chriſtianos cœpit laceſſere, vt & vxores illorum raperet, & violenter ad fidem abiurandam cogeret: ſed, Deo laus, fruſtra fuit, omnibus in fide ſuſcepta animoſè perſtantibus.

Nouus Prorex Iaboris Chriſtianos perſequitur.

Horum omnium certiores Patres, qui in regia verſabantur, regem adeunt: quoniam verò iam mos obtinuit, vt quotquot ipſum alicuius rei cauſa adeunt, munus ei deferant, vti iam ſupra dicere memini, duas illi tabulas depictas obtulere, quarum vna viuam Magni Albuquercii, altera Ariæ de Saldagna tum Indiæ Proregem agentis imaginem continebat: quæ illi extitere longe gratiſſimæ.

Lætentas tum ille erat nummis, quos plurimos & varios ex auro recens cudi iuſſerat nu-

mean-

[...]andis explorandisq; ac tum centum quinquaginta lances iis plenas, & plures sac[...]os iam exploratis explorandisq; onustos penes se habebat. Hos enim tum ipse tum per alios inspiciebat. Hisce quotidie, otii & tædii vitandi gratia, bonam diei partem dabat, cùm, postquam ter quotidie se compellare volentibus aures dedisset, solus ageret & sibi vacaret. Nummos ergo saccis impositos in gazas & ærarium regium, quod erat amplissimum, referri iubebat. In conclaue ergo admissi benignè Patres, cum propius accedere iussisset; Francisci Corsii, qui solus Lahore agebat, tum angustias, tum molestias & vexationes aperiunt; orare se proinde, vt ipsius bona cum venia Pinnerus Lahorem rediret. Non inuitus hoc concessit, cum id sibi minimè diceret displicere. Permagni hanc facultatem faciebant Patres, dum verentur ne negaret: erat enim illi pergratus Pinnerus, & illius commercio delectari videbatur. Quantum ad vexationes, petebat [...]num Prorex Patribus & Christianis molestus [...]sset. Illi rem enarrantes supplicarunt, vt, quo [...]is similibusq; iniuriis aditus obstruatur, literas, velut edictum publicum, regio munitas [...]gno traderet, quibus suum in Patres, simul & [...]cclesiam & Christianos omnes affectum pro[...]ensionemq; testatam faceret: vt subditis o[...]nibus constet, quanta eos beneuolentia, & [...]iore, velut rem propriam prosequeretur. [...]x libens annuit, & Ennucho, magnæ aucto-

Patres regem adeunt.

Litteras publicas ab eo petunt.

 ritatis

rictatis viro, quiq; penè omnia ſuo regebat nutu, eaſdem vt conficeret, edicit. Petiit ille à Patribus, paucis vt in ſcriptum referrent, quidquid litteris exprimi vellent. Nec mora litteras conficiunt; inter cetera fuit primarium illud caput, quodq; ipſi imprimis deſiderabant, omnibus ſcilicet Mogorianis liberam, ſi modò vellent ad Chriſtum accedendi facultatem dari, nullus vt impedire aut remorari audeat. At quoniam id hactenus litteris publicis & regia manu ſignatis, ſed nonniſi verbotenus conceſſum erat; mox vt Eunuchus hoc punctum audiuit, rem diſtulit nec hoc in litteras caput referri voluit, niſi rege antè conſulto. Paucis poſt diebus regem cum conſuluiſſet, ex Patrum ille voto litteras concinnari iubet: Hanc enim iis ſe facultatem conceſſiſſe, nec reuocare velle; hanc ſuam eſſe mentem ac beneplacitum. Eunuchus regia voluntate comperta, caput hoc ceteris annectit; dein œconomum regium, magni nominis ſatrapam qui omnia edicta ac diplomata regia inſpicit, hac de cauſa adit. Hic mira ſpondet, at vbi ad hoc peruenit caput, etiam attonitus ſtetit, nec vlterius pergere voluit, rem de die in diem differens. Quibus cognitis, Patres virum adiere, eas vt quam citiſſime litteras expediret: ait, hoc vno ſe retineri capite, quò liberam rex ſuis ad Chriſtum transeundi copiam nemo, vt obſtare poſſet, facere dicebatur: & hoc ſibi difficile ac graue videri: ita enim Mahometicæ legis auctoritatem penitus euertendam & peſſum ituram, quin

Quæ in earum ſignatione difficultas.

...in & Proregi Lahorano ſocero ſuo fore, hoc vt quam maxime diſpliceat. Quapropter Regem ſe, priuſquam progrederetur, additurũ, & patribus ſi adeſſe velint rege in publicũ prodeunte, præſentibus rem propoſiturum. Adſerant ad præſtitutum tempus Patres, at rege exeunte alter ne verbum locutus: ſeque purgans, oportunum hac de re tum agendi tempus aut locum minimè ſibi videri ait; expectarent, donec ſolus eſſet, ac tum occaſione captata ſe rem aperturum. Verum ſtudio hæc trahebantur, dilationeque rem ſubuertere nitebatur. Nolebat enim eàm proponere, ſed inanibus dumtaxat eos verbis ac promiſſis lactabat, quo longa res ſuſpenſione à cœptis promouendis deſiſterent. Iam in ore magnatum omnium ipſa verſabatur, qui quòd pleriq; Mahometum profiterentur, haſce legi ſuæ litteras nimium quantum obfuturas credebant: hinc nonnulli, hoc caput eradendum dicere alii, ſufficere ad Chriſtum conuertere, vti hactenus factum, quicumq; vltro manus darent, nec huiuſmodi litteras ad hoc impetrandas. Tantas ergo regii miniſtri difficultates & obſtacula interponebant, vt de litteris impetrandis Patres ſpem penè omnem abiicerent; donec ad quemdam regi perfamiliarem ſe contulere, qui olim puer, Pinneri fuerat primo quo in Mogor appulerat anno diſcipulus; qui tametſi quam breuiſſimo ſub illius eſſet verſatus diſciplina tempore, ...i tamen doctorem ſuum affectu & ſtudio

Dilatio & ſimulatio eius à quo eadem erant ſignanda.

Rè deſperata Patres, per quemdam regis familiarem, eaſdem ſignari faciunt.

ſtudio ſemper colebat. Is ergo regi oportunè, de capite illo quod controuertebatur, locutus, rem ex ordine enarrauit. Itaq; iterum quæ iam antè conceſſerat, rata eſſe voluit. Hanc ratificationem adoleſcens proſecutus tantum præſtitit, vt optatum rem ad exitum perduxerit. Nam tametſi in harum litterarum ſignatione magnas Saraceni difficultates obiicerent, & præſertim dux Agiſcoa (ad quem, vtpote ſupremum cancellarium, ex officio ſpectabat ſignare & regi ſubſcribenda dare diplomata;) adoleſcens tamen hic denuo regem affatus, ita negotium promouit, vt litteras debita & legitima forma exaratas, ſignatas, & regia ſubſcriptas manu, Patribus dederit. In rei illc compenſationem, imaginem Saluatoris noſtri Ieſu, admodum piam, à Patribus petiit, dederunt hanc illi quidem ſed inuiti: at quòd negotium ab ipſo confectum ad diuinæ gloriæ ſpectaret augmentum, cum decoro negare non potuere; ſed eamdem redemturi, ſi quando aliam haberent, quæ illi magis arrideret.

Mahometani, cognito litteras haſce datas, indoluere; vt iis ipſis diebus omnis ea de re in regia eſſet ſermo: & hactenus in Mahometanorum ditione ſimiles non ſunt aut impetratæ aut datæ. Perſuaſi iam penitus hinc ſunt regem Mahometo non adhærere, at Patribus è contra fauere, cum illis nequidquam obluctantibus & refragantibus, in promiſſa facultate concedenda palàm tam conſtanter perſtitit.

Patres,

Patres, ac impetrata gratias primum omnis boni fonti & auctori Deo regum corda manu tenenti, & ea quò libuerit impellenti, dein regiæ maiestati, & ceteris causæ patronis egerunt: aliquot post diebus Pinnerus, regi valedicens, dum Lahorem petebat benignè comiterq; ab illo dimissus est, & equus illi è regio equili datus; quo iter hoc plusquam centum leucarum conficeret. Quod permagni etiam fecere: his enim aliisq; rebus apud Mahometanos atq; ethnicos paratur auctoritas. *Pinnerus Lahorem red. it.*

CAP. XI.

Fides Christiana Agræ plurimis & omnigenis hominibus annuntiatur, idq; occasione pulcherrimæ imaginis Deiparæ.

INterimdum Pinnerus Agræ versaretur, Xauerius, qui ibidem agebat regi librum obtulit sermone conscriptum Persico de vita, miraculis & doctrina Saluatis nostri Iesu Christi, quod rex ipse scriptum petierat & videre auebat. Ostendebat reipsa, magni se illud facere, hinc sæpè sibi ab Agiscoa prælegi illud volebat: & tantopere lectione eius delectabatur, aliud vt exemplar à Patribus peteret. Et iam inter magnates is erat de hoc libro sermo, spes et esset, hoc vnigenitum Dei filium pacto in delibus declarandum. Petiit deinde similem Xauerio rex de vita Apostolorum tractatum. Nihil porro Agrenses ad fidei Christianæ magis cognitionem perduxit; quam imaginis *Liber de vita Iesu Christi cōpositus lingua Persica.*

Dei-

Deiparæ virginis, ad imitationem eius, quæ Romæ *di populo* dicitur, delineatæ conspectus: hanc biennio antè è Lusitania Patres acceperant, at aperire noluerant; venti ne eam rex sibi deposceret. Tandem ipso Domini natali, & sequenti eiusdem circumcisionis festo in templo ipsam quam potuere elegantissimè exornatam exponere decreuere: vt hoc ornatu pietati suæ & Neophytorum satisfacerent. Sed pauperculæ aliquot, templo proximæ infra Octauam festi, impetrata à Patribus facultate templum ingressæ, ita imaginem, intrinsecus tactæ, demiratæ sunt, eiusdem vt pulchritudinem ac decorem vbiq; deprędicarent, vt breui ad omnes loci incolas ea fama peruenerit: Hinc plurimi, relictis officinis, rei tam admirabilis spectandæ gratia, ad templum confluxere, & ea ipsa vespera plusquam bis mille spectatum è proximis vicis venere.

Imago Deiparæ ad imitationem Romanæ effictа.

In templo Agrensi exponitur publice inspectanda.

Multi ad eam spectandam veniunt.

Postridie prima luce etiam nondum foribus templi apertis multi spectatores adsunt. Hinc solito maturius ad sacra celebranda se Patres accinxere: at veriti turbas aut tumultum, ob affluentium copiam, ad primarias domus ianuas custodes apposuere, & suam quisq; ianuam asseruabat, quò intrantes exciperent & alloquerentur. Imago in primaria ædis ara collocata erat, accensis circumsecus cereis & duplici cooperta velo primum tenui & diaphana, tela, dein cortyna byssina subtiliori. Plures cum intra templum admitti non possent retectis ipsa velis demonstraba-

tur. Præter duos paruulos, qui aræ semper stabant proximi, quoties eadem aperiebatur, erat qui patrio sermone ecquæ hæc esset domina, quam imago repræsentabat, & quis filiolus declarabat: Esse nimirum vnigenitum Dei Filium, saluatorem ac redemptorem Iesum Christum; qui humanam assumpturus naturam, in vterum sacratissimæ Virginis, quam imago hæc designabat, delapsus est, quò homines viam salutis & veram legem edoceret. Eadem occasione præcipua fidei mysteria & religionis nostræ capita omnium cum admiratione declarabantur. Et erat profectò mirum quos imaginis huius conspectus in ethnicis pariebat effectus: nam præter stuporem maximum, insignem de admissis noxis pœnitentiam, quam singularis & interna mentis consolatio sequebatur. Deniq; adeò mutati domum concedebant, vt non parum patres mirarentur. Nam cum de- in nobilioribus & magnatibus, admiranda Domini & sanctissimæ eius matris gesta referent, simul & imposturas & nequitiam perdi- tissimi Mahometi detegerent, magna cum omnium attentione & verecundia, aduersus dicta ne hiscere audentium audiebantur. Quod in Mahometanis non est exiguum, tum quod Mahometum se audientibus criminari vix ferant, tum vero quod omne imaginum genus execrentur. Hic tamen & optimam de Deiparæ sanctitate opinionem, & pium erga eamdem affectum concepere.

Hinc occasione sumpta fides annuntiatur.

Imaginis huius conspectus mirificos effectus parit.

Præter plebeculam etiam docti & magnates affluunt.

Quo verò omnia ritè & ordinatè procederent, non plures in templum ſimul admittebantur, quàm commodè caperet; quibus exeuntibus alii ſuccedebant, & viri à feminis diſcreti: quod omnibus placebat: primo biduo admittebatur populus; tertio & quarto die doctiores, quos Mullas vocant, nobiles & optimates, qui antè probro ſibi ducebant Chriſtianorum ædem ſubire, accedere non ſunt veriti. Horum ad exemplum tantus omnium ordinum exſtitit concurſus, vt, intrantium & exeuntium vno die ſubducto numero, decem & amplius hominum quotidie millia confluxerint, vix vt quartæ horæ Patribus pars ad cibum ſumendum ſupereſſet, & in noctem eumdem differre cogerentur, veriti ne quis in tanto concurſu, ac frequentia excitaretur tumultus.

Quotidie decies mille intrabant templum.

Inter ceteros primores atq; optimates adfuit dux pluſquam ſexaginta & amplius equitibus & aliis pediſſequis ſtipatus: is conſpecta imagine in admiratione raptus velut ſenſibus deſtitutus manſit. Illum ſequebantur alii, ſemp nouis ſuccedentibus, qui domum cum ſtupore redeuntes, aſſiduò, hac de re agebant; quin & domeſticos, vxores, plurimis ſtipatas ancillis, ad templum mittebant, has magno cum honore & cultu Patres excipientes alios tum, cùm ipſæ adeſſent, præter illarum comites & pediſſequas templo excludebant. Regius miniſter magnæ vir auctoritatis, at Mahometanus, cum negotiorum cauſa adeſſe niſi ſummo manè

non

non potuisset, ab vno Patrum in ædem humaniter deductus est. Imaginem cum conspexisset, ad aliquod tempus ab eius diuelli conspectu non potuit, ne verbum quidem præ stupore locutus, imò vbertim mox lacrymatus. Sedere hunc Pater iussit, vt hac occasione de rebus diuinis cum illo sermonem misceret. Verum alter nec lachrymarum contrahere habenas, nec imaginis amittere potuit conspectum. Tum Pater, Cur obsecro, Mahometus & omnes eius sequaces imaginum visum & cultum, velut impium, proscribunt, cum ex iis tam præclaros consolationum & animorum mutationum effectus prodire videamus? Mahometanos ille hæc minimè capere, aiebat. Tum tot tantisque Mahometum calumniis Christum verò eiusq; matrem præconiis onerauit, plura ab optimo Christiano vt expectare vix potuisses. Tam diu hic commoratus est, donec templi fores ob populi expectantis affluentiam laxandæ essent. Tum mira consolatione perfusus domum abiit, fidem legemque nostram mirificis in cælum laudibus efferens. *Mahometanus visa imag ne lacrymatur.*

Regis Xhanderæ Frater & nepos cum aliquot eiusdem regis consanguineis, simul & filius Regis Candacaræ bis terue pluribus stipati nobilibus ac Satrapis spectatum venere, in Regi iniuriam Patres facturos dixere, nisi ipsum rei tam eximiæ visuq; dignissimæ certiorem redderent. Quapropter illuc dignissimam regiam petunt, regiq; rem ex ordine e- *Principes non nisi in via regem certiorem reddunt.*

 explicant.

Hac igitur aqua ablui neophytum vult iudex, quò à noxa, quam fidem Christianam suscipiendo illum contraxisse credebat, purgaretur. Addebat & alia plausibilia, & è re illius futura. Verum intrepidus neophytus respondit; Equidem bis mille tuas rupias, cum infernalibus tormentis & animæ meæ iactura, quam tibi credendo incurrerem, collatas, non pluris facio, quàm hocce sputum: & hoc dicēs in terram exspuit. Malim, inquit dein, si fortè me premi inopia accideret, vnum per eleemosynam mihi datum à Patribus Damarim, id est obolum quàm centum à te rupiarum millia. Et tametsi sua me illi, apud quos hactenus egi domo excluderent, felicissimum mortalium me credam si vel sub extremo vestibuli gradu commorari & mensæ famulorum analecta comedere liceat. Tum Iudex toruo illi & irato vultu mortem, ni ilicò in saniam illam Christianam deserat, & resipiscat meliora secutus, minatur. Quid tam diu mortem differs? ait Neophytus interritus, quod concepisti præsta: mortem non moror; nihil enim hactenus desideraui & etiam modo desidero ardentius. Vnum autem demiror nempe, si quando ethnicus aliquis Iognem aut Mahometanum induit, neminē obloqui, neminem contradicere, impedire neminem; at Christianis si quis accedere velit, tartarus omnis bellum illi indixisse videbitur, quò à proposito diuertatur. Atque hinc, quod meam legem inter & vestras sectas discrimen est, patet: hæ enim cum à diabolo ortum

Neophyti constantia.

rtum habeant, neminem aduersarium patiantur; mea vero quod veri Dei lex sit, à vobis & diabolis ipsis oppugnatur. Tum Iudex ad parentes conuersus, filius, inquit vester periit: nec vlla amplius de eius salute spes est super. His dictis conuentus dissolutus & tiro dimissus. *Liber dimittitur.*

At maiores post iniurias, contumelias pluraq; verbera passus est, non modò tribunali cum egrederetur, verum etiam per plateas. Quam Catuales rem ægrè ferens plures illi stipatores, à quibus custodiretur, ac defenderetur addidit: sed impedire illi irruentem vulgi turbam non potuere. *Rediens plura suffert.*

At non hic populi stetit petulantia. Nam à Catualis est prætorio ad Regium Cazicium, qui Mahometanorum quasi Antistes, deductus, huic cum ad singula interrogata infracto respondisset animo, parentibus postulantibus, S. Franciscum imitatus, omnibus bonis & possessionibus, quas adire poterat renuntiat: qua abdicatione facta, Cazicius à Iudice, eadem neophyti parentibus eius tradi, & ipsum ad Pinnerum ex Nauabi præscripto deduci iubet. Incredibilis fuit Christianorum omnium ob prosperum rei successum, & insignem generosi huius pugilis victoriam, ethnicos confusos, Mahometanos conuictos, tartarum ac diabolos spe frustratos, & Christi Iesu fidem de infidelitate triumphantem lætitia. *Ad Mahometanorũ Cazicium ducitur. Bona omnia abdicat. Ad Pinnerum reducitur. Christianorum hac de re gaudium.*

Postridie eum Pinnerus ad Nauabi ædes deducit, qui benigne illum humaniterq; tra-

ctat, infractam illius in fide Christi tuenda constantiam deprædicans. Cui Nauabus, si Christianus es, vbinam crux? tum alter reliquiariam thecam quam gestabat, exhibuit. Verum hanc crucem esse negante Nauabo, rosarium Neophytus collo detrahit, ex quo crucem pendulam ostendit. Nauabus dein ad ethnicos conuersus, næ ille sapit, inquit, qui vestris derelictis inaniis ac næniis fidem Iesu Christi amplexus est. Deniq; tanto eum est affectu prosecutus, sæpius vt ad se euocatum, semper nummis aliquot donatum remitteret. Si decem dedisset, spargebant ethnici, datos centum, si centum, mille eum aiebant accepisse, inuidia & odio æstuantes. Hic rei tam difficilis fuit exitus; & eorum quæ his in locis ad annum vsq; MDCII. in rei Christianæ incrementum contigere, finis: iam sequentes annos percurramus.

Nauabus benignè eum habet.

CAP. X.

Magnus Mogor litteras ac diploma concedit, quibus omnibus ad Christum libere accedendi dabatur facultas, & quæ in earum promulgatione occurrerint difficultates.

Magnus Mogor Agram redit.

Echebar rex Mogor, arce Syrana, vti dictum expugnata, & regno iam Breampurano in ditionem redacto, etsi bellum hoc conficere, & regna Melicense & Idalcanis suo subiicere imperio imprimis desideraret; tamen, cum ex voto cuncta vsquequaq; non succederent, in Mo-

gor

r iam, ad bellum vicinis Regulis inferen-
m, in locis iam occupatis, aliquot ducibus
præfectis relictis, redire constituit. Ergo A-
m, vnà cum Patribus qui illum quocumq;
orum comitabantur, Hieronymo Xauerio
licet & Emmanuele Pinnero, qui Lahore iã
castra, ad vrbem Francisco Corsio, de quo
ra locuti sumus, relicto, venerat, reuertit.
Eodem tempore in itinere erant P. Anto-
is Machadus & Benedictus Goëzius, (qui
taiam petebat) aliis in regia Patribus se iun-
iri. Septem in itinere Goa Agram vsq; con-
mpsere Menses; & aliquot antequam adeſ-
it diebus, de aduentu illorum factus rex cer-
r, ad Patres rem retulit. Hinc Pinnerus ad a-
quot leucas obuiam iis processit. Nullum hoc
curſu accidere viatoribus, per intensos il-
s quibus torrida semper Mogor tum potiſ-
num æstuabat, calores, officium potuit gra-
is.

P. Machadus & Benedictus Agram veniunt, vbi Xauerium & Pinnerum inueniunt.

Agram vt peruenere, rege salutato, à quo
imaniter admodum excepti fuere, simul o-
nes, renouare pietatem & solita pietatis ex-
citia cæpere, paruum quodammodo collegi-
m constituentes, & prout poterant, disciplinã
ligiosam spatio menstruo seruantes. Interim
im rege de magni mométi rebus egere: quarũ
otiſſima fuit, vt veniam ac facultatem subditis
mnib⁹ ad Christiana sacra conuolandi, quam
acten⁹ impetrare nõ potuerãt publicè conce-
eret. Hac occaſione res peracta. Franciſ. Cor-
us cùm Lahore, quæ vrbs regia est & oĩum ca-

Ad mensem quatuor simul agunt.

 put)

put) in domo nostra & templo, versaretur, sortem suam deplorabat, tam quòd solus hic esset, tum verò quod Christiana res pessimo esset loco. Duobus enim Proregibus, qui Patribus & Christianæ fidei augmento, vt diximus, patrocinati fuerant, iam demortuis, successerat tertius, illis inimicus; partim quòd Mahometanus esset, & proinde à fide nostra nimium quantum alienus, partim quòd Lusitanos mortali insectaretur odio, primo quod iam olim, cùm Guzaratæ præesset, ab illis esset profligatus, & saucius domum cum infamia redisset; dein quod nauem illi mercibus onustam, quam Mecham sine litteris fidem facientibus miserat, diripuissent. Is ergo Prorex constitutus, varijs exagitare Patres modis, & Christianos cœpit lacessere, vt & vxores illorum raperet, & violenter ad fidem abiurandam cogeret: sed, Deo laus, frustra fuit, omnibus in fide suscepta animosè perstantibus.

Nouus Prorex Lahoris Christianos persequitur.

Horum omnium certiores Patres, qui in regia versabantur, regem adeunt: quoniam verò iam mos obtinuit, vt quotquot ipsum alicuius rei causa adeunt, munus ei deferant, vti iam supra dicere memini, duas illi tabulas depictas obtulere, quarum vna viuam Magni Albuquercii, altera Ariæ de Saldagna tum Indiæ Proregem agentis imaginem continebat: quæ illi extitere longe gratissimæ.

Inuentus tum ille erat nummis, quos plurimos & varios ex auro recens cudi iusserat numeran-

randis explorandisq; ac tum centum quin- *Patres regem adeunt.*
aginta lances iis plenas, & plures sac-
s iam exploratis explorandisq; onustos pe-
s se habebat. Hos enim tum ipse tum per ali-
inspiciebat. Hisce quotidie, otii & tædii vi-
ndi gratia, bonam diei partem dabat, cùm,
stquam ter quotidie se compellare volenti-
s aures dedisset, solus ageret & sibi vacaret.
ummos ergo saccis impositos in gazas & æ-
rium regium, quod erat amplissimum, refer-
ubebat. In conclaue ergo admissi benignè
tres, cum propius accedere iussisset; Fran-
ci Corsii, qui solus Lahore agebat, tum an-
stias, tum molestias & vexationes aperiunt;
are se proinde, vt ipsius bona cum venia Pin-
rus Lahorem rediret. Non inuitus hoc con-
sit, cum id sibi minimè diceret displicere.
rmagni hanc facultatem faciebant Patres,
m verentur ne negaret: erat enim illi per-
atus Pinnerus, & illius commercio delectari
debatur. Quantum ad vexationes, petebat
m Prorex Patribus & Christianis molestus
et. Illi rem enarrantes supplicarunt, vt, quo
s similibusq; iniuriis aditus obstruatur, lit-
ras, velut edictum publicum, regio munitas
gno traderet, quibus suum in Patres, simul & *Litteras publicas ab eo petunt.*
clesiam & Christianos omnes affectum pro-
nsionemq; testatam faceret: vt subditis o-
nibus constet, quanta eos beneuolentia, &
nore, velut rem propriam prosequeretur.
ex libens annuit, & Ennucho, magnæ aucto-

rictatis viro, quiq; penè omnia ſuo regebat nutu, eaſdem vt conficeret, edicit. Petiit ille à Patribus, paucis vt in ſcriptum referrent, quidquid litteris exprimi vellent. Nec mora litteras conficiunt; inter cetera fuit primarium illud caput, quodq; ipſi imprimis deſiderabant, omnibus ſcilicet Mogorianis liberam, ſi modò vellent ad Chriſtum accedendi facultatem dari, nullus vt impedire aut remorari audeat. At quoniam id hactenus litteris publicis & regia manu ſignatis, ſed nonniſi verbotenus conceſſum erat; mox vt Eunuchus hoc punctum audiuit, rem diſtulit nec hoc in litteras caput referri voluit, niſi rege antè conſulto. Paucis poſt diebus regem cum conſuluiſſet, ex Patrum ille voto litteras concinnari iubet: Hanc enim iis ſe facultatem conceſſiſſe, nec reuocare velle; hanc ſuam eſſe mentem ac beneplacitum. Eunuchus regia voluntate comperta, caput hoc ceteris annectit; dein œconomum regium, magni nominis ſatrapam qui omnia edicta ac diplomata regia inſpicit, hac de cauſa adit. Hic mira ſpondet, at vbi ad hoc peruenit caput, etiam attonitus ſtetit, nec vlterius pergere voluit, rem de die in diem differens. Quibus cognitis, Patres virum adiere, eas vt quam citiſſime litteras expediret: ait, hoc vno ſe retineri capite, quò liberam rex ſuis ad Chriſtum transeundi copiam nemo, vt obſtare poſſet, facere dicebatur: & hoc ſibi difficile ac graue videri: ita enim Mahometicæ legis auctoritatem penitus euertendam & peſſum ituram, quin

Quæ in earum ſignatione difficultas.

n & Proregi Lahorano socero suo fore, vt quam maxime displiceat. Quapropter gem se, priusquam progrederetur, additurū, atribus si adesse velint rege in publicū pronte, præsentibus rem propositurum. Adet ad præstitutum tempus Patres, at rege unte alter ne verbum locutus: seque purns, oportunum hac de re tum agendi tem- aut locum minimè sibi videri ait; experent, donec solus esset, ac tum occasione tata se rem aperturum. Verum studio hæc hebantur, dilationeque rem subuertere niatur. Nolebat enim eam proponere, sed inibus dumtaxat eos verbis ac promissis labat, quo longa res suspensione à cœptis omouendis desisterent. Iam in ore magnan omnium ipsa versabatur, qui quòd ple-; Mahometum profiterentur, hasce legi suæ teras nimium quantum obfuturas credent: hinc nonnulli, hoc caput eradendum dire alii, sufficere ad Christum conuertere, vti ctenus factum, quicumq; vltro manus daat, nec huiusmodi litteras ad hoc impetrans. Tantas ergo regii ministri difficultates & stacula interponebant, vt de litteris impeandis Patres spem penè omnem abiicerent; onec ad quemdam regi perfamiliarem se ontulere, qui olim puer, Pinneri fuerat imo quo in Mogor appulerat anno diipulus; qui tametsi quam breuissimo b illius esset versatus disciplina tempore, signi tamen doctorem suum affectu & studio

Dilatio & simulatio eius à quo eadem erant signanda.

Re desperata Patres, per quemdam regis familiarem, easdem signari faciunt.

ſtudio ſemper colebat. Is ergo regi oportunè, de capite illo quod controuertebatur, locutus, rem ex ordine enarrauit. Itaq; iterum quæ iam antè conceſſerat, rata eſſe voluit. Hanc ratificationem adoleſcens proſecutus tantum præſtitit, vt optatum rem ad exitum perduxerit. Nam tametſi in harum litterarum ſignatione magnas Saraceni difficultates obiicerent, & præſertim dux Agiſcoa (ad quem, vtpote ſupremum cancellarium, ex officio ſpectabat ſignare & regi ſubſcribenda dare diplomata;) adoleſcens tamen hic denuo regem affatus, ita negotium promouit, vt litteras debita & legitima forma exaratas, ſignatas, & regia ſubſcriptas manu, Patribus dederit. In rei illie compenſationem, imaginem Saluatoris noſtri Ieſu, admodum piam, à Patribus petiit, dederunt hanc illi quidem ſed inuiti: at quòd negotium ab ipſo confectum ad diuinæ gloriæ ſpectaret augmentum, cum decoro negare non potuere; ſed eamdem redemturi, ſi quando aliam haberent, quæ illi magis arrideret.

Mahometani, cognito litteras haſce datas, indoluere; vt iis ipſis diebus omnis ea de re in regia eſſet ſermo: & hactenus in Mahometanorum ditione ſimiles non ſunt aut impetratæ aut datæ. Perſuaſi iam penitus hinc ſunt regem Mahometo non adhærere, at Patribus è contra fauere, cum illis nequidquam obluctantibus & refragantibus, in promiſſa facultate concedenda palàm tam conſtanter perſtitit.

Patres,

Patres, ac impetrata gratias primum omnis boni fonti & auctori Deo regum corda manu tenenti, & ea quò libuerit impellenti, dein regiæ maiestati, & ceteris causæ patronis egerunt: aliquot post diebus Pinnerus, regi valedicens, dum Lahorem petebat benignè comiterq; ab illo dimissus est, & equus illi è regio equili datus; quo iter hoc plusquam centum leucarum conficeret. Quod permagni etiam fecere: his enim aliisq; rebus apud Mahometanos atq; ethnicos paratur auctoritas. *Pinnerus Lahorem red. it.*

Cap. XI.

Fides Christiana Agræ plurimis & omnigenis hominibus annuntiatur, idq; occasione pulcherrimæ imaginis Deiparæ.

INterimdum Pinnerus Agræ versaretur, Xauerius, qui ibidem agebat regi librum obtulit sermone conscriptum Persico de vita, miraculis & doctrina Saluatis nostri Iesu Christi, quod rex ipse scriptum petierat & videre auebat. Ostendebat reipsa, magni se illud facere, hinc sæpè sibi ab Agiscoa prælegi illud volebat: & tantopere lectione eius delectabatur, aliud vt exemplar à Patribus peteret. Et iam inter magnates is erat de hoc libro sermo, spes vt esset, hoc vnigenitum Dei filium pacto in fidelibus declarandum. Petiit deinde similem à Xauerio rex de vita Apostolorum tractatum. Nihil porro Agrenses ad fidei Christianæ magis cognitionem perduxit, quam imaginis Dei- *Liber de vita Iesu Christi cõpositus lingua Persica.*

Imago Deiparæ ad imitationem Romanæ effictæ.

Deiparæ virginis, ad imitationem eius, quæ Romæ *di populo* dicitur, delineatæ conſpectus: hanc biennio antè è Luſitania Patres accepe-rant, at aperire noluerant, veriti ne eam rex ſibi depoſceret. Tandem ipſo Domini natali, & ſequenti eiuſdem circumciſionis feſto in templo ipſam quam potuere elegantiſſimè exornatam exponere decreuere: vt hoc ornatu pietati ſuæ & Neophytorum ſatisfacerent. Sed pauperculæ aliquot, templo proximæ infra Octauam feſti, impetrata à Patribus facultate templum ingreſſæ, ita imaginem, intrinſecus tactæ, demiratæ ſunt, eiuſdem vt pulchritudinem ac decorem vbiq; deprędicarent, vt breui ad omnes loci incolas ea fama peruenerit. Hinc plurimi, relictis officinis, rei tam admirabilis ſpectandæ gratia, ad templum confluxere, & ea ipſa veſpera pluſquam bis mille ſpectatum è proximis vicis venere.

In templo Agrenſi exponitur publice inſpectanda.

Multi ad eam ſpectandam veniunt.

Poſtridie prima luce etiam nondum foribus templi apertis multi ſpectatores adſunt. Hinc ſolito maturius ad ſacra celebranda ſe Patres accinxere: at veriti turbas aut tumultum, ob affluentium copiam, ad primarias domus ianuas cuſtodes appoſuere, & ſuam quiſq; ianuam aſſeruabat, quò intrantes exciperent & alloquerentur. Imago in primaria ædis ara collocata erat, accenſis circumſecus cereis & duplici cooperta velo primum tenui & diaphana, tela, dein cortyna byſſina ſubtiliori. Plures cum intra templum admitti non poſſent retectis ipſa velis demonſtraba-

Præter duos paruulos, qui aræ ſemper
ant proximi, quoties eadem aperiebatur, e-
qui patrio ſermone ecquæ hæc eſſet domi-
, quam imago repræſentabat, & quis filio-
declarabat: Eſſe nimirum vnigenitum Dei
um, ſaluatorem ac redemptorem Ieſum
riſtum; qui humanam aſſumpturus natu-
n, in vterum ſacratiſſimæ Virginis, quam i-
go hæc deſignabat, delapſus eſt, quò ho-
nes viam ſalutis & veram legem edoceret.
dem occaſione præcipua fidei myſteria &
gionis noſtræ capita omnium cum admi-
ione declarabantur. Et erat profectò
rum quos imaginis huius conſpectus
ethnicis pariebat effectus: nam præter
porem maximum, inſignem de admiſ-
noxis pœnitentiam, quam ſingularis
interna mentis conſolatio ſequebatur.
eniq; adeò mutati domum concedebant,
non parum patres mirarentur. Nam cum de-
nobilioribus & magnatibus, admiranda
omini & ſanctiſſimæ eius matris geſta refer-
nt, ſimul & impoſturas & nequitiam perdi-
ſimi Mahometi detegerent, magna cum o-
nium attentione & verecundia, aduerſus di-
a ne hiſcere audentium audiebantur. Quod
Mahometanis non eſt exiguum, tum quod
ahometum ſe audientibus criminari vix fe-
nt, tum vero quod omne imaginum genus
ecrentur. Hic tamen & optimam de Deiparæ
nctitate opinionem, & pium erga eamdem
fectum concepere.

Hinc occaſione ſumpta fides annuntiatur.

Imaginis huius conſpectus mirificos effectus parit.

Quo

n potuisset, ab vno Patrum in ædem huma-
er deductus est. Imaginem cum conspexis-
,ad aliquod tempus ab eius diuelli conspe- *Mahemetanus visa imag ne lacrymatur.*
nun potuit,ne verbum quidem præ stupo-
locutus, imò vbertim mox lacrymatus. Se-
re hunc Pater iussit, vt hac occasione de re-
s diuinis cum illo sermonem misceret. Ve-
m alter nec lachrymarum contrahere habe-
s, nec imaginis amittere potuit conspe-
m. Tum Pater, Cur obsecro, Mahometus
omnes eius sequaces imaginum vsum &
ltum, velut impium, proscribunt,cum ex iis
n præclaros consolationum & animorum
tationum effectus prodire videamus? Ma-
metanos ille hæc minimè capere, aiebat.
m tot tantisque Mahometum calumniis
istum verò eiusq; matrem præconiis one-
uit plura ab optimo Christiano vt expectare
x potuisses. Tam diu hic commoratus est,
nec templi fores ob populi expectantis af-
entiam laxandæ essent. Tum mira consola-
one perfusus domum abiit, fidem legem-
e nostram mirificis in cælum laudibus ef-
ens.

Regis Xlianderæ Frater & nepos cum ali-
iot eiusdem regis consanguineis, simul *Principes nonnulli certiorem regem reddunt.*
filius Regis Candacaræ bis terue plu-
s stipati nobilibus ac Satrapis spectatum ve-
re; in Regi iniuriam Patres facturos dixere,
ipsum rei tam eximia visuq; dignissimæ cer-
iorem redderent. Quapropter illinc digressi
ta regiam petunt, regiq; rem ex ordine e-

 narrantc

narrant. Id se iam nosse, rex ait, & imaginis Dominæ Mariæ inspiciendæ se etiam desiderio teneri, optare proinde sibi eam deferri. Retulere Patres, satius esse, si suo illum loco & altari sua Maiestas conspicaretur. Eò, inquit, me conferam. Tum Principes non sine magna illum molestia eò se posse conferre, aiunt; quòd Patrum domicilium abesset longius: (& sanè semileuca, tametsi in vrbe, à regia distabat) at illos in regiam ipsam perlaturos. Quod factum postridie sub noctem, populi ne quis esset conscius: Rex ergò, cum adesse nuntiaretur, gaudio gestiens, in conclaue illam deferri mandat. Interim dum Pinnerus eam adfert, gausape nigrum ad pluuias arcendas adferri iubet, quod ab aliquot iam diebus asseruarat, quò Patribus ipsum daret: & ad Xauerium conuersus, num commodum & vsui futurum esset petiit. Maximè, inquit Xauerius pluuias enim arcebit, quando vnà cum regia maiestate foras proficiscemur. At fimbriæ illæ, atque ornamenta byssina nobis non quadrant. Tum rex, hæc, si videatur, abscindite, parum enim refert, illa adsint nec ne. Dein solio cui insidebat sublimis quatuor aut quinq; gradibus descendens, illi chlamydem manu propria circũdedit. Interim adest cum imagine Pinnerus, quæ viri altitudinem æquabat, & circumsecus vt antè ornata ac velo tecta erat. Rex soliũ iterum conscenderat, at mox vt tabulam aperuere Patres, descendens accessit propius, illam tiaram quasimediam deponendo, veneraturus.

In regiam illam Patres ferunt.

Quem ei honorem rex exhibeat.

s. Huius ille conſpectu mirificè capiebatur.
ircumſtantes illum Satrapæ cum adeſſe pro-
us, illum reueriti, non auderent; ſingulos
ſe nominatim aduocabat, quò eam meliùs
onſpicerent; magnam ſinguli admirationem
iam ſentiebant, præferentes, multis Chri-
um ac Deiparam laudibus magno ſanè Pa-
um cum gaudio, celebrabant.

Illius ſe percupidum facilè tum rex oſten-
ebat, cum Patrem diceret magni illam, ſi vi-
ſſet facturum fuiſſe, & quidquid ab ipſo po-
ulaſſet illius donator, conceſſurum. Quid
ſce ambagibus deſignaret, facilè intellexere
atres; at aliò ſermonem, non intelligere ſe ſi-
ulantes, diuerterunt officioſe illum compel-
ndo. Tum rex, vna ſaltem nocte eam vt in
ibili aſſeruem permittite; ac tum cum Patri-
is ingreſſus cubile, vt illam quo alluberet
atuerent loco, facultatem dedit. Collocatæ
agnam venerationem exhibuit, totam pe-
tiaram deponendo. quod hactenus non aſ-
euerat. De nocte habere illam ideo voluit,
vxoribus ac filiabus oſtenderet. Vti & po-
idie fecit, ſuo ipſe ore ſacratiſſimæ Virginis
otes ac prærogatiuas recenſens; hinc omnes,
metſi Mahometanæ, inſignem illi hono-
m & reuerentiam exhibuere, & inter illas v-
à rebus fidei hactenus alieniſſima. quæ ab
tum tempore mirum in modum mutata,
ngè aliam quam antè de Religione noſtra
inionem concepit.

Ad vnam noctem in cubili eam, vt ſeruare ſibi liceret, rex petit.

Vxoribus eam & puellis oſtendit.

 Poſtri-

Patres ad se eam referunt.

Postridie ad regiam properant Patres, veriti ne rex illam sibi deposceret: Sed Deo permittente sartam tectam: reddidit, quam mox domum illi hilares lætiq; retulere.

Populus, cognito imaginem in regiam delatam, non parum tristabatur, dum se perpetuò illius conspectu priuandum veretur, sed audito, illam priorem ad locum relatam, ea qua prius frequentia confluxit. At non diuturnum illius gaudium fuit ac pietas: regis enim mater, iam senio grauis, re comperta, quòd imaginem tametsi in regio conclaui collocatam nondum vidisset, illius videndæ desiderio flagrare cæpit: quo circa filium rogat, illam denuo ad se deferri imperaret. Dictum, factum; Missaq; ilico à Patribus imago. quibus ille, se purgaturus ait, matrem, tametsi decrepitam & ætate prouectam, matris tamen officiis & amore coli velle. Ceterum ipse, dum aliquem qui portantem iuuaret, non patitur, suis ipsam manibus in conclaue matris defert, ac loco sublimi & ornato collocat, vt non modò mater, sed & vxores & filiæ, quæ iam antè conspexerant, magno cum affectu & admiratione eam curiosiùs attentiusq; intuitæ sint. Adstabat ipse perpetuò imagini, nec eam ab vlla voluit muliere tangi. Dein per quemdam Eunuchum ad Patres, foris præstolantes, referri iubet. Quoniam verò in area regiæ plurimi eamdem contemplari vellent, duces nonnulli & nobiles, Patres rogarunt, ipsam vt videndam darent: quod negare non potuere. Omnibus

Rex illam matri ostensurus, repetit.

Patribus redditur.

erge

rgo ſimul vt ſatisfacerent eam, velo recluſo, ublicè inſpectandam dedere. Erant initio ingens tam confertæ multitudinis tumultus & repitus, at detecta imagine mirum omnium ecutum ſilentium. Domum referentibus eam Patribus, populus vbique certatim recuperatam imaginem gratulabantur; quam dum ad egiam deferri videret, credebat regem eam ſii poſtulaſſe. Iterum ergo vt antè frequentari emplum cæpit; at nec tum diuturnus ille fuit oncurſus: Regi enim permulti ſuggeſſere, eam vt à pictoribus ſuis pingi exprimiq; curaret: à quibus ille eam effingi, nec naturalem qua pollebat perfectionem declineari poſſe negabat. Periculum tamen facturus, ſcitiſſimos d ſe euocat pictores, Patribuſq; rurſum vt ſi-? imaginem deferrent, imperat. Quem illi confeſtim attulere, & honeſto decentiq; collocarunt Loco. Aderat his rex, qui pueros ad eamdem accedere propius vetabat. Quòd verò plurimi, cum Mahometani, tum ethnici, Principes ac magnates, quin & regij nepotes, unc adeſſent; Patres, occaſione oblata vtenlumrati, toto illo die magna cum libertate multa religionis noſtræ myſteria, ac de ſacratiſſima Virgine eiuſq; filio benedicto admiranda retulere. Gratis hæc auribus audiebant Saraceni, longè ſecus de religione noſtra quàm ante ſentientes: quod permagni ſanè faciendum & notandum, cum quidquid ad legem noſtram ſpectat, illi irrideant atq; explodant. Cùs verò pluribus imago diebus in aula à pi-

Iliam tertiò petit vt effingi deli-neariq; cu-rat.

bat, pergratum sibi fore, dominæ huius my-
ria intelligere, &, si imago hæc sibi dare-
r, quidquid postulassent, pro ea se redditu-
m: sin minus, similem sibi obtinerent, per-
luturum se quidquid pro eadem dedis-
nt.

Similis fuit fauor exhibitus Regi Canda- *Item ad regem Candacare.*
ræ, qui abhinc annis aliquot in Echebaris
gia versabatur, cui suum ante regnum vltro
esserat, cum ipsum aduersos Abduxam re-
em Husbechi defendere non posset. Is ergo
um tabulam domum suam deferri petiisset,
ultis comitantibus ipsam Pinnerus detulit.
terim dum vxoribus ipsam rex monstraret,
ater foris expectans cum regis filio colloque-
atur, percontante, ecquam de Mahometo
Christiani opinionem haberet: Tum Pater,
oc nequiorem vmquam in mundo imposto-
em non extitisse. Obstupuit adolescens,
lum minori illum apud nos, quam apud i-
sos esse loco videret. Illius enim regnum cùm
d Orientem maximè vergeret, quo loco Ma-
ometana lex profundas egit radices, ab o- *Ad templū Patrum defertur.*
mnibus eam putabat amplecti. Interim ima-
ginem rex, gratias agens ingentes & magna
cum animi gestientis significatione remittit
pueris Patrem secutis simul & Patri aliquot
aureos dare cupiens. at nec pueri nec Pater
mirantibus rege eiusq; ministris, admittere
illos voluere; vt prodigium enim habens, si
quis aurum oblatum repudiet. Ab eo tempore

imaginem, etiam enixiſſimè rogati Patres, amplius inſpiciendam dare noluere. Sic ergo datione imaginis Deiparæ & Deus glorificatus, & fides Chriſtiana, inter Mahometanos & ethnicos promulgata, & auctoritas ei partæ. Credendum paro, quemadmodum per illam verbum æternum, carne noſtra indutum, accepimus, ita eiuſdem interceſſione, infideles lumen veritatis & verbi eiuſdem cognitionem accepturos. Interim videamus, quid tum temporis in Mogoris imperio contigerit.

Cap. XII.

De aliis quibuſdam rebus quæ in Magni Mogor regno interim, ad Dei gloriam contigere.

ETſi in animarum conuerſione, non tantus in Mahometanorum, qui adamante duriores ſunt, nec facilè conuerti queunt, locis, quantus in aliis, quò ſceleſta hæc ſecta non peruenit, fructus ſequatur; ſuam tamen ab omnibus peringens hoc infidelitatis deſertum errantibus miſericordiam non abſtrahit Deus.

XL. mancipia Luſitana Patrum ope in libertatem aſſeruntur.

Anno MDCI. quadraginta Luſitani, quorum plerique paruuli erant, vna cum vxoribus & parentibus à Magno Mogor in arcis Syranæ expugnatione in captiuitatem abducti erant. Etſi verò horum nonnullos ſecum captiuos Agram abduxiſſet, quos deinde in libertatem vindicauit, dum illos minime fugituros ſperat; potiorem tamen eorum partem in Rantam-

antamburana reliquit arce: horum iam pe-
è omnes obliti erant, nisi apud Patres nostros
eorum stetisset memoria. Ergo instante qua-
ragesimali ieiunio, tempore illi vtendum ra-
, illos inuisere constituunt. Initio igitur Qua-
ragesimæ regem adeunt, orantes, vt cum
empus iam sit, quo Christianos præcipuas le-
gis suæ partes adimplere & Confessionis &
anctissimę communionis sacramenta percipe-
re, oporteat, bona eius cum venia aliquis illo-
rum ad captiuos illos Lusitanos se conferat,
quo illos officii Christiani commonefaciat,
cum viginti diebus totum confici facilè nego-
tium possit. Rex, (quod gratius ipsis erat) illuc
vt captiuos accerserent voluit. Nec mora, ad
volant Agram captivi simul & quinq; Rumæ, Quales sint Rumæ.
id est, Turcæ Europæi. In India quippe duplex
militum Turcicorum genus; quorum primi in
Asia orti, qui Turcæ dicuntur; alii in Europa
qui Constantinopoli quæ olim Romæ noua,
adnocantur, ideoq; Rumæ tam ab Indis quam
à Lusitanis nomine Græco Ῥωμαῖοι in Rumas
deprauato dicuntur. Hi ergò, captiui vnà cum
Lusitanis Agram, Patrum operâ veniunt: quod
illi beneficium agnouere grati, nisi enim hoc
libertatem modo adepti essent, non affulgebat
alicunde spes. Omnes ergo compedibus con-
stricti adsunt; verum intercedentibus Patribus,
non modo vincula iis ablata, sed & in regios
clientes admissi, datis quæ ad victum & vesti-
tum erant necessariæ, Rex ergo petitis omni-
bus annuens, palam, captiuos mortem aut o-

mnes promeritos, quòd plurimos suorum bello interfecissent, in Patrum tamen gratiam se vitam illis & libertatem concedere. Ad- *In regios ministros leguntur & apud Patres agunt.* hæc cum quidam ex œconomis regiis, illos Armeno addiceret, qui aliquot pagis præesset; regem rogarunt Patres, illos vt liceret suam in domum admittere, quò melius res fidei edocerentur. si enim abessent longius, periculum esse ne longè magis quàm antè siluescerent. Quin & huic petitioni assentiente rege, in domum Patrum admissi sunt, quos fidem quam vel penitus ignorabant, aut ne vix tenebant sufficienter edoctos, plerosque baptismi etiam expertes eiusdem fecere participes. *Plurimi illorum baptizantur.*

Quoniam verò & hi & nonnulli alii, qui paulo antè venerant, in Breampure capti, & ad loca magis ad Boream vergentia deducti erant; hinc illorum vxores, filiæ & parentes summa in necessitate & periculo manserant. Patres cum nondum iis opitulari possent, litteras illis fidem facientes misere, vt interim harum fide, alimenta peterent donec aduocarentur. Verum quòd hoc tam citò confici non poterat, quòd ipsæ simul & coniuges ingens æs alienum contraxerant, non prius inde digredi potuere, quàm ipsum dissoluissent. Ergo Deo permittente, adolescens Armenus, honesta natus familia, cui Patres inopes hasce mulieres, vt de necessariis rebus prospicerent, commendarant,

Agram

ram veniens omnes secum deduxit; con- *Illorum vxores filiæ etiam liberantur.*
is, Patres quidquid illarum expendisset
ısa reddituros; vti & fecere, gratias insuper
tam bonum ac pium opus agentes. Appul-
vt sunt, baptismo nondum ablutæ, ipsum su-
cepere, & dein ex Ecclesiæ præscripto, iterum
ım maritis baptizatis coniugio iunctæ sunt.
)mnes ergo circum ædes Patrum, quin &
ɔsorum in fundo & area diuersabantur, gau-
lebant miselli, insignem Dei in hoc agno-
centes erga se curam ac prouidentiam, da-
:os sibi in captiuitate Patres, à quibus non
modò res fidei edocerentur, verum etiam
paterna quadam charitate in necessitatibus
temporalibus iuuarentur. Quis verò hic
admirabiles, quas Diuina sapientia in tot *Admirabile argumentum diuinæ sapientiæ.*
miseri vtriusq; sexus, Lusitanis oriundis, ad
suam cognitionem adducendis rationes ad-
hibuit, non agnoscat? Qui cum inter infide-
les hosce versarentur, nudum duntaxat
Franquis, id est Christianorum (ita enim his
in locis vocantur) nomen conseruarant, ba-
ptismi expertes, & sine omni prorsus Dei co-
gnitione. hodiè verò honestè vitam agunt,
Dei & Ecclesiæ præcepta exactè seruant, &
veritatem fidei Christianæ, ac gratiam
Dei, qua ad caulam Ecclesiæ vocati sunt, a-
gnoscunt.

Proferam aliud diuinæ prouidentiæ & *Insignis Dei prouidentia erga paruulum.*
prædestinationis exemplum. Mulier Chri-
stiani mancipium, cum à Domino fugisset,
postli-

postliminio rediens, à Patribus aliquod vitæ subsidium petiit. Quod dum illi procurant, dæmon illi iterum fugam suasit, & licet Christiana uxor, corpus tamen & honorem Mahometano palam venalem exponit: at post mensem reuertentem Patres apud honestum eam ciuem collocant, apud quem letalem in morbum incidit, & filiolam peperit. Sacerdos noster tametsi nullum euidens in prole mortis periculum cerneret, nisi quòd debilior, eam baptismo admouet: & ecce sequenti nocte, præter opinionem omnium, animam Deo reddidit. At mancipium, licet in mortis esset articulo constituta, tanti tamen boni particeps esse haud meruit, etsi secundò noxarum confessione instituta, è morbo enim conualescens iterum se in fugam dedit, nec deinceps comparuit. Vnde apparet, omnes illas fugas & reditus, & morbum quem illi Deus immisit, non aliò spectasse, quàm vt paruulam, quam ad gloriam prædestinarat, salutis æternæ consortem redderet.

Item erga alienam filiam repertam.

Altera item mulier, sed Mahometana, in platea paruulam iacentem reperit, quam commiseratione mota, tollens ad Catualem detulit, copiam petens eius ad templum Patrum deferendæ. Sacerdos noster innocuam sacro mox fonte tinxit; & ecce paulo pòst animula illa recenter Christi sanguine abluta, cælestis gloriæ adiit possessionem. Honesta ei tum funeralia procurauit, decenterque vestitam & vultu aperto in templo omnium oculis expo-

suit

ad quam videndam tanta hominum mul-
lo confluxit, vt sollennitas festæ videre-
Circa vesperam, multis funus comitanti-
is, per mediam ciuitatem defertur, feretro
entu festoq; cultu ornato, corpus cultum
ribus conspersum. Magnam hoc fidei nostræ
a apud ethnicos quàm Saracenos auctori-
em conciliauit, omnibus insignem Chri-
inorum in defunctos caritatem deprædi-
atibus.

Lahore Pinnerus baptismo abluit duos Re-
s Persarum, legati, cui Manuquer nomen, fi-
os; qui quadriennio in Mogore versatus do-
um reuocabatur. Erat is Christianus Geor-
ta, & crucem, licet tectam, è brachio gesta-
at. Interim dum Lahore ageret, Patres inter-
um adibat familiarius, insignemque in illos
beneuolentiam & affectum ostendebat. Re-
uersurus in Persidem, Regi suo persuadere sta-
uerat, aliquos vt Patres peteret, qui & fidem
Christianam promulgarent, & templa variis
in regni locis exstruerent. Eodem tempore ap-
pulerant Turcæ à Bassa quodam missi, liberam
commercii in Mogore facultatem à Rege po-
stulantes. Adduxerant ii secum adolescentem
quemdam Buda in Hungaria natum, sed in
seruitutem tractum. Hunc cum illorum mani-
bus Pinnerus eripuisset, Goam quò melius in
fide imbueretur, & ritu Christiano viueret,
destinat.

Duo Legati regis Persarum filii baptismo tincti.

Mulier Christiana Christiano Græco nu-
pta vnà cum coniuge Lahorem petens vrbem
suam

ſuam natalem, quam tamen neſciebat maritus, pertranſiit. Nam à Mahometano quodam, à parentibus in tenera ætate raptam, acceperat, qui Græco, illam aliunde & ethnicis parentibus progenitam affirmabat. Græcus illam probè inter viros honeſtos educari curat, donec è Patrum conſilio, illam ſibi matrimonio iungeret. Ergo vrbem pertranſiens natalem, cùm matris reliquorumque conſanguineorum videndorum teneretur deſiderio, marito rem indicat, facultatemq; illos adeundi petit. Græcus ſincere procedens, ſocrum inquirit, quam cum repeniſſet, filiam illi oſtendit. Poſtridie iudicem adit mater, filiam inuentam ait, & hunc eius eſſe raptorem. Duodecim ille mox equites & triginta pedites deſtinat, qui par coniugum comprehenderent. Maritus ergo iudicio ſiſtitur, & de rei ſucceſſu interrogatur. Interim & ad vxorem lictores mittuntur percontaturi, quonam in virum hunc inciderit modo. Reſpondit, à Mogoro ſe adhuc paruulam raptam, & ab illo huic quem modò haberet, coniugem datam. cum hoc, poſtquam Chriſtianis myſteriis imbuta eſſet, legitimum matrimonium iniſſe; ſe matrem agnoſcere, & vt talem habituram, modò Chriſtum etiam indueret, non alias. Inſtant Mahometani, fidem Chriſtianam vt eieret. quibus illa, Non hanc ipſa legem didici, vt ab ea deſciſcam, vitam ante pro eiuſdem defenſione expoſitura. Tandem Mahometanis violentex

Mulieris in fide conſtantia.

lenter illam matri tradere contendentibus ait, hoc sitentarent, sibi se mortem illaturam; & iam rem videbatur tentatura, licet nihil cogitaret minus. Sed tandem tum hac de causa tum quod coniugem regi notum scirent, cuius rei litteræ ostensæ fidem faciebant, liberam abire permisere, omnibus eius constantiam demirantibus, & consanguineis, quorum ingens erat numerus, cum illa in gratiam redeuntibus. Quin & mater per viam secuta, cum post triduum eam attigisset, ad mariti pedes supplex accidit, veniam postulans, atque vna cum ipsis Lahorem profecta, Christianis aggregata est. *Matris eiusdem conuersio.*

Eodem anno sexcentesimo secundo, Lusitanorum classis cum per sinum Cambaianum ad septemtrionem pergeret, binæ naues ad illam Cambaiæ oram, quæ ad Mogorem spectabat, collisæ naufragium fecere. Erant in vniuersum quinquaginta Lusitani & quindecim mancipia, qui cum ad litus adnatassent, à loci præfecto, qui Mogoris nomine præerat, comprehenduntur. hic mox Regem de rei euentu certiorem reddidit. Hos ille confestim ad se mitti imperat. dictum, factum. at priusquam Lahorem miseri peruenirent, tantas in via molestias & ęrumnas perpessi sunt, vt inspectantibus commiseratio nem excitarent. In carcerem ipsos ilico compingi rex iubet. Verum qui tum fortè aderat, P. Xauerius, ipsos à rege petiit, apud se asseruandos, *Aliquot Lusitani captiui ad Mogorem ducuntur.*

tandos illos sollicitus, si quando petierit, quibus vellet redditurum. Annuit postulatis rex. Ergo ad diuersorium illos suum Patres abducunt; vbi aliquot dies versati, ad aliud quod rex assignarat abducti sunt: hic sumptibus Patrum alebantur. Absq; eis enim fuisset, illuuie & inedia, confecti periissent. Non sine singulari Dei ergo prouidentia in Patres Lahore inciderunt. Illorum duces erant Ludouicus de Antas Lobius, & Georgius Castrius, Horum quidem redemptionem liberationemq; obtinere conati Patres, diu frustra erant, quòd ampla offerre munera non possent. Vbi enim dominatur auaritia & perfidia, nil nisi auro expugnatur. Dedit nihilo minus, petentibus Patribus, quadringentos Xerafinos rex, quibus de veste mise o sibi prospicerent. Et facta quoque copia, illorum opera ducibus regis alloquendi & coram ipso comparendi, quin & à primogenito regio amplissimam accepere eleemosynam. Mox enim vt penuriæ ipsorum is factus certior, Patribus plusquam mille aureos, quibus illorum necessitati consulerent. Tandem anno aut amplius in captiuitate exacto, Patribus rogantibus, in libertatem asserti sunt, vt è litteris regiis, quas accepere dum liberi dimittebantur patet, quibus, in gratiam Patrum, illos dimitti asserebat. Hinc Lusitani illi, ac præsertim duces, ingentes Deo gratias egerunt, & insignem illorum charitatem deprædicarunt, sine quorum opera squalore & inumiae

Quid pro iis præstiterint Patres.

Tandem liberantur.

omnis consumpti occidissent. Sed cœptum prosequamur.

Cap. XIII.

De dissensione inter Regem ac filium eius natu maximum exorta; & quo Princeps in Patres rem q; Christianam esset animo.

ANNO sexcentesimo secundo propè toto magna Regem inter & filium primogenitum, regni heredem, dissensione certatum est: cuius hæc fuit causa. Pater cum Decanensi in expeditione versaretur, filius dilatam gubernationem, & diuturnam patris vitam pertæsus, per quam stabat, quo minus regnum adiret & gubernacula rerum capesseret, quod imprimis desiderabat, sua ipse auctoritate eadem vsurpare & præuertere mortem Patris regnando cæpit, seq; regem & nomine & potentia iactat. Pater re comperta, expeditionem Decanensem ilico seponit, & vni suorum, vti diximus, eam concredit, Agram reuersus. Huc extemplo filium aduocat: sed ille initio imperium patris respuit. Vltro citroq; commeant nuntii, donec valida collecta manu qua obuia quæq; subiugabat ad Patrem properat. Rex hisce conspectis copiis hinc sibi metuere, & collecto vicissim exercitu rem in tuto constituere; illinc verò litteras & nuntios ad filium mittere, modò blandis illum verbis ad mentem reducere, modò minis terrere conatus. Tandem filius partim intentatis comminationibus, partem copiis *Causa dissensionis inter regem ac filium.*

copiis coaceruatis perculſus, dum rebus ſuis proſpicit, Alahabecham, quæ vrbs illi fauebat, & quam regiam conſtituerat, ſe contulit, ſemper quod animo conceperat quam intentiſſimè promouens, nullam rei huius elabi manibus occaſionem paſſus. Pater enim cum primarium quemdam ducem & iudicii ſingularis virum, qui filio adhærebat, quemque ille ob inſignem prudentiam & robur magni faciebat, vocaſſet; filius, quantum conſilio huius è re patris futura eſſent, præſagiens, per inſidias illum in via interfici curat, caputq; ad ſe deferri. Quo facto & patrem non parum irritauit, & regiam omnem conſternauit. Tandem poſt varias vltro citroque miſſas litteras, inita pax; non tamen alter in alterius, vtroq; diuerſis in locis regem agente, conſpectum venit.

Quemdam patris conſiliarium in via interfici curat.

Ceterum quam maiorem princeps hic cum erga Patres tum fidem Chriſtianam affectum exhibuit, quàm ipſe pater. Aperuerat iam clanculò Xauerio mentem, & ea ſui erga Saluatorem Chriſtum eiuſque ſanctiſſimam matrem affectus dederat indicia, ſpes vt eſſet, magnum quid aliquando Deum ipſius opera effecturum. Famulum adhæc domeſticum Goam varias ob cauſas miſit, tum imprimis, vt aliquot à Prouinciale Societatis Socios illius nomine peteret, vt non minus apud ſe quam apud patrem agerent: miſit eadem opera tria pretii infiniti periſtromata, ſimul & alia minoris momenti donaria. Expedire Prouin-

Illius in fidem & patres ſtudiū.

cialis

cialis minimè putabat aliquos illi Sociorum mittere, quod à patre tum ille diffideret, erga quem multis esset nominibus Societas omnis deuincta. litteris tamẽ missis, illius, vt potuit, desiderio satisfecit, dũ Patres illis in partibus versantes, non minore ipsi promptitudine ac studio quam parenti obsecuturos spondet. Quin etiam cum Patribus in paterna aula versantibus non minus agebat familiariter, quàm si apud se egissent; dum amicas illis litteras sua scribit manu, tantam humanitatem spirantes vt quicumq; eas inspexisset, Christiani Principis ad confessarium suum litteras iudicasset; quas cruce infernè posita signabat.

Aliquos Sociorum petit.

Litteras propria manu ad Xauerium mittebat.

Inter alias misit quasdam Xauerio, cum illa de litterarum raritate expostulans; quibus pallium breui⁹ & nigrum addebat dicens, tametsi huiusmodi viris, quales erant Patres, melius maiusq; domini ipso amore & cordis affectu dari non posset, hoc tamen, vt affectum testatum faceret, se pallium, quod aliquoties ipse induisset, destinare. At quoniã eo ipso tempore paternum iugum excusserat, & quotquot ipsum sequebantur optimates, vt suspecti habebantur; hinc Xauerius litteras & palliũ quã primum regi ostendit. Rex pallium inspectũ Patri reddidit; optimates verò visas litteras & agnitã. Scripturam Principis, mirabantur, magniq; beneficii loco eas inspexisse habebant. Lusitano verò sermone Xauerius rescripsit, ne Mahometani intelligerẽt; ꝙ Principi adesse Italũ sciret, à quibus eædẽ legerentur. Erat is Iac. Phil. quem

Iacobus Philippus Italus Principis cliens.

Goa Patres deduxerant & Principi iam dederant: Hunc ille semper apud se habebat, magnique faciebat. Huius ergo intermissione mutuas sibi inuicem litteras dabant.

Cum copiis instructus Agram ad Parentem properaret, Italus præcurrendi ab illo facultatem petiit; cui ipse, Patres adiret & munera simul & obsequium quàm humanissimè deferret, iniunxit. Inter cetera Xauerio nuntiaret, nullo se pacto eius oblitum, at eum qui fuisset hactenus, modò erga illum esse (se inuicem autem intelligebant) & insigni in Christum studio orans, sui vt in precibus memor esset. Gratissimum sibi, addebat fore, Patres sua in regia habere: atsi, parente inuito adesse non auderent, facultatem ab ipso se petiturum. Responderunt Patres, hac vnica ratione nec alia, ad ipsum se posse proficisci.

Patres visitat eius nomine.

Quadam vespera cum Iacobo Philippo agens, vidit quemdam de famulis eius habitu Christiano, eumq; ad se vocatum libertusne an seruus esset, Christianus an Mahometanus, percontatur. Tum adolescens libero se loco oriundum, Christianum, & Iacobi Philippi famulum respondit. Mox Princeps, Ecqua es re ad fidem Christianum suscipiendam permotus, an vi adactus, an verò munere aliquo inductus? Ne quaquam Domine, inquit puer, at sponte hanc ipse legem sum amplexus, vtpote cum mihi imprimis ipsa placeret, sciremque aliam non esse, quæ homini afferre salutem queat. Induxit adhæc me honesta Patrum (apud

Responsum famuli Iacobi Philippi ad Principem.

(apud quos plurimos famulum egi annos, donec Regem in Decane adirent) viuendi ratio. Petit item, crucis num signum efformare norit, & Christianas teneat preces. Teneo, inquit. Tum iussus easdem recitare præmisso crucis signaculo, orationem Dominicam, Salutationem angelicam, & symbolum ex ordine decurrit. Hinc demum Princeps, Macte puer, præclarè probeq; fecisti tam sanctam ac salutarem suscipiendo legem. Dein ad Iacobum Philippum conuersus, Vehementi in Dominum Iesum, inquit, sum affectu. testaturusq; non ore solùm, sed & corde illum diligere, auream, quam de collo gestabat crucem, sed veste tectam, illi ostendit.

Princeps crucem de collo gestat.

Misit dein & alias ad Xauerium litteras propria exaratas manu, officii & beneuolentiæ plenissimas, significat inter cetera, eumdem esse sibi animum, quem Lahore aperuerat, ad Christiana signa conuolandi: quem patefacturus, insignem pueri Iesu ex solido fusam argento effigiem, magni ponderis templo inferendam misit; ad Patrē verò Xauerium capsam quamdā, velut reliquiariam thecā, hinc saluatoris Iesu, illinc Deiparæ imaginibus insignem, aurea pendulam catena, quam in pectore, vel corde potius se aiebat gestasse. Quadam die cum suis agens familiarius, percontatur, ecquem euidenti in discrimine versantes opitulandi causà inuocarent: his varia respondentibus, ipse subintulit, Equidem vnicum Dominum Iesum inuocarem, is quippe solus nobis

Imaginem argenteam magni ponderis templo donat.

in periculis & aduersis omnibus potest succurrere.

Cum patre in gratiam redit.

Postquam autem à Patre diutius dissensisset, & suam quisque regiam diuersis in vrbibus haberet (Princeps quippe se etiam regem, etsi Patrem, magnum diceret regem;) tandem hoc quo sequitur modo cum ipso in gratiam rediit. Iratus rex, filium se viuo, regem agere ac nominari, ad se ipsum euocat. Veritus filius ne simul & regno & vita priuaretur, filiusq́; ipsius id est magni regis nepos, suum in locum (vt fama erat) substitueretur, ad tempus dissimulauit. Cognito verò patrem copiose collecto exercitu ad se properare, parem ipse colligit, plurimis partes eius sequentibus. Solem enim exorientem potius quàm occidentem nemo non adorat. Mater regia, quæ nonagesimum tum agebat annum, dissensionem hanc ægrè ferens, quòd nepotem vnicè diligeret, metueretq́ue ne rex, vtpote veteranus miles, eum debellarit, omnibus regem modis proposito diuertere contendit. at cùm surdis hæc auribus exciperentur, tanta illam incessit tristitia, vt in morbum grauissimum inciderit. Expeditione iam suscepta, rex, dum matri obsequi vult domum redit, verum adeò vis ipsa morbi increuerat, vt post aliquot dies demoreretur. Diei & noctis spatio XL. inde leucis ad mariti sepulcrum cadauer latum est. In luctus testationem barbam, caput & supercilia rex radi iussit, & cæruleam induit vestem. (is enim hic color lugentium.)

tium.) Omnes enim secuti optimates; sed nonnisi triduanus hic fuit luctus, post triduum enim solitum sumpsere colorem. Mater domi, in qua decessit, ingentem thesaurum reliquit, quem testamenti tabulis inter filios & nepotes distribui voluit; sed sibi hunc rex asseruauit. Tum nuntiis & litteris & aliorum operâ filium permouit, vt ad patrem vltro sine copiis accederet. Agræ illum insigni cum amore & beneuolentia quadam in porticu, excepit; dein ab aliis secretum in locum deducit; huic laudis illum verbis includit sed post triduum in libertatem asseruit, & domum & comites pro dignitate addidit. Denique ita se erga illum habuit, quasi nulla vmquam inter eos exstitisset contentio. Princeps vicissim Cambaiano vel Guzzaxatensi regno, quod pater assignarat, contentus fuit, donec post menses aliquot per patris interitum, quem tantopere desiderabat, quemq; statim, nõnullis quæ antè contigerunt, & aliis Principis in rem Christianam affectus, quem tunc declarauit indiciis præmissis referemus, vniuersæ possessionem monarchiæ adiit Christiani Armeni filius, Patrum patrocinio cùm iu Principis clienté admissus esset, ac triplicem aleret equũ, quadam die ab eo rogatus est, ecquam sequeretur legem. ille dum Principi gratum facturum se credit, Saracenorũ, respondit. Princeps, qui aliunde Christianũ illum esse acceperat, ita hoc fuit responso indignatus, vt illum & dignitate priuarit, & familia ac clientela in perpetuum

Insignem Princeps erga Patres beneuolentiam ostendit.

proſcrip ſerit, & poſtmodum retulit, parum abfuiſſe, quin linguam illi præſcindi imperaret, quòd, dum apud illum gratiam initurum ſe credit, Saracenum ſe dicendo, à fide deſciuiſſet, eamque negaſſet.

Cum patre poſtquam in gratiam rediiſſet, Agræ commoratus, ſuam in Chriſtum ac ſanctiſſimam eius matrem ſępius apud Patres, quibuſcum familiariſſimè agebat, propenſionem atq; affectum teſtatum fecit, illorum imagines permagni faciens, nullum vt gratius à Patribus dari illi munus poſſet, quam ſcita quædam & elegans illorum effigies, tametſi varios etiam patris pictores & ſculptores aſſiduè iiſdem efformandis occuparet. Quin & in Smaragdo, qui pollicis magnitudinem æquabat, crucifixi Ieſu imginem ſculpi iuſſit, quam vt plurimum de collo aureæ innexam catenulæ geſtabat.

Liber de vita Domini noſtri Ieſu Chriſti, quem rex ipſe Speculi puritatis nomine donauit.

Obtulit P. Xauerius compoſitum à ſe & in Perſicum ſermonem translatum commentarium de vita Seruatoris noſtri Ieſu, quem rex ſpeculi puritatis nomine donare non eſt veritus. Hunc Princeps à capite ad calcem cum euoluiſſet, ex eiuſdem lectione admirabiles diuini amoris in ſe ſtimulos perſenſit. Quin & alio in libro omnia vitæ, paſſionis ac mortis Saluatoris depingi iuſſit myſteria, quòd verò in libri fronte aurata conſpiceretur crux, & ſimul hæc Euangeliſtæ verba Perſico ſermone, *Sicut exaltauit Moyſes ſerpentem in deſerto, ita* &c: pictori præcepit vt in cruce Chriſtum Ieſum effingeret.

geret. Alius in paginæ, quæ salutare Iesu nomen, radiis circum cinctum referebat, medio addidit Deiparæ imaginem simul & paruulum de collo pendulum. Denique cùm Agræ ædem ad sacra celebranda deesse cerneret, ipsum illius extruendæ, vti olim Lahore parentem, cepit desiderium hinc facultatem & aream à patre efflagitat: qua impetrata, mille confestim, in eiusdem primordia, contulit aureos. Verum hæc hactenus; iam reliqua quæ ante obitum regium facta sunt, disquiramus. *Princeps Agræ templum extruit.*

Cap. XIV.

De Mirabilibus quibusdam Lahore factis, de graui in Patres & neophytos Lahorianos concitata persecutione.

Etsi nullum fides Christiana in regno Mogor facere progressum videatur, tum ob Mahometanorum tum ethnicorum copiam ac potentiam; in pauculis tamen qui ibidem sunt Christianis, sæpe Christus, partim ob constantem in fide perseuerantiam, partim ob insignem pietatem ac feruorem, non in Lahorianis modò, vtpote veteranis, sed etiam in Agrensibus, neophytis (nam duobus hisce in locis templa sunt, & ingens Christianorum numerus, quos ad pietatem omni contentione promouere Patres satagunt) elucentem glorificatur. Ethnici quoq; sæpe ornatu templi & sacrorum apparatu excitantur. Nam exteriori hoc ornatu populus hîc mirificè permouetur:

vt tametsi ethnici, libenter ad templum, cum Deo tum Deiparę munera oblaturi confluant; ad hanc enim, velut suam apud Deum patronam & exoratricem, in aduersis confugiunt, illius patrocinio petita impetraturi.

Proregina Lahoriana votum Deiparæ nuncupat.

Inter alios Proregis Lahoriani vxor genere nobilis sed Mahometana, templum adiit, Dominam Mariam (ita enim sanctissimam Virginem nuncupant) vt dicebat, visitatura, & insigne donum offerens; votoq; se obligauit, denuo illam adeundi, modò filius qui petulanter paternas opes abliguriebat, resipisceret. Alia matrona, auditis quæ per Virginis huius intercessionem patrabat Deus, miraculis, talem in eam concepit affectum, vt illius se vouerit imaginem in templo visitaturam & donario honoraturam, si modò prole mascula, quą carebat, vicissim per preces eiusdem donaretur. Audiit preces Deipara, & petenti concedit filium. quem enixa ad templum adfert votum solutura, ingentesq; gloriosæ Virgini agit ob acceptum beneficium gratias.

Item alia matrona, quæ filium obtinuit, illius intercessione.

Mahometanus, vir magnus, & de numero primariorum Principis clientum, Sacerdotem nostrum in regia tum agentem adiens, Magna mea, inquit, erga Dominum Iesum est obligatio; petitorum siquidem me participem reddidit, quem enim desiderabam filium illius beneficio vxor peperit. Hunc enim cum rogassem, videre mihi illum de nocte inter dormiendum vultu splendidum, visus sum, & quod manu tenebat pomo diuiso, medium mihi ad man-

Mahometanus Dei se beneficio filium suscepisse agnoscit.

manducandum dediſſe: quo dato ilico diſparuit. Auditæ deprecationis id omen mecum iam tum opinabar. nec fruſtra. nam poſt menſem aut circiter prægnantem, ſe vxor comperit. Equidem certò mihi perſuadeam, hanc nobis prolem cælitus datam; quam natam, velut propriam, Deo dicabo. Nec fefellit. Vt enim peperit vxor, Patrē adiit, quid de paruulo faceret, percontaturus. Ad templū vt deferret, ait, & datori redderet. Non detrectat imperium parens: tametſi Patres nondū illum baptiſmo tingere vellēt, quod ignorarent, nū ſub parentū cura agens in fide ſuſcepta perſiſteret. *Ad templum fert.*

Inter ceteros viuifico baptiſmatis lauacro luſtratus Mahometanus, ſcientia inclytus, dux & medicus Principicis; hic poſt varias cum Patribus concertationes & controuerſias, tandem ſecum ſtatuit fidei myſteriorū expoſitionem tacitus, nec opponendo audire; quæ, etiam ad credendum difficillima, tam probè profundeq; concepit, vt fidem amplecti, & baptiſmum, quē enixè petebat, ſuſcipere decreuerit. Orauit tamen Patrē, clanculo vt id fieret. natale enim ſolum cum adire opus haberet, cui conſanguinei præeſſent; quo melius eos Chriſto aſſereret, (quod quam maximè optabat) ſatius credebat, non ſtatim quis eſſet, aperire, donec eos veritatis percipiendæ capaces aptosq; reddidiſſet. Voluntati eius annuunt Patres, quo tamen hac in re ſe gereret modo, edocent. Pauli illi nomen baptizato, magno cum animi gaudio inditum. Poſtridie quemdam familiarem *Conuerſio Mahometani illuſtris.* *qui & alium ad fidē adducit.*

familiarem & intimum, cui pretiosum fidei margaritum aperuit, quod accepto baptismo vt emeret persuadere conatus est, ad Patres deduxit. Præerat hic centum equitibus. Cum Patribus cum egisset, insignem de omnibus fidei nostræ mysteriis opinionem concepit, vt & baptismo tingi petierit: verum non prius is ei collatus quam quatuor vxores quas habebat, abdicasset.

Ceterum licet Patres Regi Principiq;, vti diximus percari sint, non desunt tamen illis aduersa & persecutiones, quin nec interdum mortis pro Christi gloria oppetendæ occasio, vt è sequentibus patebit. Mahometanus permagnæ auctoritatis & potestatis, regno Husbecano oriundus, & Abdulaxæ regnorum olim ad Magnum Tamerlanem spectantium præfecti nepos, cum ad templum nostrum venisset, & inter alia fidei capita audisset, Iesum Christum seruatorem nostrum verum esse Dei filium (quod nonnisi stomachantes audiunt Mahometani) quidam Comitum exurgens, ensem vagina eductum secundò capiti sacerdotis admouet, quasi ipsum præcisurus; sed ab aliis inhibitus est.

Mahometanus Patri nostro ceruices præscindere vult, quòd Christum diceret filium Dei.

Alio tempore Prorex Lahorianus, qui hactenus Patrum exterius, patronum ac Christianæ religionis protectorem egerat; percontatur eos, ecquid de Iesu Christo censerent, cui illi, Credere se firmiter & indubitatè, Verum ac verè illum Dei esse filium. Quo audito prorex, interrumpere propositum sermonem, & vlterius

vlterius ne proſequerentur, inhibere dum vult; Patres eumdem proſecuti, rationibus variis rem confirmabant. Tum Prorex, ni tacerent, ceruices ſe præciſurum minatur. Cui Patres, offerre ſe eaſdem libentiſſimè, ſi id animo eius ſteterit; eſſe enim ſe paratos non coram illo modò, verum & omnibus omnino mortalibus ſemper fidem profiteri, & mille ſi fieri poſſet, vitas eamdem offerre. Prorex autem Mahometanæ legis erat acerrimus propugnator & vindex, & neminem eiuſdem aut eſſe aut fuiſſe vmquam ſe intelligentiorem credebat: quod & myſtæ aliiq; eiuſdem interpretes adulationis & illius gratiæ aucupandæ ergò non inuiti fatebantur. Quapropter viſa Patrum in contradicendo Chriſtiq; diuinitate variis rationibus aſſerenda, libertate & audacia, ſtomachatus, infinitas aduerſus eoſdem effudit iniurias, vagabundos, errones, impoſtores, huc illucque hominum decipiendorum ergo diſcurrentes appellando. Tandem domo, vt ſe continerent edicit, & ſiquis flagitioſus & nequam illos legis Chriſtianæ audiendæ gratia adiret. eo quo videretur reſponderent modo; cauerent tamen, ne ſe præſente tam liberè in Mahometũ inueherentur. Reſpondent non modò domi clauſis ianuis, ſed & in medio ciuitatis per vicos & compita, quin & vbiq; terrarum, legis ſe quam docebant veritatem promulgaturos, atq; hanc ob cauſam illuc ſe deſtinatos. Prorex hiſce auditis ne hiſcere quidem contra auſus eſt: ſciebat enim datam illis à Rege

Item tamdem ob cauſam Pro. ex.

Patrum in lege Chriſti aſſerenda libertas.

Rege & legis Christianæ docendæ, & omnium qui eamdem amplecti vellent baptizandorum, facultatem. Quare moderatius sese gerens, benigniori humanioriq; sermone Patres est allocutus. Tamen quòd Mahometum suum mordicus tueretur, haud multo post suum quo illos insectabatur odium iterum declarauit; hac potissimum de causa.

Ethnicorũ aduersus Patres molimina.

Ethnici nonnulli, qui Christianam religionem cane peius & angue, simul & Patres, à quibus eadem docebatur, oderant, cum eosdem regno proscribendi occasionem studiosè captarent, cognito, Proregem maligno in illos esse animo; ipsum post mutuam collationem communicationemq; demulcere, & in partes suas pertrahere contendunt, quo tandem optatum res exitum consequeretur. Lauto ergo illum opiparoq; in ædibus alterius ethnici amici conuiuio excepere, & insigni donario honorarunt; deinde per libellum variis Patres criminibus onerarunt, quorum minima erant, quòd carnes humanas deuorarent, pueros raptos in Lusitanorum ditione diuenderent, plurimos neci darent, incantationibus à patriis legibus abductos ad Christiana sacra inuitos pertraherent. adducunt in exemplum ethnicum cuius nomen aperiunt, simul & permultos Mahometanos: idq; studio depromebant, quòd Proregi id in Mahometi verba penitus iuranti, fore vt displiceret, non ignorarent, quo magis illum in Patres concitarent. Supplicant ergo, sibi vt domum, quam Patribus rex dederat, quæq;

Calumnia quas in Patres confingunt.

quæq; varios neophytos continebat, diuenderet, hancq; ob causam magni auri vim simul & alia magni pretii donaria illi offerunt.

His criminibus aut potius indignatione, in Patres iam dudum concepta, ita permotus fuit Prorex, vt quod iam longe antè tempore decreuerat & optarat, exequi cæperit. Patres ergo domo emigrare iussit. Ostendunt ipsi donationis regiæ exemplar. quod ille nihil moratus, ante quintiduum eadem vt excederent, indicit. Illi viri cedentes furori, etiam ante condictum tempus, migrant; nolle se aiunt de rebus sæculi huius, sed de cælestibus, si modò eas tolleret, aut Dei lege quam annuntiarent, cum ipso contendere.

Proregem in partes suas pertrahunt, qui domo Patres pellit.

Iam sibi victoriam spondebant ethnici; & cæpta nefaria molimina prosecuturi, iam de Patrum proscriptione, & Christianis ad fidei susceptæ negationem pertrahendis agebant. Spem dabat & animabat Prorex, & si de die in diem rem differret. Illi, quò virum ad ea quæ conceperant promptiorem experiantur, aliud haud procul à Patrum domicilio epulum parant. addunt & munera, ingentem auri copiam, equos aliquot, & alia magni valoris. quæ ille haud illibenter admisit. De alio autem molimine, scilicet de ad fidei negationem compellendis Christianis eorumque vxoribus & liberis minoribus diripiendis, Patres per Catualem, qui semper illorum causam egerat, certiores redditi sunt.

Christianos ad legem abiurandã inducere vult.

ſunt, is ergo conſuluit, vt paruulos & Chriſtianos imbecilliores, domibus, quas ille eam ob cauſam clanculò ſuggerebat, includerent. Non diſplicuit conſilium, & ipſum exequuntur, cum aduenturum Proregem ſcirent.

Neophytorum conſtantia.

Enituit hic inſignis Chriſtianorum veteranorum conſtantia, dum id ſtadium & arenam, in qua cum inimicis fidei decertantes conſtantiæ periculum facerent, vtpote pro eiuſdem defenſione mortem oppetere paratiſſimi, deſcendere volebant: nullus vt certamen metuens ſeſe ſubduceret. Idem & catechumenis animus; quorum vnus, etiam adoleſcens, cum in ethnicos aliquot incidiſſet, ab iiſdem comprehenſus eſt, minantibus, quod Chriſtianus fieri velit; ad Proregem, illum ſe ducturos. Tum alter magna mentis quiete & conſtantia, Paratus ſum, inquit, Proregem accedere: neque enim virum timeo, à quo nec impediri poſſum, quam volo, legem ſuſcipere: ita enim fieri id conſtituit rex, & omni in ditione ſeruari. Hunc ergo eius animum cum perſpicerent, adoleſcentem deſerunt, ſpe concepta, Patres ſimul & Chriſtianos omnes breui eliminandos; & iam ita futurum, veluti rem certam, ad amicos & conſanguineos huc illucq; perſcripſerant. At qui numquam ſuorum in neceſſitatibus deeſt, omnia Proregis & ethnicorum molimina ſubuertit Deus, illorum gaudium in luctum commutans. Eodem quippe die, quem Chriſtianorum exactioni conſtituerāt, (erat is XV. Septembris, anno MDCV)

Item, catechumeni.

Egregia Dei de Chriſtianis cura

Proregis

Proregis filius solus in vrbem, è prælio, fractus & profligatus post insignem peditum & quadringentorum equitum cladem profugit. Consternati sunt ethnici viso omnia illa aduersus Christianos concepta molimina, penitus concidisse: longe enim aliud tum Prorex, quam neophytorum internecionem meditabatur. Reliquum ergo copiarum profligatarum collecturus, & palantes desertosq; ad vexilla redacturus milites, quantocyus vrbe excedit. Hoc ergo pacto Christiani Lahoriani ab Ethnicorum, Mahometanorum, aliorumque fidei hostium insidiis & nefariis consiliis tum liberati, solita pace tranquillitateq; gauisi sunt. Domus dumtaxat ademptæ recuperandæ restabant. Hinc Patres Lahoriani ad Agrenses, apud quos tum rex cum vniuersis suis commorabatur, totum rei ordinem perscripsere. Hi ergo, Principis intercessione, litteras, quas desiderabant, edicti publici instar, impetrarunt. Quæ cum Proregi, sigillo vel approbatione Principis signatæ (quod rarissimum) offerrentur, secundò tertioq; perlegit, & inter legendum oculos à charta auulsos in Patres coniecit, quasi tantam eorum prudentiam & apud regem auctoritatem obstupesceret, consternatus. Quare edixit, quamprimum vt domus Patribus omniaq; neophytis ablata redderentur.

Insidiis hostium & aduersariorum eripiuntur.

Ablata recuperant.

Non distulit diu vindictam diuina iustitia, suumq; in Proregem aliosq; coniurationis auctores instigatoresq; flagellum breui exeruit.

Nam haud multo poſt copiarum quas filius eius ducebat cladem, hoſtes illius in ditione opidum direptum funditus euerterunt. Quare audito Principem ad caſtigandam inertiam & mortem inferendam properare, ſeſe ad reſiſtendum Lahore comparat. Eò pòſt redactus eſt deſperationis, nemini vt fideret, ne quidem ſuis, metuens ne ab iiſdem Principi traderetur. Denique à rege accerſitus ſæpius, adeo turbatus & perculſus fuit, vt quid conſilii caperet, ignoraret. At cum nullum effugio patere cerneret locum, mortem ob oculos habens, regi ſe ſtitit. Etſi verò tum pœnas non lueret, omnium tamẽ expoſitus ludibrio, priorem apud regem non potuit gratiam, tametſi muneribus variis viam ſibi ſterneret, recuperare.

Deus in perſecutorꝰ auctores animaduertit.

In Proregem.

Ethnicorum, qui primarii tempeſtatis huius perſecutioniſq; anteſignani ac duces fuerant, primus haud diu poſt, noui Proregis iuſſu, in carcerem eſt coniectus, cumq; lictores vi repellere aggrederetur, grauiter ſaucius per capillos ad aliquod viæ ſpatium raptatus eſt. In carcere ſæpius flagellis cæſus; quin & domus pulcherrima, quam in loco vi, Prorege defuncto conniuente, miſeris nonnullis extorto, conſtruxerat, deiecta, & area legitimis poſſeſſoribus reddita. Secundo demoritur filius vnicus, à canibus deuoratus. Tertius furti accuſatus, & damnatus eſt. Deniq; præcipuus conſpirationis & machinationis dux, qui ampliſſimum à rege habebat ſtipendium, & centum quinquaginta rupiarum millia, (id eſt vicies penè

Item in alios.

penè millies aureorũ nostratium) Proregi dederat; Prorege abeunte, suum alteri stipendium à rege datum vidit. Hoc ergo vectigali annuo priuatus, Proregis, cui tantum auri dederat, filium adit, & aliquam saltem eius partem reddi sibi petit. Sed præter verbera aliud non retulit. Quapropter cùm vrbe excessisset, filius ac frater eius in carcerem sunt compacti, in quo tam arctè habiti, vt nonnisi muneribus variis corrupti custodes, vix cibum deferentibus adeundi facerent copiam; vt alias taceam iniurias & molestias iis inflictas, donec quę regi debebat alter, persoluissent. Is fuit persecutionum Christianis illatarum finis & fructus. Ad regis iam obitum transeamus. *Item in primarium auctorem.*

Cap. XV.

Mors regis Echebaris, qui vulgo Magnus Mogor.

MAgnus ac potens hic Monarcha XXVII. Octobris anno MDCV. ita demoritur, vt vixerat. vt enim qualem viuus legem sequeretur, nemo sciebat, ita nec qualem moriens professus sit. Iusto id Dei iudicio factum verisimile est; quòd, cum veritatem agnoscere & discere posset, ipsam neglexerit. quare & indignus fuit, qui aliquem in vltimo conflictu penes se haberet, qui infidelitatis velamen ab oculis remoueret, atq; vt in Christiana fide, quam toties deprædicarat, & sanctissimam viuens censuerat, creatori animam redderet. *Regis Echebaris mors.* *Qua in lege mortuus sit nemo nouit.*

Inualetudinis eius facti certiores Patres,

die Sabbathi illum adeunt, quæ dudum antè conceperant, aperire tum illi statuentes, re prius per orationem Deo commendata. Verùm ita hilarum & læ' ãm suos inter satrapas viderunt, importunum vt censerent de huius vitæ catastrophe & ad alteram transmigratione, cum ipso tum agere. Ergo domum abeunt, dum illum rectè valere credunt, & magis morbi metum, vt in regibus fieri solet, quam morbum per populum sparsum. At post biduum rex in extremis esse passim dicebatur, & quod iam in præcordiis habebat virus, vires exerere cæpisse. Quo cognito regiam Patres petunt; at nullus regem de ipsorum aduentu certiorem reddere voluit, nec ausus est. Iam enim potius per optimates aliquot, quàm per regem omnia administrabantur. Quare, omni ratione tentato alloquio & aditu, in regium conclaue admitti non potuere.

Patres illum adeunt & hilarum vident.

Secundo adeuntes aditu prohibentur.

Regis in conspectum ne Princeps quidem prodire ausus tum fuit. dicebant nonnulli, patrem suspicantem, per filium sibi virus datum, ipsi aditum negasse; alii, Principem vltro aditu abstinere, metuentem ne ab optimatibus comprehensus, regno priuaretur, quod in filium transferrent, desiderante id imprimis auo. Et sanè ita panicus hic eum timor inuasit, vt nocte quadam huc illucq; vagatus cui se crederet, ignoraret. Plebeiorum autem illius partes sectantium auxiliis suffultus est; ipsi dein magnates, rebus omnibus maturè excussis satius esse putauere, legitimo regnum heredi

Cur Princeps patri non adesset.

Metuit ne comprehendatur.

tradere

tradere. Hinc quidam vir princeps, omnium missus nomine, regnum vniuersis annuentibus, illi detulit; modò Mahometanam se legem propugnaturum, nec filio quem rex auus ad regnum euehi volebat, nec vlli illius sequacium & ad diadema eum promouere contendentium, quidquam damni iniuriæq; illaturum, sacramento se obliget. Hoc se libens sacramento obstrinxit, ac tum demum plurimis stipatus regem patrem adiit. amiserat is iam linguæ vocisque vsum, sed nondum iudicii, innuit ergo regium vt diadema assumeret, & ensem ad caput lectuli pendulum quem digito demonstrabat, accingeret. Princeps sollennem illi Iordam, id est adorationem, præstitit, (fit hæc capite leniter terram feriendo) ac tum surrexit. Manu signum rex dedit hinc vt abscederet. lætus ille abscessit, de regno iam securus, lætis populi acclamationibus exceptus. Rex interea extremum trahebat spiritum, paucissimis adstantibus, qui veluti regio capiti ceteris deuotiores, numquam ab eius latere diuellebantur, Mahometum illi assiduò in mentem reuocantes. at nullum assensus dedit signum, obseruatum tamen, Dei illum nomen aliquoties pronuntiare conatum.

Regem adit agen. z in tem stipatus plurimis.

Ita scilicet demoritur Echebar vel alio nomine Achebar, olim orientis terror, & verè rex magnus. Sciebat enim quæ regis essent partes, & in quo regia sita dignitas; dum omnes ei parerent, simul & colerent; amarent non minus quam metuerent. Suis erat carissimus,

Regis Echebarus dotes.

magnis terribilis, paruis affabilis & benignus, omnibus summis æque atq; infimis, indigenis simul & aduenis, Christianis iuxta ac Saracenis atq; ethnicis æqualis; vt quisq; suas illum in partes propendere crederet. Erga Deum pius inprimis; nam quadruplici eum quotidie oratione salutabat; oriente scilicet & occidente sole, in meridie & nocte intempesta, & quibuscumq; etiam negotiis obrueretur semper hisce temporibus bonam horæ partem orationi dicabat. In homines erat benignissimus ac suauissimus, homicidiorum hostis & in misericordiam pronus.

Qualis erga Deum.

Qualis erga homines.

Hanc ob causam legem tulerat, vt quemcumq; neci dari ipse iussisset, non ante mortem oppeteret, quam tertiò sententiam pronuntiasset; tum & veniæ impetrandæ rationes libens audiebat. Cum magnis ita magnus erat vt nemo caput quam ipse vellet, sustolleret altius; cum paruis & plebeiis adeo humanus & clemens, vt illorum causis audiendis libenter vacaret, illorumq; postulatis benignè responderet. Illorum item munuscula tam placido admittebat vultu, vt & manu contrectaret atq; in sinum dimitteret, quod ne in amplissimis magnatum donariis faciebat; quæ sæpe prudenti quadam simulatione, ne respicere quidem videbatur.

Maioris momenti negotiis hac hora intendebat, aut subiectos audiebat, alia camelos tondebat, lapides secabat, lignum aut ferrum aptabat, tanto studio & contentione, ac si proprium

proprium ipsius foret opus & officium, & alia interim negotia non minus expediebat. Cibi parcissimus erat, & vix quater per annum gustabat carnes, reliquo tempore lacticiniis, oryza, aliisq; electuariis vtebatur. Vix tres de nocte dormiebat horas. Bis quotidie populi rebus expediendis se in publicum dabat, è fenestra despiciens, aurem omnibus facilem accommodabat. Memoria erat singulari, vt etsi plurima elephantum haberet millia, singulorum tamen ipse nosset nomina, quin & columbarum, ceruorum, aliarumq; ferarum, quas suo in viuario habebat, imo & equorum quorum ipse nomen singulis imposuerat. Quotidie aliquot ex hisce ad eum animalibus, inspectandi gratia adducebantur. Tum è fenestra prospectanti, cuiuslibet ei nomen & curatoris eorum prælegebatur. Notabat, eane pinguescerent an macrescerēt, & pro horū ratione curatorū stipendia augebat, vel accidebat. Nec legendi nec scribendi norat artem, quidquid tamen toto fieret regno, perspectū habebat. vndiquaq; enim pręfecti singulis ad eum mensib' quidqd noui inusitatiq; contigisset perscribebāt. Hæ illi litteræ tū prælegebantur, post negotia priuata vt publica expedita, aut somnū captanti. Accenso lumine ad vesperā in conclaui inter optimates cōsidebat, à quib' aut varios sibi pręlegi libros, aut omnigenas narrari iubebat historias. Aliūde ad regiā appellentes examinabat, quis qualisue eorum rex foret, quæ regionis dotes, mores, commercia, aliaq; similia:

Illius occupationes.

Memoria.

Sciendi Curiositas.

tam exactè singula memoria tenens, omniumq; vt semper recordaretur. Inter cetera scripta prælegebatur interdum P. Xauerii de vita Saluatoris nostri Iesu Christi, tractatus, Persico sermone conscriptus. Bene de Christo sentiebat, & nonnisi honorificentissimè de illo loquebatur, eiusq; imaginem singulari prosequebatur cultu. Interdum tamen aiebat, quæ fecisset miracula, cæcis visum, mortuis vitam, dando, aliaq;, humana esse arte producta; vtpote quem, Mahometanorum credo persuasu, medicæ scientissimum peritissimumque haberet. Nullus eo sæculo Echebare habitus fuit fortunatior. Omnia quippe illi ex voto fluebant. Paterni quoquæ imperii fines maximè dilatauit. addidit ei namque regnum Caxemiranum, Sindanum, Guzzaratense, Xischandanum, & magnam Decanensis partem, & omnem tractum Bengalanum. Numquam propè quidquam est aggressus, quin feliciter ad exitum perduceret; vt communi per orientem prouerbio illius felicitas deprædicaretur, dum dicunt, *Instar Echebaris felix*. At præcipuum ac maximum omnium illi defuit, ipsa nempe Dei & quem ad mundi salutem misit Iesu Christi, filii eius vnigeniti cognitio; adeo vt cum omni sæculi huius felicitate, æternum euitare non potuerit exitium. Sexagesimum & tertium ætatis agebat annum, dum demoritur, & quinquagesimum regni. Morienti aderat filius regni successor. vt exspirauit, sindoni fuit inuolutus. Saraceni pro eo vt Saraceno orare volebant

Quid de Christo sentiret

Illius felicitas.

Felix vt Echebar per Indiam prouerbium est.

Ætatis & regni tempus.

lebant, sed alii non audebant: adeo vt nec hi, nec Ethnici, nec Christiani, illum suorum in numerum referrent; ergo omnium caruit precibus. Cadauer filii nepotisq; humeris extra arcem in qua obierat defertur, cui noua tum diffracta muri parte, pro more patriæ, porta addita. Inde eductum, in horto ad leucæ spatium hinc remoto, sepulturæ traditur, pauculis comitantibus, & luctum induentibus. quod nec rex nec optimates funebrem, præter filium regium, & alios nonnullos sumpsissent; sed hi ad solis dumtaxat occasum. Ita habere mundus solet eos, à quibus nullum vel expectat bonum, vel metuit malum. Is ergo vitæ regnique regis Achebaris fuit exitus. Iam ad eiusdem successorem transitum faciamus.

Quomodo sepultus.

CAP. XVI.

Rex regni possessionem adiit, quæ eius regnandi initia. filii in ipsum conspiratio, & quis eiusdem successus?

OCTO post magni Achebaris obitum diebus, filius natu maximus & regni successor, regiam, regnum aditurus, occupauit: in qua suggestum regifice exstructum conscendens, foras prodiit; & in solio parato consedit. Tum lætis acclamationibus populus *Pad Iausa lamat*, id est, viuat rex, ipsum salutat, & muneribus variis honorat. Pòst in arcem abiit, & regem agere cæpit. Nemo non magna & plurima ab eo expectabat, & præsertim Patres Societatis, at Neo-

Nouus rex regnum adit.

Regnare incipit.

at Neophyti.nam pro eo quo ante regnum in ipsos erat studio spem optimam dabat,magnā. illo ad regnum euecto,in rebus fidei, mutationem & ingentem ad Christianos accessionem fore. nam pro Christiano vulgò habebatur, & familiarissimus quisq; palam eum talem iactabat. At vana omnium spes fuit, dum illū,ob sacramentum de lege Mahometana tuenda violenter iam antè extortum; sub regni exordium,

Mahometanos fouet. Mahometanorum captare gratiam, illorūmq; rebus quàm poterat maximè quò regnum stabiliret, studere comperiunt. Hinc illorum fana purgari, & Ramesas, id est statas precationes, instaurari iussit; quin & nomine nouo assumpto, suum in Mahometum affectum indicauit. Dictus siquidem lingua patria est, *Nurdin Mohamad, Iahanuir*; hoc est, Mahometicæ legis splendor, mundi subiugator. Patres verò quasi antè numquam vidisset, neglexit.

Non multò pòst Princeps, filius eius, aduersus ipsum conspirationem iniit, qualem olim ipse aduersus Echebarem. tametsi nòn idem vtriusq; fuerit exitus, vti iam referam. Hic ergo rei fuit successus.

Filius aduersus ipsum conspirat. Princeps; noui regis filius, aliqua à Patre affectus iniuria, parum illi fisus, medio Aprile anno MDCVI. nocte arce cum familiaribus aliquot clanculo egressus est, quid animo volueret; nulli aperiens. Dicebant sui, aui illum sepulcrum petere, & hoc rumore sparso, sine vlla molestia per omnes custodias excubi-

totesq; pertransiit. Non multo post, sui eum *Soltan ia*, id est, regem Sultanum, nuncuparunt, & obuios quosq; equos, & quidquid ad belli apparatum facere videbatur, collegere. Rem cognitam rex ad concilium detulit. variis hic opinionibus disceptatum est. statuit ergo ipse bello cum filio decertare, & ecce postridie, vix orta luce, copias procedere iubet. Filius porro inuentum in via magni nominis ducem, dum Lahore Agram ad regiam (hic enim iam inde post Achebaris mortem agebat) properat, promissis comminationibusq; suas in partes pertrahit; vt cum vniuersis copiis retro vnde venerat, reuerteret, & Principi adhæresceret. mox & alium ducem, centum rupiarum millia (nostro numerandi nostro quadragena circiter aureorum millia) ad regem deferentem, interceptum sibi coëgit subscribere. Quod ille aurum, quò omnium sibi animos deuinciret, & reliqua spolia inter milites ipsos distribuit. Qua fama exciti permulti tot ad illum confluxere, vt duodecim in itinere armatorum collegerit millia, cum quibus & aliis Lahorem (quę centum ab Agra distabat leucis) properat. Lahoriani audito illum à patre desciscere, portis occlusis aditum negant. Quam ille non ferens contumeliam, obsidio vrbem cinxit, & quidem octo ipsis diebus. at eamdem expugnare non potuit, sparso rumore, adesse cum ingenti exercitu patrem, qui obsidionem solueret. Ergo aduersus hunc profecturus, & Hu-

Insignem patris ducē ad se pellicit

Item alium

Liberalitate magnas colligit vires.

Lahorem obsidet.

Obsidium soluit patri obuiam profecturus.

& flumen medium occupaturus ab vrbe recedit. At longior impedimento fuit, iam enim aliquot patris copiæ flumen traiecerant. accessit & continua de nocte pluuia: vt nec arcubus (quibus vt plurimum bello vtuntur) ob humorem vti, nec equos prout oportebat curare possent. Aleam tamen tentaturus eos qui iam traiecerant, adoritur, quorum plurimos fudit; & omnes haud dubiè profligasset, ni dux quidam regius, visa suorum inertia, hac hostem elusisset arte. Plures ille pedites, velut nuntios, per castra Principis spargit; hi regem flumine celeriter traiecto, magnas secum vires adducere nuntiant. his per castra sensim serpentibus, Principis copiæ dolum non suspicantes ita rem se habere credunt. Confestim ergo dux ille tubarum & tympanorum sono, regias procedere copias indicat. Prosequi conflictum quidem cupiebat Princeps (& sanè, regias copias iam traiectas profligasset, & reliquas quæ cum rege erant, consternasset, & forsan votorum compos factus esset;) at huiusmodi conspirationum hostis Deus, non permisit. Milites enim eius ad regis quem licet falso, adesse propius credebant nomen territi, & panico timore correpti, animum despondent, ac Principem orant, vt sibi fuga consulat. Ipse cum fugam nollet capessere, præfectus castrorum, fræno equi arrepto, retrocedere suadet, ni se suosq; in exitium pertrahere velit. At hoc cladis omnis origo fuit. Sui enim viso illum tergum vertere, fugam ad vnum omnes

Insigne stratagema bellicum.

Princeps fugit.

omnes iniere; quos hucillucq; dispersos palantesq; hostis premens plurimos interfecit. Interim rex flumen traiicit. Princeps ad Cabulense regnum cum fugeret, misit vndiquaq; copias rex, quæ flumen intermedium occupantes aditu ipsum excluderent: cumq; ad oppidum quo iam litteræ regiæ venerant appulisset, præfectus loci edicit, omnes vt naues; hoc in portu stare solita inde se vna dumtaxat relicta subducerent, huius vectoribus indixit, vt, si Princeps traiicere vellet, nauem in insulam arenariam, quæ medium flumen occupat, propellerent; atq; omnes eadem tum excederent, socios ad nauem arena educendam per speciẽ aduocaturi ad se dein rem deferrent. Dictum, factum. Nauem hanc ergo Princeps cum intrasset, & in arenaria, quasi fortuitò hęc impegisset, loci præfectum certiorem reddunt. Is conscenso nauigio, Principem pręfecto castrorum, de quo iam antè meminimus, & aliis nonnullis sed paucioribus stipatum reperit. Compellatione & salutatione debita peracta, ad arcem nihil omnino metuentem deducit. moxq; arcẽ quasi prandium ipsorum curaturus, portis forinsecus occlusis, egreditur. Copiæ Principis, opem ferre non poterant, quòd, nauium defectu, flumen traiicere non possent. quem vbi cognitum comprehensum per varia dispersæ sunt loca.

In flumine traiiciendo comprehenditur.

Interim rex Lahorem contendit de filio anxius. Ad secundum ab vrbe lapidem obuiam illi procedunt patres, militibus vtrimq; cin-

cto: aderant illi & optimates; ponè reliquum agmen ſequebatur; præcedebant qui turbam ingruentem & obuios quoſq; ſubmouerent. At Patres impune tranſire permittunt, donec regis in conſpectum venirent: ac tum ipſe ſtetit, & cum ipſo vniuerſa acies. Amplectuntur illius femur Patres, quos ille viciſſim benigne excipit, quomodo agerent percunctatus, & quod offerebant munuſculum, manibus excepit. Poſthæc vt locum proficiſcenti darent, innuens, ſuum eſt iter proſecutus. Circa veſperam allatum nuntium, filium clauſum teneri. Miſit ergo quemdam ſuorum, valido cum comitatu, qui vinctum ad ſe pertraheret. Is vt ad arcem & principem venit, nullo honore exhibito, compedes ſecum allatas, at holoſerico tectas, oſtendit, has pedibus eius innectere ſibi à rege aiebat iniunctum. Hunc igitur & quotquot cum illo vincti tenebantur duces, valido comitante præſidio ad regem trahit. A Lahore propius cum abeſſet, ad flumen traiiciendum, elephantum ei vix armatum miſit parens, & ad prædium ſuburbanum, in quo agebat (nondum enim vrbem ingreſſus erat) adeſſe iubet. Vt adeſſe nuntiatum eſt (forſan vt amori paterno naturaliq; habenas laxaret, vt olim cum fratribus agebat Ioſeph) interiora domus ſubiit; ſed paulo poſt egreditur, filiumque aduocat. Ancipites hærebant & ſuſpenſi vniuerſi, regiam ſententiam exſpectantes. Vinctus Princeps patri ſiſtitur, quo

Rex Lahori proximus à Patribus viſitur.

De filio capto redditur certior.

Vincula illi iniici iubet.

quo cuncti ſpectaculo ſunt ad commiſerationem excitati. Vt patris in conſpectum prodiit, debitam illi reuerentiam & honorem exhibuit. Accedere iubet rex, & inter optimates duceſq; locum capere, vultu iracundiam præferens, & acribus verbis corripiens. Quin & duos illos duces qui illius partes voſerant adeſſe imperat; quorum primus primarium apud Echebarem ducem egerat, & multis in rebus fidelem operam præſtiterat, alter ærario regio & regno Lahoriano præfuerat.

Acriter illum reprehendit.

Ambo ferro grauati regi ſiſtuntur; quos allocutus ille, regem quem delegerant, & duces quos ille hanc in expeditionem adoptarat, explodebat. Iudicii hæc fuit ſententia filium cuidam ſuorum, arcte cuſtodiendum tradit, ferro ne exoneraret, iniungens. Ducum duorum primarius, denudatus corio bouis recenter hanc ob cauſam mactati, ærarii præfectus aſini arctè vivus exuuiis induitur; vt iiſdem ſenſim areſcentibus, arctius inſuti conſtringerentur, & grauius torquerentur. Tota nocte hoc in ſupplicio perdurant; poſtridie per vrbem deducti; ille cornibus bubulis, hic aſininis auribus corio vtriſque aſſutis deformis. ambo aſino auerſo ad caudam vultu, inſidentes, ſpectantibus omnibus ludibrio & ſtupori fuere. Nam antè alio longè ſchemate & ſplendore vrbem hanc ingreſſi erant. Vt ad

Duci credit.

Supplicium duorum ducum principis.

ad prædium regium reducti, ducem publica hæc adeo pupugit ignominia, hac nempe in vrbe, quam alias tot elephantis, equis & optimatibus comitatus subierat, vt in terram exanimis conciderit. tum ceruices ei præscindi rex iubet, quas deinde Agræ publicè pendulas spectari voluit; truncum autem membratim dissecari, & artus variis in locis ceteris simile quid molientibus ad terrorem suffigi tabo diffluentes.

Castrorum præfecto caput præscinditur.

Aerarii præfectum iisdem quibus antè arctari voluit exuuiis; tamen, quasi aliquod illi gratiæ argumentum exhibiturus, pellem à quopiam forinsecus aqua superinfusâ humectari permisit, adeò ne scilicet stringeret. sed hanc illi gratia caro stetit; Per aquæ enim humorem pediculi & alii vermes enati magis eum exagitabant; quorum si quem digitis captaret beatum se credebat. Ad hæc solis ardore putiscente pelle, tam tetrum spirabat fœtorem nemo vt accederet. Gratiam tandem per quemdam regis familiarem qui filiam eius in vxorem ambibat, solutis ante regi centum aut amplius aureorum millibus obtinuit. Eodem quo aurum hoc soluit vespere, corio solutus, ad vrbem reductus est, & aliquot post dies in publicum vt antè processit. tandem cum rege in gratiam & dignitatem pristinam rediit. Capti & plurimi milites Principem secuti; quorum ducenti, rege vrbem ingrediente, iam inde à prædio in quo hæserat ad vrbem vsque, vtrimq; per viam, aut suspensi

Quæstor regius multa patitur, sed tandem veniam obtinet.

Ducenti milites eiusdem factionis supplicio affecti.

ſpenſi aut palo ſuffixi; inter quos erant plures familiarium amicorumq; regiorum conſanguinei; nemo tamen pro eorum aliquo veniam petere aut deprecari, ne forſan Principis videretur partes ſecutus, auſus fuit. Rex ergo elephanto egregiè adornato & periſtromatis conueſtito inuectus vrbem velut triumphans petit, & vtrimq; ſupplicio affectos conſpicatus, quid de ſingulis ſibi diceretur, audiebat. Regem Princeps ſequebatur vinctus compedibus, elephantulo exarmato vectus. Vrbem vt ſubiit, in regia illum aſſeruari iuſſit, pedibus, ſed non vſque adeo arctè vinctum. Tum Principis regniq; heredis nomen in filium ſecundò genitum transferens, hunc & in ordinem redigit, & omni regni iure priuari. A duce cui ceruices præſciderat, centum & amplius aureorum habuit millia, quin & ab aliis ingentem auri vim, quam ſibi ſeruauit. Equos verò & alia quæ à filio bello cepit, eius aduerſariis, quò maiorem illi iniuriam irrogaret, dedit. Ita ſcilicet filiorum immorigerorum etiam dum viuunt contumatiam caſtigare ſolet Deus. Sed non fuit hæc tragœdiæ huius cataſtrophe, vt poſt latius videbimus.

Princeps regni priuatur iure.

Verùm vlteriùs antequam progrediamur; videnda punitio pſeudoprophetæ cuiuſdam, qui mira Deos ſpondebat Principi daturos. Agla enim is cum fugeret, in Gloria quemdam incidit quem vt ſummum ſacrorum antiſtitem ſuſpiciunt ethnici & venerantur, vt Rom. Pontificem Chriſtiani. Hunc quòd vulgò ſan-

 ctimo-

Punitio impostoru cuiusdam, qui Principem ad seditionem commouerat.

ctimoniæ opinione clareret, atque eo ab omnibus nomine coleretur, Princeps adiit, vt prospera præsagiret & læta. Ille regnum illi gratulatus, diadema capiti imponit. Etsi enim Goru hic Ethnicus foret, Princeps verò Mahometanus, hanc tamen illi dignitatis notam vt ethnico propriam conferre conscientia stimulante non est veritus, quasi felicem expeditionem auguratus, quod vxore esset ethnica oriundus. Nec displicuit id Principi, quod magnam de viri sanctimonia opinionem concepisset.

His rex cognitis, & Principe comprehenso, Goru ad se deductum ad aliquod tempus arctius haberi iussit; sed centum aureorum oblatis millibus, quos ethnicus quidam opulentus regi se persoluturum spopondit, ethnicis apud regem deprecantibus, venia delicti impetrata. Putabat autem hic opulentus, vel regem multam condonaturum, vel prophetam hosce nummos aut de suo, aut alieno corrogatos redditurum At spe omni frustratus, mystæ suo omnem supellectilem & facultates abstulit, ne vxori quidem & liberis parcens. At cum nec hæc sufficerent, quod populus hic fidei simul & legis expers sit (præsertim vbi de quæstu agitur priuato;) quotidie grauibus sacrificulum suppliciis & molestiis exagitat. hinc & flagellis à seruis acriter cædi, & cibum tolli iubet; quo citius lytrum, ad vexationem ac miseriam redimendam conquireret; dum

sibi

ſibi perſuadere illum inopem eſſe, non poteſt, ſed tenacem. At nec myſta nec alius quiſpiam eius loco ſoluit. hinc dolore, mœrore, ſqualloréque ab iis ipſis à quibus paulo antè adorabatur, confectus interiit. Et is ipſe, qui pro antiſtite fideiuſſerat, euadere dum putat, aliò ſecedendo, captus & neci, direptis omnibus facultatibus, traditus eſt. Is ergo Principis in tumultu hoc ſequacium fuit exitus; verum priuſquam finem eius enarremus, ſacra nonnihil tangamus oportet. *Miſerimè moritur.*

Cap. XVII.

Rex initio regni iuſtitiæ Mahometanorumq́, ſe ſtudioſum oſtendit: duos pueros Chriſtianos vi circumcidi iubet, & Mahometo Salima ni dicant, virgas intentat.

HAC tempeſtate ſedata, rex, dum publica curare incipit iuſtitiæ ſe æquitatiſq; ſtudio imprimis teneri oſtendit. Hinc veterem quemdam regem Perſarum imitatus, haud procul à cubili argenteam nolam ex viginti cubitorum catena ſuſpendi uſſit, vt quotqtot ius ſibi per miniſtros nferiores non adminiſtrari querebantur ianc, ad regem confugientes nolam pulſarent. Ad huius enim ſonum foras ipſe prodibat, & ıs de loco ſuperiori cuiq; pronuntiabat. Porɔria quoq; ab inſtitoribus hinc inde per præ- *Quid rex Mogor iuſtitiæ ergo fecerit.*

fectos locorum exigi solita, imposterum pendi noluit. Heredibus item defunctorum restitui volebat, quidquid pater occupasset, vel quæcumque possidentium essent interitu ad fiscum regium deuoluta. vt enim suprà retuli, omnium subditorum heres ipse rex est; successoribus verò legitimis nonnisi quæ voluerit assignat. Hic autem dictam consuetudinem abrogauit, & quidquid hoc nomine à patre esset occupatum, reddi voluit. Grauis hinc enata Patribus tempestas: rex enim defunctus ædes ipsis dederat, ethnici cuiusdam hereditatem. in quibus templum ac domicilium nobis modò constructum. Petunt ergo heredes locum hunc sibi restitui, item alii domum, in qua neophyti commorabantur. Ad regem res delata: quam vt facilius heredes obtineant, variis Patres criminibus & calumniis apud regem onerant. Verum ille vix credens ait, Si, quę iactarent, ita reuera se haberent, iam aliunde se hæc intellecturum fuisse. Ergo illi frustra sunt, & parentis donationem rex ratam esse, neu de eius donariis vllam sibi controuersiam deinceps voluit moueri. Gratum hoc Neophytis Lahorianis, & Patribus inprìmis fuit. templum siquidem quòd hic habent, adeò elegans & scitum, & pleriq; Mahometani aut ethnici ad vrbem primum confluentes, ipsum velut opus pulcherrimum, spectatum veniant. Reliqua domus in collegii est aptata formam, porticibus, ambulacris & cubiculis supernè & infernè distincta. In superne per hiemem agunt,

Patres exagitantur ratione areæ templi ac domicilii.

Rex ratam Patris donationem esse iubet.

unt, in inferioribus per æstiuos calores: offi-
iis singulis suis est locus proprius & accom-
mo lus, vt in collegiis Europæis. Ita porro rem
aulatim disponere videtur Deus, spes vt af-
ulgeat, illo annuente, virtutis simul & litte-
arum hic aliquando, vt in aliis in locis, gymna-
ium aperiendum. Tantus porro puerorum in
Patres amor & affectus, vt per vrbem euntes,
atria salutatione exclamando compellent,
Padrigi Salamat; quasi dicant, Seruet te Deus
Domine Pater. ingenti hoc illis solatio est,
perantibus, cognitionem Dei aliquando illis
landam, dum famulos ipsius tanto prose-
quuntur affectu.

Exstincta de fundo controuersia ac tempe-
tate, superuenit alia multo grauior; hac occa-
ione enata. Vbi primum regni habenas mo-
derandas rex accepit iuramenti sui memor,
Mahometanis qua gratificaretur occasionem
captabat. Erat in regia adolescens ethnicus,
magni ducis, regi defuncto perfamiliaris, filius.
s ab annis aliquot, certa de causa circumcisus
erat volens. Cùm quodam vespere hac de re
nter optimates cum rege colloquentes sermo
ncidisset, rex ait, ipsum vtpote iam circumci-
sum, non esse amplius ethnicum, & proinde
aliam illi sumendam legem. Nolentem rex ad
alterius legis susceptionem pluribus verbis in-
stigauit & pressit. Si Mahometanam præfers,
adsunt Multæ, qui te Alcoranum edocebunt:
sin Christianam, aduocabo Patres qui te edo-
ctum baptismo tingant. Adolescens effugium

Rex placere Mahometanis satagit.

Ethnicum ad Mahomet. nis[mũ] pertrahit.

nullum videns, optione propoſita & Mahometanis incitantibus, Alcoranum elegit. Tum magna ſolennitate & plauſu per vrbem elephanto vehitur ſublimis, plurimis ſtipantibus. Hoc facto Saraceni tollunt cornua, demittunt ethnici. Factum hoc placuiſſe Mahometanis cum cerneret rex, Chriſtianum ad eamdem pertrahere impietatem voluit. Selegit ergo Armenum, magnæ auctoritatis virum, quem rex defunctus magni ſemper fecerat, & vnà cum nepotibus duos eiuſdem filios educarat, quos ille mirificè complectebatur. Et meritò: nullus enim illis tota erat regia honeſtior, elegantior aut moratior. Is eſt Armenus, quem ſuperiori diximus libro, præter Eccleſiæ morem, & refragantibus Patribus, cum coniugis defunctæ ſorore connubium iniiſſe, regia vxore & rege ipſo inprimis ad hoc impellente. Ex hac coniuge binos illos ſuſceperat liberos. Credebant iam tum Mahometani, ſuis illum aggregandum, quòd, illorum ritu, duas germanas ſibi matrimonio viciſſim iunxiſſet. At ſpe exciderunt. Hunc ergo, alia ex prouincia, cui regis Mogorici nomine præerat, ad regiam noui regis ſalutandi cauſa, venientem, cùm quæſtori ſummo rerũ adminiſtrationiſq́; rationẽ redderet, ad Mahometanam impietatem pertrahere rex voluit. hinc quæſtorem conuenit, hac ſuper re vt cũ Armeno ageret. Quæſtor itaq; tum per ſe, tum per alios virum adit, & partim promiſſis illiciens, regiam ſpondendo gratiam & ampliorem dignitatem, partim mi-

Idem in Chriſtiano Armeno tentat.

lib. 4. c. 15.

Armeni conſtantia.

nis ni pareat, territans, in suam pertrahere sententiam conatur. Verum Armenus infractus & constans in fide, magno cum Patrum tum neophytorum gaudio permansit: illos enim de re omni quotidie certiores reddebat. Quibuscum aliquoties agens, Quid, inquit, hoc in mundo accidere mihi gratius queat, quàm in noxarum & mali quod omnib⁹ dedi exempli satisfactionem, pro fide Christi occumbere? His intentus erat rex, cũ de motu & conspiratione filii nuntius adfertur. Hinc factum, vt Armenus, indemnis tum quidẽ ad prouinciã redierit, & duos secum liberos abduxerit. Rebus autẽ compositis rex Lahorem reuertit, petit vbi nam duo Armeni paruuli; quos cum à patre auectos comperisset; iterũ ad regiam redire compulit. Placidè illos cępit demulcere, & multa de patre sciscitatus, vt quo hacten⁹ egerant ritu, agerent, eodemq; forent loco ait. Eo quo aduenerant vespere, plerisq; illos apud regem dilaudantibus, Mahometanus quidam, diabolo, credo, actus, dolendũ esse, ait, tam præclaræ indolis ac naturę pueros Mahometũ non profiteri. Hinc occasione sermoni data, petẽti regi, ecq̃ sequerentur legem, respondẽt Christ.anos se esse. Pater eorũ, inquit rex. Mahometũ non agnoscit. Imo verò, tum adstantes; Saraceno n. ritu prioris coniugis sororẽ duxit. Verũ negãtes pueri, se simul & patrẽ Christianos hacten⁹ fuisse & modò esse asserũt. Qui ergo suillã gustatis? inq. rex. suilla audita pculsi, retrocedũt. educati nãq. apud vxorẽ quamdã regiã Mahometanã, ita suillam exe-

Ad prouinciam redit.

Rex filios ad Mahometũ tra iucere contendit.

crabantur, vt ne nomen quidem ferrent. hinc necipse pater vlla eos ratione eamdem vt gustarent, compellere potuit. Respondent regi, Christiana suillam lege non præcipi, nec interdici. Hæc tum quidem.

Postridie manè Patres adeunt pueri, remq; ex ordine enarrant. quibus illi animos addere, & quò se gererent, si vlterius premerentur modo, edocere. quippe regis hic vexationem non staturam, sciebant; vti nec stetit. Eadem namq; vespera iterum Regi sistuntur, sed animose se tuentur. Nonnulli adstantes, Mahometani, regem exstimulant, cæpta vt promoueat. Quibus vt gratificetur, Armenos regia exire vetat, locumq́, attribuit, quo, velut clausi tenerentur, vt, nemine defensionis tela suggerente, facilius succumbentes, manus dent, Patribus consanguinei rem aperiunt; quorum vnus vitam Deo impendere paratus, ensem detractum simul & nummos aliquot apud Patres deponit, & pueris illis se comitem iungit. Regi denuo sistuntur. renouatur certamen, porcina manducanda proponitur. natu minimus ait, si dicant Patres ad eiusdem nos manducationem teneri, non refragabimur. Hoc studio proposuere, ita à Patribus edocti, quo scilicet à rege euocarentur, & pueris interim animum adderent. Adesse Patres iubet rex. at quidam de optimatum numero, Armeni responso ita se finxit læsum, binas vt alapas puero impegerit, dicens, Quid tibi cum Patribus, quando regium vrget mandatum? Rex de su-

In regia seruantur.

illa

illa sermonem interrumpens radicem aggreditur. Eia, agite, inquit, Mahometo inuiemini oportet. Salcina (est hæc Mahometicæ legis professio) recitare renuunt paruuli. afferuntur virgæ ac flagra, quibus malefici cæduntur, iis ipsos quantocyus, cædi iubet. Pueri hoc supplicio territi, ore clauso ac velut inter dentes mussitant quæ Mahometani pronuntiari volebant. Itaque tristes & afflicti ad cubiculum abeunt. Postridie sub auroram adest missus à Rege chirurgus, qui vtrumq; circumcidat. abnuunt illi quam possunt maximè, lacrymisq; chirurgo rem differre suadent, donec ad regem de omnibus retulisset. Non multo post iterum ante regem producuntur. rogat ille cur circumcidi nolint. quòd, inquiunt, Christiani simus, & ad mortem vsq; futuri, nec circumcidi nos patiemur. In extremum hunc conflictum armarant eos Patres, salutaribus consiliis, monitis, exemplis confirmatos. Quotidie enim illos adibant. Regem quidem alloqui, à nefario hoc eum molimine, quo paruulos ad fidei eiurationem pellicere contendebat, auersuri, omni ratione conantur; at excubantibus in hoc Mahometanis nullus patebat aditus. Ad lineam vt redeamus; rex illorum audito responso, variis ipsos promissis in suam pertrahere conatur sententiam; præmia, si assensum præbeant pollicitus; sin mandatum rideant, supplicia grauissima intermīnans. Pueri his se duobus modis exagitari & responsa nullius esse ponderis vident, illorum

Mahometanam professionem proferre compelluntur.

Circumcidi quoque; sed nolunt.

alter ad regem conuersus, Obsecramus te, inquit, propter Alazarath Ieam, id est, Dominum Iesum, (cuius rex, dum Principem dumtaxat ageret, perstudiosum se aiebat) ne nos circumcisioni admoueas. Imo verò, dicenti regi, illius ergò hoc fieri velim: Hisce, ait puer, ille non delectatur. Rex ergo rationibus aures obturans, pedes illos manusq; vinctos, se in spectante, nequidquam lacrymantes & renitentes iubet circumcidi. Hoc peracto, Eia agite, inquit rex, cum Mahometani iam sitis, Salima recitate. Hic nouum exoritur certamē, idq; eo acrius, quòd ad innocui sanguinis conspectū regi ardor crescebat cœpta prosequēdi, quò Mahometanis ad hoc instigantibus placeret. Pueros refragantes minis adigit. sed frustra. Ergo flagris accerrimè sine vllo cōmiserationis affectu corripiuntur. plerosq; tn̄ adstantium, præter effusum in circumcisione sanguinem, nouus hic tenello corpusculo per flagra elicitus cruor emouebat, simul & flagellantium sæuities: rege n. irato, plura grauioraq; illis infligebantur quam maleficis verbera. Natu grandior, qui quartum decimum agebat annum, ante quartum decimum etiam verber cessit, quæ vellent, sed non vt vellent facturus. minor, qui nondum vndecimum compleret, maioris, tametsi fratre cedente, fuit constantię. Ingeminantur ergo verbera, illorumq; sæuities. Ad singula ille, *Ah Alazarath Ieam!* id est, Ah Domine Iesu ingeminat. Sāctissimum n. nomen hoc assiduo repetebat, & thecam reliquiariam quam de collo gestabat in

Circumcidi iubet.

Salima proferre detrectantes flagellis cad.t.

Cedunt post verbera.

manus accipiebat. Mirabantur vniuersi illius constantiam,& rex ipse miseratus flagris finem modumq; statuit. Verum quodam purpuratorum flagellantes ad ingeminandos adhortante ictus, ad triginta illi infliguntur, adeo quidem graues,vt valentissimum deiecissent virum.Posterioribus hisce verberibus factum,vt puerum vires simul & animus deficerent; adeo vt,quo tormento subduceretur petita pronuntiaret. Terna tamen quaternaue superaddere visum verbera,quòd prius non paruisset.Forsan plura non inflixissent, si vel aliquantulum ampliùs constitisset. In puero tamen permultum est, præsertim nemine qui adderet animos,pręsente,sed plurimis sanguinis &perditionis illius sitientissimis lupis, & rege ira æstuante, tanto tempore restitisse. Cuius ira si in sæuitiæ huius auctores versa fuisset,non tot, credo, opus fuisset verberibus,vt, Alcorano negato,ad Christum transirent.

Ficta hac victoria lætus rex, ad cubiculum eos deduci, & curari plagas iubet. Hac ipsa nocte Patres, rerum ignari, ipsos visunt; quos in terram prostratos & tristes offendunt, ne verbum loquentes. At vt adesse Patres comperiunt,minor exclamat, Padrigi, Padrigi,id est,Domine Pater,Christianus sum; etsi,inquit,quod voluerint,resciderint:parum refert: inuitis enim id factum.Nisi sagra addidissent,putati ne nos cessuros fuisse?Sed sponte hæc,Dei nomine,subiimus. quorũ plagas ac vibices inspectãtes Patres,comiseratione moti sunt,

Rex curari eos iubet.

Patres eos consolantur

ſunt, eoſq; conſolati lapſum diſſimulant; quin imò ad conſtantiam animant, neu ſe victos aut Saracenos crederent. Et ſanè ſemper ſe Chriſtianos, vt antè profitebantur; quæ facta erant, inuitis ſibi & vi ad actis accidiſſe iactantes. Mittit ad ipſos Mullam rex, qui Alcorani orationes edoceret: Sed ipſo audiente Mahometum eiuſq; legem calumniabantur. Curati regi ſiſtuntur, quos ille noua donauit veſte, & domum vt concederent permittit, modò ne Patres adirent aut alloquerentur. Sed regium eludentes iuſſum, Chriſtiano, vti prius agunt ritu, & mille Mahometanam legem proſcindunt calumniis: vt freno potius quam calcaribus opus haberent. Natu maior, qui ante ceſſerat, nemine impellente, cultro crucem brachio ſiniſtro ſemicubitali longitudine incidit, cuius vna extremitas pollicem tangebat, altera ſurſum aſcendebat. Hæc nudato brachio in cicatricibus apparebat. Ceterum rex familiariter vt antè cum iis agebat, nulla legis alicuius ſuſcipiendæ mentione facta. Mahometani ipſi illorum conſtantiam obſtupeſcentes, fruſtra tantopere ſudatum aſſerebant, dum corde ſecus ſentirent. Vt hæc ad Patrem relata, triduo ipſo omni abſtinuit cibo, lacrymis indulgens, ſeruumq; qui de omnibus inquireret ad regiam miſit.. Significant illi Patres, vt ne in certamen cum rege, quod inſtare putabant, prouocaretur, quam ſtudioſiſſimè caueret, vtpote qui iam antè, dum Agræ ageret, aliquam eſſet velitationem expertus. Quibus ille

Christianos se dicunt vt prius.

Pater doluit de rei successu.

ille magno animo rescripsit paratissimum se esse ad fidem quam profitebatur, publicè declarandam, daturumq; operam, ne quod apud Saracenos sui causa, eadem pateretur opprobrium. Verum his actis, rex eadem qua solebat cum Patribus, puerorumq; consanguineis, aliisq; neophytis, benignitate, quasi nihil omnino factura esset, egit, quin & aliqua Patribus quæ ab ipso poscebant, insigni cum beneuolentia concessit.

CAP. XVIII.

Referuntur aliquot conuersiones ad fidem, quæ anno MDCVI & sequenti in Mogore contigere.

PAuci admodum in Mogor baptismo lustrantur, cùm quod Patres illos non premant, tum quod vix iis credant. Et sanè verum vt fatear in locis, in quibus scelesta Mahometi lex radices egit profundiores, nonnisi maximo cum labore, iis euulsis, bona fidei Christianæ sementis iacitur. Agræ tamen anno MDCVI. Viginti circiter baptismo abluti, atq; inter eos Armeni cuiusdam qui multo tempore inter Mahometanos ab omni Christicolarum commercio semotus egerat, familia. Idq; hac occasione. Quidam nostrorum cum vicum Armeni pertransisset, ab ipso visitatus & munusculo donatus fuit: rogatus tamen, ne domum suam veniret. hinc aliis ait, si fortè Pater eò se conferret, propter notos & vicinos à quibus haberi Christianus nolebat, illum se nosse

Exiguum fidei incrementum in locis vbi Mahometani sunt.

nosse negaturum. Persuadent tandem, elapsis annis aliquot, Patres, Agram vt ad reliquos Christicolas commigraret. Paruit,& vnà cum vxore, filiis & omnibus domesticis eodem venit. quorum plerique sacris baptismi vndis abluti, ipse cum vxore noxarum confessionem peregit & iuxta Ecclesiæ præscriptum, postquam decem & octo inter Saracenos egissent annos, connubium iniit. hinc ipse cum vxore & liberis connumerari meritò neophytis possunt; è quorum numero, filiolam haud multo post quàm baptismum suscepisset, in primæua innocentia demortuam, ad se euocare visum Deo.

Alius diutius Christianum egerat, confessionis & communionis sacramenta frequentarat, ceteraq; boni Christiani officia obierat: compertum tamen, baptismo nondum esse lustratum, quem illi magno animi cum gaudio Patres contulere.

Lahore ad Christum transiit senex quidam Saracenus, Bazora oriundus, qui apud nos imperium occuparat; verum vrbe à Turcis expugnata, ipse huc illucq; victum paraturus errabat vagabundus. Venetiis & in aliis Christianorum vrbibus egerat; tandem Lahorem peruenit. hic Patres orauit, baptismo se vt tingerent. Quem illis studio differentibus, instat senex, esse se annis grauem, & procul ab ipsis sibi recedēdum, quò agros à rege defuncto sibi donatos inspiciat. Visum tamen Patribus ad tempus ipsum differre, spem facientes redeunti

bapti-

baptiſma conſerendum. Abiit ergo ſed animo propediem redeundi, quò ſacro ablueretur fonte. Reuerſus maiori quàm antè ſtudio ſibi dari viuificum regenerationis Sacramentum, ob decrepitam ætatem, petiit, quòd adeſſe finē vitæ ſibi putaret. Tum demum ſalutari lympha tinctus paucis eius rei conſciis. nolebat quippe ipſam diuulgari. A quodam tamen contubernali, ſene, iuſiurandum exegit, vt, ſi ſuperſtes ipſe foret, nullum ad cadauer ſepeliendum, Mahometanum adhiberet, ſed Chriſtiano ſe ritu à Patribus ac neophytis ſepulturæ tradi ſineret. Satius haud dubie fuiſſet, ſi palam ſe Chriſtianum profeſſus eſſet. at tanta Mahometanorum hic peruerſitas, nullam vt ipſi quietem, ne quidem domeſtici, ſi Chriſtianum eſſe percepiſſent, indulſiſſent. quod pleroſq; à fide ſuſcipienda deterret. fuere & aliæ hoc anno conuerſiones, ſed hæ illuſtriores. Iam quæ ſequenti còntigerint diſpiciamus.

Regis in Cabulense regnum profectio.

Rex cum Cabulenſe regnum adiret, filium vinctum, licet non adeò arctè, ſecum traxit: Patres ſalutandi illum gratia adeuntes, & proſperum iter apprecantes orauit, DEO vt ſe per preces commendarent. Eodem tempore illi Euangeliorum codicem Perſico ſermone obtulere; quem benignè placideq; admiſit, neu cuiquam illius cuſtodiam credidit, ſed tamdiu ſibi ipſe ſeruauit, donec abiret. Illo indulgente Patres, quietè pacificeq; agebant, primum ſui ipſorum profectui, non ſecus quàm

ſi in

ſi in Europa commorarentur, & ſpiritualibus rebus vacantes, dein eadem diligentia neophytos excolentes. Sacras Eccleſiæ feſtiuitates, & inprimis paſſionis Dominicæ memoriam eo quo ſolebant ritu celebrabant: ſed hoc ipſo

...io anno flagellis in ſeipſos, feria V. hebdomadæ ...nti- ſanctæ ſæuientium, addita ſupplicatio. cuius his ...hore fuit ordo. Præcedebat crux dominica, quam ...nitur. pueri Litanias cantantes ſubſequebantur. Ethnicorum plena erant omnia, qui hanc flagellantium in ſua ipſorum corpora propter Chriſtum ſæuitiam ac ſanguinis profluuium demirati, reiq; exitum exſpectantes ponè ipſos ſequebantur. Supplicatio in templum, vnde cœperat, magno Chriſtianorum ſolatio ac pietate, qui idem quotannis frequentare officium ſtatuebant deſiit. Inter hos fuit, qui cùm veſtem huic rei aptam parare non poſſet, quotidianis è veſtibus parauit. alius qui nunquam Chriſtianorum vrbes adierat, vel ab ipſis, quod quidem conſtet, non didicerat, vaſtam brachiis crucis ritu extenſis trabem geſtauit. I-

Item in feſto Paſchatis. pſo Paſchatis feſto vix orto die alia inſtituta ſupplicatio. crux roſis floribuſq; veſtita præibat, quam ſequebantur adoleſcentes Goa, quò huius rei addiſcendæ cauſa miſſi erant, iam recenter reuerſi, ſambucas & ſiſtira pulſantes. Quod quia nouum & inauditum erat, omnes audiendi gratia confluebant. Chriſtiani ſecuti cereos manu geſtabant, veſtibus feſtiuioribus induti. Ordinem claudebant Patres albati, Pſalmos hymnoſq; ex Eccleſiæ præſcripto cantantes.

tantes. quorum vnus paruuli Iesu recens Lusitania aduectam, & eleganter sculptam imaginem gestabat.

Incredibile videatur, quæ omnium ordinum, & sexuum fuerit confluentia & ad hasce supplicationes concursus. Ea saltem securitate ac quiete peragebantur, qua in vrbe Catholica.

Quæ verò in festo Corporis Dominici iuxta Ecclesiæ morem institui solet, intra priuatos celebrata est templi parietes, ne margaritæ porcis obiicerentur. magna tamen celebrata sollennitate. Sacerdos vere, Sacramentum ferens, certis cùm spatiis subsisteret, scitus quidam puer, eleganter indutus, illi obuiam procedens supplex salutarem hostiam adorabat; veram realemq; corporis Dominici hic præsentiam profitens; surgens dein insignem piamq; de hoc Sacramento historiam referebat, quæ audientes & ad pietatem & reuerentiam eiusdem excitaret. Atq; hoc primaria festa celebrabantur modo. *Alia Veri Sacramenti*

Verum vt constet, quo in Patres remque Christianam esset affectu rex ipse, & quæ ante fecerat, nonnisi Mahometanis gratificandi causa facta, aliquot depromam amoris ipsius, dum adhuc Lahore ageret, argumenta. *Quo Patres rex amore complecteretur.*

Antè ergo quàm Cabulense regnum adiret, purpuratorum quispiam ait, regem defunctum, vectigalis Patribus Lahore commorantibus assignati partem mediam accidi iussisse. Rex ergo integrum illis dari iussit. quin-

quaginta ſcilicet rupias in menſes ſingulos. Alia occaſione de eleemoſyna, quam Neophytis ipſe promiſerat, agunt cum eo Patres. quare quinquaginta alias ſtipendio menſtruo addidit rupias, & triginta in vſus templi. quibus neophytorum facilè ſuccurrere poterant inopiæ.

Duobus Armeniis pueris facultatem dat vt Christiane viuant.

Illius in Mahometanos ſtudium quod ſub regni initia oſtenderat, ſenſim decreſcebat, palamq; aſſeruit, patris hac in re ſe velle veſtigia inſiſtere: vti reipſa declarauit. At feliciorem patre finem illi concedat Deus. Armenos illos, quos circumcidi antè iuſſerat, cum coæuis ludere & velitari cum cerneret, ad ſe vocatos interrogat. Mahometaniſne accedere num in paterna religione perſiſtere velint? In Chriſti ſe viuere ac mori lege velle, quam vnà cum nutricis lacte imbiberant, pueri reſpondent. Tum ad ſuos conuerſus rex malum, inquit, eſt à paterna lege deſciſcere. Hi virgarum metu Saracenos ſe aiebant, ſed verè Chriſtiani erant. Quare agite, in religione conſtanter perſeverate Pueri. honore regi exhibito, & gratiis actis læti Patres adeunt, remq; ex ordine omnem exponunt, atque ab eo tempore palàm ſe Chriſtianos profeſſi ſunt. Primarii incentores, qui regem in pueros exſtimularant, vltricem Dei dextram ſenſere.

Punitio illorum qui regem in ipsos concitarant.

Vnus enim haud multò pòſt regia excidit beneuolentia, ſtipendio omni priuatus. aliquot tamen poſt menſes in gratiam rediit,

rediit, ſed nondum planè ſecurus. Alius qui ceteris maiori apud regem auctoritate erat, atque idcirco frater regis dicebatur, lento confectus morbo, vtriuſq; tibiæ paralyſin contraxit: qua dein cerebrum feriente, tanta eum rerum omnium cepit obliuio, vt re narrata eamdem ſui oblitus denuo importunus & moleſtus aliis repeteret. Regia ergo gratia, ſigillo ſimul & ſtipendio ac dignitate priuatus, & his alteri datis, pauculorum agrorum redditu viuere debuit contentus. Hæ ſæculi vices, atq; hæc ſeruos Dei oppugnantium caſtigatio.

Alio quoque oſtendit argumento rex, neminem ſe religionis nomine, premere aut à fide Chriſtiana deterrere velle. Patres cum quatuor Cafres adoleſcentes ſambuca ſonare gnaros, Goa aduocaſſent, illorum ductore per viam demortuo, regi offeruntur. illos apud ſe agere voluit, non tamen cogere; tantum ſonare iuſſis ait, ſi in regia commorari velint, beneuolum illos regem experturos. at quòd Patribus adeſſe malle illos cerneret, inq; fide ſuſcepta conſtantes eſſe, (quod è nonnullis interrogationibus hac de re propoſitis facilè patuit) Patrum illos curæ concredidit. Quibus tamen viſum, illos regi è Cabule reuerſo offerre, vt regio fouerentur ſtipendio, & rei interim ſacræ officioque diuino, quando opus foret, operam impenderent.

Ceterum regis æqui, quod regni initio aſſum-

Regis iusti nomen & rem retinuit.

psit, nomen semper retinuit, æquitatemq; reipsa coluit: in maleficos enim seuerè animaduertit. Hinc pauci in regno eius reperias qui alium offendere aut violare ausint. Si quem præfectorum audiat, vel minimum à mercatoribus per ditionem suam transeuntibus diripuisse vel extorsisse, pœnas pendere cogit; quod pluribus probare possemus exemplis. at quòd nostro non conducant instituto, seponemus, de rei Christianæ successu acturi.

Felix obitus Christiani Hungari.

Christianus quidam Hungarus, centesimum excedens annum, cùm in prima ætate à Turcis captus, ad varia deductus esset cum filiis & nepotibus loca, tandem in Mogor peruenit. Hic cùm vitæ instare extrema cerneret, ad Patres se contulit, domesticos omnes regenerationis lauacro ablui curans, præter filiorum vnum qui ad Christum transire renuebat. Bonus autem senecio, Sacramentis omnibus ex Ecclesiæ præscripto communitus, Patribus præsentibus vitæ huius peregrinationem cursumq; perfecit. Funus illius in templo sollenniter celebratum est; quod Christianis, qui omnes propè, accensis cereis aderant, gaudio; ethnicis Mahometanisq; spectantibus fuit exemplo, palam asserentibus, Christianorum ritus suis multum præcellere. Iam admirabilem curationem videamus.

Admirabilis pueri cuiusdam curatio.

Christiani cuiusdam filiolus, cum adhibitis variis remediis sanitati non restitueretur, à parente cui erat carissimus ad templum defertur.

fertur. Patrum vnus, B. Margaritæ de Chaues viduæ sanctissimæ reliquias æquæ imposuit, & hanc puero bibendam obtulit; huius valetudinem eius apud Deum precibus commendans. quam vt bibit, vultu mutato febri deinceps caruit. Hinc adstantes omnes, & parens imprimis, gratias Deo agere, & puerum sospitem domum reducere. at non minus aliquot paruulorum felix fuit obitus, quàm huius curatio admirabilis

Paruulus Mahometano patre natus, lectulo decumbens grauiterq; afflictus à Christiano, patris familiari, inuisitur, à quo aliquid illi per speciem remedium applicans (vti reuera applicabat, sed vitæ cælestis) modico aquæ benedictæ, quod strophiolo humectato exprimebat, clam parente baptizatur; & post diem atq; alterum è vita decedens cælestem adiit gloriam, duobus fratribus iam antè annos aliquot defunctis & eodem modo per eumdem baptizatis iungendus. *Felix obitus aliquot paruulorum.*

Baptismo renati & alii paruuli, quos exiguo Christianis pretio parentes vendebant; quarta namque Larini parte, qui nummus Lusitanico testoni respondet, emebantur singuli.

Patres sæpe Saracenorum fana, maximè diebus veneris quos illi festos habent, adeunt, atq; ibidem cum Mullis de fidei nostræ rebus conferunt, quæ benignis illi accipiunt auribus: at cum Mahometi refutatur impietas insanientes & bacchantes certamen abrumpunt.

Ita qui caligantes habent oculos, rutilantem hanc ferre lucem nequeunt. Sed filium nostrum prosequamur.

Cap. XIX.

Rex è Cabule reuersus legatum, Pinnero comitante ad Indiæ Proregem mittit, & Lahore Agram petens, filio eo ipso, quo certamen cum regiis inierat, loco oculos eruit.

Patres regi à Cabule reuerso obuiam prodeunt.

REX è Cabulensi rediens regno Lahorem petit. Patres de illius aduentu facti certiores illum salutaturi, ad secundum ab vrbe lapidem obuii processere. Placidè illos excipit, equum sistens, & manus humeris (quæ hic amplectendi forma) imponens, perquam familiarissime petit, quo valerent modo. Compellarunt item prolem omnem regiam, & purpuratos primarios, à quibus reciproca excepti sunt salutatione. Offerunt hic regi librum, quem Persarum sermone de vitis Apostolorum conscripserant. cui hinc inde varias fidei Christianæ confirmationes, & Mahometicæ refutationes immiscuere. quod ille donarium permagni visus est facere. Lahorem vt venit, legationem ad Indiæ Proregem adornauit, in quam virum & prudentia & auctoritate eximiũ delegit. Dein aduocatis Patribus consilium mentemq; aperit, & sibi ait gratissimum fore, si quis ipsorum legatum comitaretur. Refragari ausi non sunt, imò, quòd magnum hinc missioni huic prouenturum sperarent

Legatum ad Indiæ Proregem mittit.

rent bonum, onus hoc libentiſſimè ſuſcepere. In hanc delectus fuit prouinciam Emmanuel Pinnerus. Legationis non alius, vt quidem rex ipſe dicebat, ſcopus erat, quàm vt cœptam eum Luſitanis per Indiam ſocietatem amicitiamq́; confirmaret, & aliquot ſibi elegantias Luſitania aduectas coëmeret. Pinnero rex munera dedit, quæ ſuo nomine Patribus Indis elargeretur; & Patribus Lahorianis alia, quæ in ſuos ipſi clientes patronosq́; diſtribuerent. Paulo ante feſta natalia abiere legati, quæ magna cum celebritate & pietate à Lahore relictis Patribus celebrata: in templo tam eleganter adornato, vt Mahometanos admiratos elegantiam ſuorum fanorum ſordium puduerit. Præſepiolum in ara ad pietatem mouendam collocarunt, cuius ſpectandi cauſa plurimi ad ædem confluebant. Et quamquam Rex ſpectatum non veniret, cereos tamen albos qui ante ipſum collucerent, miſit ſimul & ad ornatum & paramentum, egregias quas habebat imagines. quod Chriſtianis pergratum, Mahometanis graue erat. Chriſticolæ omnes noxarum confeſſionem peregere, & quod nocte natali, egregio concentu & feſto tibiarum & ſambucarum harmonia celebrabatur, ſacro interfuerę priuſquam ipſum inchoaretur varia ex arte in cœmiterio ſparſa ignis miſſilia, quę eminus conſpiciebantur. eodē tempore feſto tibiarum, buccinarū, ac tympanorū ſono omnia circumſecus reboabant; vt inter Chriſtianos, non ethnicos hęc celebrari feſtiuitas videretur.

Nec ſuo caruit pompa fructu. Nam præterquam quòd in Dei hoc gloriam cederet, dum ita inter hoſtes colitur & honoratur, aliquorum ad fidem hinc facta acceſſio.

Saracenus conſolationẽ ſentit ſacra noctis audiens ſollennia. Inter alios Saraceni cuiuſdam, viri magni, qui ad feſtos hoſce ignes excitus, non prius inde diſcedere voluit, quàm ſacrum Matutinarum officium, quod alternatim accedente tibiarum ſonu cantabatur, audiſſet. Hic cum & officium & concionem quæ dein ſequebatur, coram ſpectabat, ſacra dum celebranda eſſent, honeſtè, vt procul eſſet rogatus, paruit benignè: ſed pòſt clam Patribus rediit, magnaq; attentione & gaudio ſingula ſpectabat. quocirca peractis ſacris, Patribus, eſſe ait animo ſe iam Chriſtianum, nec proinde ſacris arcendum. qui magnam exin cum Chriſtianis familiaritatem iniit, vt & ipſe illorum de numero videretur. & ſpes erat breui illum, ni fortè iam ſit, fore.

Rex Agram proficiſcens, duos ſecum ducit Patres. Natalitiis tranſactis, ſuum Agram diſceſſum rex denuntiat (eſt autem Agra altera regum ſedes) Patribuſq; ſuggerit, velle ſe, illorum vnus vt Lahore apud Neophytorum gregem ageret, alii duo ſecum proficiſcerentur. Illi parent: quibus quatuor camelos & equum ad neceſſaria conuehenda attribuit. Rege ergo, cum vniuerſis copiis, quas ſecum quocumque locorum trahebat, Lahore digreſſo, Patres aliquot pòſt diebus in viam ſe dedere. at quòd aucupio venationeq; (Pantherarum aliarumq;

feratum

ferarum ad venationem edoctarum operâ, præter iacula ac venabula vtens) tempus traheret, Patres breui illum sunt assecuti. Misit in illorum tentorium elephantum rex duos gestantem apros, quos sua ipse manu interfecisset. Apposite missi, præsertim in comitum vsum; erant enim dies bacchanales. at octiduo pòst cum illos in tentorium aduocasset, & è quindecim apris & aliquot ceruis quot vellent, seligerent, optionem fecisset, gratiis actis dixere, iam per quadragesimale ieiunium sibi nefas esse carne vesci. Hinc in quadragesimale & reliqua Christianorum ieiunia ritusq; in iis seruari solitos, inquirit benigneq; Patres singula exponentes audiuit.

In Quadragesimale ieiunium inquirit.

Mensem ac dimidium cum itineri impendissent, tandem post varia incommoda molestiasq;, præsertim ratione temporis quadragesimalis, ob ciborum aptorum & aquæ potabilis defectum, (quod cameli & equi regii flumina lacusq; obuios turbarent) sospites Agram venere.

Antè verò rex in filium maiorem natu, quem suprà in Patrem concitatum diximus, grauiter rigideq; animaduertit. Quocumq; enim pergebat, secum vinctum illum compedibus, caueæq; inclusum, quam elephas gestabat, trahebat. Cum ergo ad certaminis venisset locum, in facinoris vltionem, herbarum quarumdam succo lactis persimili, oculos illi excedit. eodem post in ducem quemdam, antè sibi amiliarissimum, animaduertit supplicio.

quem cum coniurationis adversus caput regium initæ conscium comperisset, secum vinctum mulo aut asino inermi vectum trahebat, & hoc ipso loco oculos illi uti ante filio eruit.

Patres Agram cum venissent, ea excepti domo & templo, quæ prius, regis munificentia, dum principem adhuc ageret, exstructa habebant, in neophytos, licet numero paucissimos edocendos sedulò incumbentes. at quid hîc potissimum egerint, sequentibus capitibus latiùs deducemus.

CAP. XX.

Patres cum Mahometanis coram rege disceptant & quis certaminis finis

Patrum & Saracenorũ collatio. PATres regem secuti, occasionem aliquam captabant cum Mahometanis coram rege de rebus fidei disceptandi, quò simul & veritatem nostræ, & imposturam Mahometanæ perspiceret. Agræ cum essent, quam desiderabant disputandi oblata occasio, plusquam mẽstrua fuit hæc concertatio, sed per intervalla in qua multa relatu digna contigere, quæ paucis perstringemus. *Ubi occasio.* Hæc porro fuit causa. Delectabatur imaginibus figurisque chartaceis rex, quibus vel fidei nostrę mysteria vel sancti, quos Christiani colunt, expressi erant; quas illi patres interdum dabant. Quodam vespere aliquot afferri sibi voluit, quas cum inspexisset, nec tamen quid vellent intelligeret, patres ipsas decla-

declaraturos advocavit: prima omniũ fuit David rex pœnitens & in genua proſtratus, cúm à Nathane Propheta correptus, ait: *Peccavi Domino*, & à Propheta viciſſim audiuit, *Dominus quoq; transtulit peccatum tuum à te*. Quam cum regi hiſtoriam pater aperiret, dux Saracenus ſermóem interrumpens, quomodo eadem Alcorano contineretur, exponit. Sacerdos à veritate illum deflectere videns, copiam ſibi a rege fieri petit, ipſius, ut ſacris deſcribitur literis referendę. Copiâ factâ, cũ adulterii cum Berſabee commiſſi mentionem faceret, Saraceni illum apertè mentiri clamant. neq; enim unquam peccaſſe prophetas aut peccare poſſe. petit pater, num lacrymatum Davidem faterentur. maximè inquiunt, at propter homicidium, non autem adulterium. Ergo ſi ipſum homicidii noxam admiſiſſe conceditis, inquit, hinc neceſſariò efficiatis neceſſe eſt, virum peccatum contraxiſſe; cum antè nec peccaſſe, nec peccare poſſe, prophetas aſſereretis: Quare qui unum peccati genus commiſerit, & aliud committere poſſe fateamini neceſſe eſt. Adhæc uoluntatem peccandi habuiſſe Davidem dicitis: unde infero reipſa peccaſſe; tam enim DEVS perſpicaciter intima cordis, ac voluntatem perſpicit, quam homo ipſum opus. Imo vero, ſi angeli tam enthei ac naturalibus ſupernaturalibusq; dotibus inſignes noxam contraxerint: Prophetas qui nonniſi homines, peccare poſſe quis neget? Cur denique negare ipſi vultis

2. Reg. 12.

Nũ David peccarit.

Saraceni hoc negantes conuincuntur.

vultis, quod toties ipſe variis Pſalmorum locis confiteri non erubeſcit, peccatum in Deum patratum aſſiduo lacrymarum imbre diluens? Hiſce auditis rationibus erubuere, nec verbum contra hiſcere auſi ſunt.

Eſth.6.

Aderat regi magnæ vir auctoritatis & ſcientiæ laude apud ſuos inclytus, qui regi ſomnum captaturo noctu, aut interdiu dum quietem quærit, à lectionibus hiſtoriarum erat, Cuius propè idem erat munus, quod illius qui Regi Aſſuero regni annales prælegebat. Rex, virum hunc, tum ob doctrinam, tum quòd Mahometis eſſet ſtirpe oriundus, permagni faciebat, & ei quod dixi applicarat muneri; & ſanè hiſtoriarum veterum vtrumq; gnarus erat. Hic ergo auditis Patris rationibus, ad regem conuerſus, Chriſtiani, inquit, nec Euangelium, nec Pſalmos, nec Pentateuchum Moſis habent, niſi interpolatum. Nihil minus, ait Pater, quin imo, ſuam millies potius Chriſtiani vitam impendant, quàm vt vel apex aut littera in ſacris voluminibus mutetur. Interpellat tum alius dicens, Non Patres, non eorum maiores, non deniq; populum, ſed Reges noſtros ſcripturam interpolaſſe. Nequaquam, Pater ſubinfert, neq; enim Reges legem aut eius libros tractant; ſed hac in re non minus quàm ſubditi, Antiſtitibus, quibus ſacrorum cura incumbit, ſubſunt.

Vtrum libri ſacri quos habemus corrupti.

Rex tum ſermonem turbans Patrem interrogat, quo Mahometus apud Chriſtianos eſſet loco. Dicimus, inquit noſter, hominem fuiſſe,

& prophetæ ſibi nomen arrogaſſe. Tum rex, Ergo nequaquam fuit. minimè gentium, reſpondit Pater. Ergo pſeudopropheta, inquit rex. Talis, nec alius, replicat Pater. quod repetere illum denuo, ridendo iuſſit, quò Mahometum & Mahometanos qui aderant, & dentibus in noſtrum antagoniſtam frendebant, derideret. Acceſſit tum Lector ille regius, & antagoniſtam mendacii accuſat; in ipſo Euangelio, Mahometi mentionem fieri aſſerens, eiuſq; aduentum prænuntiare Itane ſe res haberet, petit rex. Negat antagoniſta; & in Euangelio alterius prophetæ in mundum venturi & nouam legem allaturi nullam mentionem haberi, niſi ſub diem iudicii. Hiſce auditis admirabundus ſtetit, idq; aliquoties repetere antagoniſtam iuſſit. dein ſecundò petit, num vt Prophetam Mahometum ſuſpiciat; bis terue hoc pernegat antagoniſta. Tum Lector ſtomachatus & æſtuans, regem negat hæc æquis debere excipere auribus, & omnem benignè hæc audientem, fidei eſſe deſertorem. mox infenſus cubiculo exceſſit, nec poſthac comparuit. At poſtridie veſperi eadem de re ſermonem mouet rex, & quam de Mahometo opinionem haberet, publicè à Sacerdote noſtro percontatur; addebatq; Lectorem illius reſponſo licet vero offenſum; reſpondit, eiuſdem ſe opinionis eſſe, cuius pridie. Rex ergo, qui Mahometi ludibrio ac ſubſannatione recreari videbatur, Lectorem tenebras & ſecretum captantem adeſſe iuſſit, dicens, Adſis Nagibuſcan, (hoc

Rex Mahometum eiuſq; ſequaces ſubſannat.

Lector regius hoc ferre nequit.

(hoc enim illi nomen) audin'; quæ de Mahometo patres dicant, pseudoprophetam nempe esse? Ad quæ ille verba aures obturat, & sexcentas in patres devomens calumnias, mortem illos mereri potiùs quàm benignè audiri mussitat. Risit adhęc effutite, ex prægaudio manu genua ferit, Lectoremq; ne recedat monet. Tum patres ad regem: non hæc hoc pacto, non minis, non iniuriis Nagibuscanis, sed disceptatione quadam mutua lucem accipient. Rectè censes, inquit rex. Ergo iam probes necesse est, Nagibuscan, Mahometum vere prophetam esse. Is mox Alcorani sui næenias & aniles depromit fabulas. sed has pertæsus nugas rex silentium illi imponit, petens ecquid adhęc responderet pater. qui, quicquid narrasset, falsitatis coarguit. Cū hæc rationibus adstruere Lector contenderet, alius de numreo Dux, hæc nonnisi historiis patriis probari posse asserit, quas Christiani ut vanas explodunt. Verùm ad fidei evidentiam sufficere eximium à Mahometo, ut ferunt, patratum miraculum: quo Lunam ipse cœlo in terram delapsam & proinde collisam velut eiusdem reparator, restaurasse iactatur. His dictis satis sufficienterq; Mahometi se nomen illustrasse putabat. Petit patris hac de fabula iudicium rex. quam ille prægnantib' cæpit rationibus retundere & falsitatis convincere. Scit enim, inquit, Maiestas vestra eam Lunæ esse magnitudinem, ut, si cœlo in terram excideret non omnia modo Indostanis regna & Indiam universam, sed & magnam Europæ

Colloquium inter Regem Patrem ac Lectorem.

Ridicula de Mahometo narratio.

Quam rationibus confutat pater.

pæ

pæ partem involveret, qui si revera contigisset casus, aliqua saltem illius extaret memoria; omnium enim mirabilium quæ contigere umquam, fuisset longè maximum, & quod & ipsi Mahometi adversarii, velut portentum & prodigium, ad posteritatem scribendo transmisissent. Atqui nulla orbe toto gens aut populus hocce novit, præter Mahometanos, hinc evidens est nonnisi anilem fabulam & confictum esse mendacium: Adhæc quod illam, dum in terram caderet, parvam fuisse velint, manifestè indicat, de vera hoc Luna minimè narrari: Vera enim luna nec minui nec cælo avelli potest. suis ergo Mahometum præstigiis populo imposuisse, & quod revera non erat, quo Prophetæ apud omnes nomen obtineret, ostendisse.

Tantopere Regi hæc placuit ratio, ut coram omnibus ipsam repeteret. Multa hic à variis deprōpta, quos benigne rex audiebat, & antagonista, prout expedire putabat, retundebat, adeo ut sibi placere responsa eius rex ostenderet. Cum verò quendam suorum, ethnicum ab aliis semotum cerneret, ad se virum advocat, petitque num Mahometum Prophetæ loco habeat. Cui ille, Quo ipse norim modo, quis Mahometus fuerit? Tunc rex, anne Pseudopropheta tibi fuisse videtur. Ille gratum fore regi sciens, si assereret, pseudoprophetam esse, publice profitetur, ad quæ effuse ridere rex. *Mahometo detrahi rex gaudet.*

Inte-

Discrimen adiit adolescens quidam. Interim adolescens quidam sacerdotem nostrum alloquitur: qui licet alias optimè de Christo locutus cum ipso esset, tamen vbi Mahometum à rege subsannari vidit, aliqua aduersus caput regium virulentius mussitauit. Rex rem suspicatus, ipsum intuetur, & adesse iubens, petit qua de re cum Patre egisset. adolescens metu exalbescens, de Iesu Christo inquit. Rex parum illi fidens à Patre sciscitatur, quos secum adolescens sermones miscuisset. Qui rem altius deducens, de Christo secum egisse testatur. Tum rex. Eia ergo cum Patre concerta. alter consternatus, quò se verteret nesciebat; tandem se purgaturus ait, Ipse ætate sum iuuenis, & Pater scientia pollet, qui igitur cum ipso in certamen descendam? At rege vigente, petit à Patre, Christus verène Dei foret filius; nec vlterius progressus est. *Per Patrem eodem educitur.* Hoc discrimine subductus accepti à Patre nostro beneficii memor, post dies aliquot ipsum adiit, gratias acturus, quòd quæ in regem dixisset mordaciùs, non aperuisset, obsecrans ne deinceps, nî vitam periculo expositam vellet, regi eadem patefaciat. Hoc porro illi beneficium ità inhæsit, vt quocumq; loco gratificandi se offerret occasio, non deesset. Quòd verò sæpius cum Patribus ageret, quidam consanguineorum, qui regiorum ducum primus propè erat, acriter illum corripuit, quòd ignorans ipse cum Patribus certaret: sed ille priuatim de rebus fidei non autem palàm cum ipsis conferebat. quòd autem valeret

ingenio

ingenio quidquid dicebatur, facile percipiebat.

Collationis huius & certaminis fama tota vagatur vrbe (nam ad plures extensa dies) hinc Saraceni cum victos se scirent, toruo & maleuolo Patres per vrbem incedentes oculo intueri, vt in præsentissimo vitæ versarentur periculo, vt scriptis testati sint litteris, se quotidie, cum sub noctem è regia domum concederent, per viam exspectasse quod tantopere desiderabant, pro fide ac nomine Iesu Christi scilicet occumbere. At filios tenebrarum quæ conceperant perficere non permisit Deus; fortè quod eorum opera aliis in rebus ad gloriam suam spectantibus vti vellet, vt suo referam tempore. Iam secundum disputationis certamen, quod hac occasione cœpit, prosequamur. *Mahometani in Patres animati.*

Alia quadam vespera rex cum icunculas, de quibus ante locuti, inspiceret curiosius, incidit in quamdam, quæ Christum cruci affixum repræsentaret. Hanc cum Patribus, exponendi mysterii gratia dedisset, illi eadem in manus sumpta caput aperiunt; pieque adorant, & supra caput sustollunt. Explicatione imaginis facta, petit Saracenus quispiam, cur Christiani & Patres ipsi, qui Christum adeo diligebant, tam probrosa eum ratione depingerent. Respondet omnium nomine vnus; maiorem illi honorem exhiberi non posse, quam hac cum figura assiduo ob oculos ponere; cum infamem hanc ipse mortem non ob aliquod suum maleficium aut noxam, sed ob alienam, nec inuitus, sed sponte & vltro, nostri dumtaxat causa subiecit, vt hac *Secunda disputationis occasio.* *Cur crucifixi nos delectet imago.*

ipsa lueret quod nos debebamus. hinc quotiescunque eiusce rei memoriam refricamus, diuinæ illius maiestati infinitis nos obligatos nominibus agnoscimus, & millies pro eius nomine vitam impēdere optaremus, pio hoc intuitu saturari cum nequeamus, idq; ob magnum quod hinc animabus nostris accessit bonum, & ingentem erga ipsum charitatem, quam suauis illa memoria in animis nostris excitat. Si enim Maiestas vestra, inquit, subditum haberet, qui eiusdem conseruandæ ergo sponte morti se exponeret, & hac de causa aut grauissima vulnera aut insignem excepisset contumeliam, an non hæ ipsæ plagæ & ignominia, quibus Maiestatem vestram morti eripuisset, maiorem illi honorem, quotiescunque illa vel ostentaret vel enarraret, quàm omnes quibus à Maiestate vestra affectus esset honores, opes & dignitates causarentur? annon vicissim tibi gratius foret illum sui causa tum vulneribus, tum contumelia affectum, quā fauore proprio ad dignitates euectum amplissimas cernere. Proculdubio profecto. Cum igitur Deus & dominus ita se nostri causa deiecerit, vt, Deus cum esset, humanam naturam assumpserit, in eaque molestias, quo cœli nos iter edoceret, & grauissima tormenta ignominiasq;, quo à morte nos sempiterna vindicaret, idque nullo nostro merito subierit; an non igitur illum diligere, & mille, si haberemus, vitas illi impendere iubemur? Idcirco nulla nobis, Iesu Christi crucifixi imagine gratior: cum ipsa ingentis immensique Dei in nos amoris, quem moriendo

Egregia hoc exponitur similitudine.

moriendo patiendoque oftendit, memoriam reficiet.

Placere hæc regi, vt omnia rationi effe dicerer confentanea. Verum, fubinfert alius dux. Si Dominus Iefus hoc pacto in cruce, tot faturatus opprobriis exfpirarit, quo illum modo Deum effe dicitis? Hinc de diuinitate Iefu Chrifti, quam Mahometani tantopere oppugnant, haberi fermo cœptus. Hanc intelligere veritatem cum non poffet rex, vtpote nondum fidei luce illuftratus, magnum quid fe facere, & feruatoris diuinitatem rite propugnaffe credebat, dum diceret, quando Iefum Chriftum, Deum effe fatemur, id per quemdam loquendi modum, quo noftrum in ipfum amorem teftemur, fieri. Vt enim, inquit, illum, quem vnicè complector, fratrem, animam, cor, tametfi horum nihil reuera fit, voco: Ita Chriftiani, ob vehementem in Chriftum amorem, Deum, ipfum, tametfi re ipfa non fit, nuncupant. Ita fcilicet fæculi huius principes, dum diuina, quæque ingenii illorum captum excedunt, intellectus fui decempeda metiuntur, turpiffimè hallucinantur, ad veram eorundem cognitionem nefcii peruenire. Patres rei huius veritatem illi aperire contendebant, fed ipfe eo feruore & ftudio fermonem profequebatur, vt innuentibus patribus rem exponere fe velle, tempus loquendi non concederet: ita illum aliorfum æftus abripiebat. Quos vt inhiberet, inter cetera ait, finite Patres, tuam enim veftras. Dein fermonem profecutus; filius autem Dei Chriftus dicitur, quod patrem

Regi quæ placet.

De Christi diuinitate disputatur.

Quid de illa rex sentiret.

Putat se rem sentire.

in terris non habuerit, vtpote Virgine Mariã, mirabili quadam ratione natus. Replicat hic purpuratus quiſpiam; hoc pacto & vermes, qui è carne prodeunt, filios Dei appellari poſſe; quod patrem ignorent. Ineptè hoc affers, inquit rex, nam hi nonniſi ad quatriduum viuunt, nullaque operatione ob quam filii Dei vocentur, vti Dominus Ieſus prædicti ſunt. Cum rem acu ſibi videretur tetigiſſe, Patrem rogat, num ita ſe haberet. Ille liberè negat. Diſplicuit liberum, tametſi verum, regi antagoniſtæ reſponſum, cùm ſuo ipſe iudicio cauſam ſe nõſtram propugnare crederet, at quod maximi res foret momenti, diſſimulare hic non poterat Pater. Rogat proinde rex, rectène ſingula intellexiſſet. Maximè inquit, & paucis quæ rex protuliſſet, retulit. Quid igitur aduerſus hæc opponis, rex ait. Dicimus, inquit antagoniſta; Ieſum Chriſtum vere Dei eſſe filium, & verè Deum. Hoccine an Euangelio contineretur petenti regi, Continetur, inquit pater. Intertumpit hic alius ſermonem hoc argumento: ſi Chriſtus aliquot patraſſet miracula, quæ alii non feciſſent, vere Deum dici poſſe; at nullum omnino patrauit, quin ſimilia & ab aliis facta ſint; fruſtra igitur Dei ipſum donas nomine. Huic reſpondit Pater, neminem, præterquam Saluatorem Chriſtum, vmquam miracula in confirmationem diuinitatis ſuæ patraſſe. Percontatur denuo rex, an in Euangelio Deum ſe Chriſtus aſſeruerit. Sæpius, inquit Pater, ac variis in locis. Rex porro, infidelitatis adhuc velamine tectus, ad priora

Illius opinionem Patres refutant.

Nemo patrauit miracula vt oſtẽderet ſe Deũ eſſe, præterquam Ieſus Chriſtus.

dicta

dicta rediens, ob magnum quo in illum ſumus affectum, à nobis ipſum ait Deum appellari; & hanc eſſe communem Chriſtianorum opinionem, quod iam inde à teneris eadem imbuantur. quod mirum cuiquam videri nō debet. Videmus enim in montibus noſtris Daxueres (Religioſorum id apud eos genus) poſt ſecundum Bangæ hauſtum (potionis hoc eſt genus cor exhilarans, & mente iudicioque priuans) eos effformare geſtus & moticulationes corporis, vt omnes in admirationem ſuique venerationem trahant. Si quem videremus, qui tanta mortuos ad vitam reuocaret facilitate quanta Chriſtus; næ illum diceremus Deum. Si ipſe, qui nulla eius vidi miracula, tantopere eum colam, meaq; illi credam; mirumne cuipiam videatur, ab iis qui ſuis mortuos vitæ reſtituentem oculis viderunt, Deum ipſum vocari? Quibus eius ſermonibus optimates applaudentes ita ſe rem habere dicunt, & in Chriſtum non credentes Caffaros, id eſt, exleges eſſe. Hoc ergo modo paulatim ſic res fidei procedit. atque etſi veritas omnis ſimul penitus illis perſuaderi nequeat, multum tamen eſt, huc eos reduxiſſe, vt magnā de Chriſto opinionem concipiant, & permagni eum faciant. Sed longe pluris faciendus eſt regis in Chriſtum amor ac ſtudium; quem ſequenti capite latius proſequemur.

Daxueres quales ſint.

Rex magnū quid de Christo ſentit ſed non rectè.

Cap. XXI.

De eximio regis in Redemptorem Chriſtum affectu; quo impediatur obſtaculo quo minus Chriſtianam amplectatur fidem.

Imaginum vſum rex probat.

Etſi oēm imaginum vſum, etiā illorum quos vt ſanctos ſuſpiciūt, Mahometani velut infandum horreant; rex tamen Mogor, horum licet legem fouere videatur, ita iiſdem delectatur, vt in regia Agrēſi varias rerum ſacrarum depinxerit figuras; quin & in pergula, quam quotidie populi controuerſias dirempturus, ab eoq; conſpiciendus, conſcendebat. In medio ſiquidem fornicis elegans Saluatoris imago conſpicitur, radiis circumcirca & angelis cincta; ad vnum parietis latus Ioannis Baptiſtæ, S. Antonii, S. Bernardini Senenſis, aliorumq; ſanctorū & ſanctarum effigies minori forma; ad alterum Luſitani depicti ſtabant, ſed maiores; item ad vtrūque feneſtræ, è qua eum populus conſpicit, latus: ſupernè ad dextram imaginem videas Seruatoris Chriſti orbem manu geſtantis, ad ſiniſtram Deiparæ, ad exemplum eius quam D. Lucas depinxiſſe fertur. Circum has, alias ſanctorū, genua flectentium, N. T. effigies videre eſt. Quod vero feneſtra, in qua conſidet, tentorii in modum efformata ſit, vtrimq; vtramq; prolem ſuam efformari iuſſit regificè indutam; harum vni ſuperimminet Saluator in anguſtum contractus, inferne Pater quidam Societatis, volumen manu tenens. alteri verò inſtat Virgo ſanctiſſima. in papilionis autem fornice S. Pauli, Gregorii, Ambroſii figuras videas. Hanc ſi quis porticum conſpiciat, Principis pii ac Chriſtiani opus eſſe cenſeat. Erubeſcant hoc ad exemplum Chriſtiani tum Principes tum priuati, qui imaginum ſacrarum piarumque loco, turpiſſima &

Porticum imaginibus variis exornat.

laſci-

lasciuissima Ouidiana metamorphosi ac Poetarum fabulis deprompta, simulacra ac spectacula suorum oculis obiiciunt.

Non satis aūt fuit Mogori porticū hisce imaginib. condecorare, sed & atria, cubicula, aulas iisdem insigniuit: illorū.n.parietes, & laquearia vitæ, passionis & mortis Dominicæ, & aliquot historiarū a&ib. Apostolicis depromptarū; quin & Susannæ condemnatæ aliarumq; similium, figuras continebant; quas sua ipse manu delineauit, & adinuenit, nullus vt faciendū hoc suaserit. Imaginū delectum facit, hinc quæ plus ceteris arrideant depingi curat; pictoresq; ad Patres mittit, vt quib. pingendæ sint colorib. suggerāt, & horū illos præscriptum in omnib. sequi iubet.

Omnia regia cubicula iisdem imaginibus conuecorat.

Displicēt hæc Mahometi sequacib. q̄ maximè, vtpote iuratissimis imaginum hostib. nihil ipsos offendit amplius q̄ ingens q̄dā tabula, qua flagellationē Redemptoris efformari curauit (hæc n. illū Mahometani subiisse supplicia pernegāt:) ad q̄ ipse figurā tapetē byssinū reticulatim cōtexit & Christū columnæ alligatū huic intexi voluit, addita eadē inscriptione lingua Persica. Ad viuū ēt exprimi curauit S.R.E. Pontificem, Imperatorē, Regē Hispaniarū, & Ducem Allobrogū, (quorū ipse habebat effigies.) ante crucē medıā pstratos, idq; ad imaginis q̄ habebat exēplar.

Item flagellationē dominicam tapeti intexi iussit.

P. Ioannes Aluarus cum Lusitaniæ Assistentem ageret, de trium illi Magorum adoratione imaginem Roma misit, quam opinato pluris ipse fecit. hæc cùm antè in regias quam Patrum manus incideret, ipsos aduocauit, & coram spe-

Tabula de trium Magorum adoratione ad ipsum Roma missa.

ſpectandam p opoſuit, ſibique eiuſdem myſterium exponi poſtulat, quod ipſe dein purpuratis ſuis explicans, natiuitatis dominicæ & magorum adorantium hiſtoriam enarrat; præconem & concionatorem de loco ſuperiori verba facientem dixiſſes. tabulam ſiquidem ſuis ipſe tenebat manibus, & adſtantibus ſpectandam dabat Patribus dein edicit, eamdem vt condecorarent, & in menſa collocarent, ne plicando explicandoque deſtrueretur. Egregiam illi Patres addunt coronicem, & vtrimque in ora varias frondiũ figuras è libro domeſtico depromptas. quod illi ſummopere placuit: atque inter hæc frondium viridaria ſuam ipſe delineari certo quem deſignabat loco, effigiem voluit per Imagines haſce & Patrum expoſitionem factum eſt, vt cuncta pene fidei noſtræ rex noſſet myſteria, quo ille paſſim nomine apud ſuos gloriatur. Hinc quadam veſpera Patribus ſecum agentibus inter ceteras imagines circumciſionis figuram oſtendit; quàm à purpuratis nonnullis ſibi exponi poſtulat, Patribus ſilentium innuens. Illi cum eiuſdem ſe rei faterentur ignaros, ipſe ad exponendum ſe accingit, ſermone finito, Patrem percontatur, rectene interpretis partes eg ſſet. Ex fide à rege narratam rei ſeriem cum Pater diceret, incredibili id ipſi gaudio fuit. Tum ipſe, Pernoui, inquit hæc omnia. Deniq;. Redemptorem Ieſum eiuſque matrem ſacratiſſimam tanti æſtimat, vt vniuerſis diplomatis & litteris, quas ſiue ad ethnicos ſiue Mahometanos, ſiue Chriſticolas mittit, etſi introrſum regio-

Magni illã facit & ex ornat.

Myſterium circumciſionis exponit quam ſcitiſſimè.

regio pro more sigillo communiat, foris Christi Deiparæque imagines appendat. Aureos enim forfices habet, ad quorum extremitates binis smaragdis pollicis magnitudinem in quadro adæquantibus, hæ sunt insculptæ, quas dein in vtroque litterarum extremo ceræ inprimit.

Litteras suas imaginibus Christi & Deipara consignat.

Hinc colligi facile queat, quo Monarcha hic in Christum eiusque matrem sit affectu. & licet plura ab ipso requirantur, hæc tamen bonam conuersionis eius spem faciunt; modo misericordiæ in ipsum oculos coniicere visum Deo. Quidquid enim animo concepit aut decreuit, ipsum vel dicere vel agere palam non verebitur: dubium non est, quin, si fidem amplecti secum statueret, mirabilis rei Christianæ in hac Orientis parte accessio fieret, & incrementum.

Nihil autem magis cum ipsum tum reliquos ethnicos & Mahometanos Mogoricos à fide deterret, quàm vxorum copia, quæ legi gratiæ penitus ac directè aduersatur. Hac quoniam de re sæpe cum Patribus agit, vespera qua superior illa cum Mahometanis fieret contentio, hanc Patri antagonistæ tũ rex difficultatẽ proposuit. qui hunc illi metũ ablaturus, ait, ad difficultatẽ q̃ hac in re ipse experiebatur, superandam, nihil esse efficacius, quàm secum firmiter statuere fidem Christi amplecti; nam vnà cum ipsa tantum à Deo sæpe gratiam communicari, vt quod antè videbatur penitus impossibile, eadem facile atque expeditum fiat. Cui sermoni

Mahometanus quidam se opponens, Bene, inquit, iam Pater loquitur, at paulo ante contrarium in Dauide ostendit, quem, cum Propheta eximius foret, & vxores plurimas haberet, peccasse nihilominus asseruit. Respondet Pater, Dauidis exemplo humanam dũtaxat fragilitatem declarari, & illo præsertim tempore, quo Iesu Christi lex nondum erat promulgata; & tantam diuinæ gratiæ efficaciam ac vires nemo, ad cum vnica vxore continenter viuendum experiebatur, quantam iam postquam Christus in mundum veniens sanctam nobis legem attulit. Atque hoc omnium Principum ac Regum Christianorum qui ad hec vsque tempus exstitere & modo sunt, & tot myriadum Christianorum toto diffusorum orbe, vnica vxore contentorum, probauit exemplo. Credo equidem, inquit rex; at, præsupposito rem esse adeo difficilem, vt, ni per hoc staret, omnes ad legem vestram accederent: si rex obsecro quispiam qualis ego, plurimas habens vxores, Christianis accedere vellet, quid illi faciendum præciperetis? Ante omnia, inquit, vt ex omnibus quas haberet vxoribus vnam seligeret, ceteras repudiaret. Recte quidem, inquit rex. at si selecta hæc cæca foret, quid tum agat? Non talem, respondet Sacerdos, sed aliam eligat. Quid si iam nupta oculorum vsu priuetur? nulla hic difficultas, inquit: nam actum coniugalem non impediet cæcitas. Concedo, at erga huiusmodi non trahitur affectus. Hic Saracen. regem iuuare conatus, Quid si, inquit, leprosa reddatur. Hoc si contingat,

Per legem gratiæ donum castitatis hominibus confirmatum.

Colloquiũ regis vna cum Patre de Monogamia.

gat, inquit Pater, æquo animo ferendum. Hoc penitus fieri nequit, ait rex. poteſt, reſpondet Pater, ſuccurrente Dei gratia, quæ difficillima videntur, facilia reddente. Tibi quidem, ait rex, crediderim hoc facile fore, vt qui à teneris muliebri abſtinueris commercio: at quid aliis fiet qui aſſueti non fuerint? Tum Pater, difficulter hoc ait ab iis qui malæ conſuetudini aſſueuiſſent, fieri poſſe, atque ideo etiam inter Chriſtianos peccata admitti, ſed eam ob cauſam à Redemptore pœnitentiæ remedium in Eccleſia relictum. at quam ille ſubibit pœnam, petit rex, qui caſtitatem violarit? Hic pluribus Sacerdos de pœnitentia legis gratiæ, & de remediis, quæ Chriſtiani aduerſus impugnationes carnis adhibent, vel adhibere debent, agere. Sed acriter, eum Saraceni vtpote carnalibus quàm maximè diditi, oppugnarunt: quos Sacerdos ita verborum pondere fregit, vt obmuteſcere coegerit, non tamen manus illi dederint. Verum hæc hactenus, paucis videamus iam quid interim contigerit.

Cõſuetudo caſtitatis cõſeruandæ prodeſt.

Item pœnitentia.

CAP. XXII.

Inſignis duorum Chriſtianorum in fide conſtantia, & Galli cuiuſdam ad Eccleſiam reditus.

CHriſtianus Cafer, qui rege iubente, Abyſſino Mahometano, regis miniſtro & intimo, cohabitabat, à Domino rogatur vt Saracenis accedens à fide, deficiſcat. ſe reſpondit Cafer Chri-

Mahometanus Chriſtianum ad fidem neq; andam. cogere conatur.

Christianum, nec hoc consciscere piaculum velle. Abyssinus primo verborum lenociniis promissisque illum huc pellicere conatur; at vbi frustra se esse videt, vim adhibet, totque illi flagra & fustigationes impegit, vt quam gestabat cabaiam, (vestis est breuior instar subuculæ, Mogoricis frequens) dilaceraret. Nec hic stetit domini feritas. E collo pendulum rosarium violenter tollere contendit, at impedit Cafer. hinc efferascere Abyssinus, & ignem à seruis adferri iubere, quo in collo rosarium adureret. Tum Cafer intrepidè, corpus & Cutē se potius quàm rosarium aduri permissurum respondit. In hanc igitur te flammam, inquit Abyssinis, vnà cum rosario coniiciam, (accensa enim erat.) Fac, ait Cafer quodcumque animo tibi sederit; nunquam Saracenis fidem negans, accedam. Quotquot aderant, adolescentis & constantiam mirabantur, & patientem commiserabantur: vt aquæ baiulus hanc feritatem non ferens, quam gestabat aquam igni infunderet & exstingueret. Abyssinus cum in Christiano peruertendo operam se ludere videt, vinculis grauatum domi velut in carcere detinet.

Pater quidam Societatis eum liberat.

Harum cum certiores redditi patres, vnus ipsorum Abyssini domum adit, & in area ethnicum obuium habuit, qui omnia ex ordine viderat. Is viso Patre, exclamans, Quàm generosum inquit se Cafer vester se exhibuit? quot flagra & verbera in legis suæ defensionem pertulit? Iuro equidem, si tot ethnico Mahometanove cuilibet inflicta fuerint, quiduis iusseris, exequetur.

tur. Abyssinum alloquens Pater, quamprimum sibi captiuum reddi iubet, adeo viribus exhaustum & eneruatũ, vixi vt Patrum domum adire posset. Horum vnus mox regiam adiit, regi rem ex ordine narraturus: sed Mahometanum hic offendit, qui rem olfaciens; factumque excusans, veniam facti poposcit; nihil vmquam huiusmodi se tentaturum pollicitus. Tam instanter & ipse & alii optimates adstantes, cognito regem indignissime hanc iniuriam laturum; ab ipso flagitarunt, regi ne rem patefaceret; vt sentẽtiam mutarit: quod beneficium alter deinceps semper agnouit. Sed ecce & aliud constantiæ exemplum non minus admirabile.

Regi rem narrare cũ vellet à Saraceno rogatus desistit.

Armenus Christianus, vicum vrbi proximum incolens, ethnici filiolam cum occidisset, patre rogante in carcerem coniectus fuit. ethnicus ad propria concedit rem iustitiæ administris committens. Dux Mahometanus, cognito, Armenium Christianum esse & ipse virum adiit, & per alios compellari iussit, non veniam delicti solum à rege sed & alia beneficia danda, pollicitus; modo fide Christiana abiurata, Mahometo adhæreret. Verum Armenus Deo dante, aures promissis obturans; in fide solidus stabilisque permansit. Damnatus tandem, vnà cum aliis quatuor, regia sententia, dextram amittere. Post latam sententiam rerum capitalium eum appellat, & veniam denuò incolumitatemque spondet, modo fidem deserat, at induci nulla ad hoc ratione potuit, verum constanter exertam ma-

Christianꝰ homicida ad Mahometanismũ inuitatur veniã spe.

num vltro in trunco collocauit. Carnifice ſecurim vibrante, inſtat Çacizius & ad Mahometũ vt tranſeat, obſecrat. Cui Armenus ſuccenſens quin partes tuas agis, ô carnifex? ſemper enim idem ero qui fui, & vitam malim quàm fidem ſuſceptam perdere. Miniſtri ergo Satanæ operam vbi ſe perdere vident, illi ſimul & ſociis dextram præſecant. dein in carcerem reductum per famulum ſuum Patres viſitant, cum ipſos adire fas non eſſet. Tanta porro Saracenorũ propterea in reos fuit feritas, vt eoſdẽ curari, aut ſanguinem brachio trunco prorumpentem, cauterio admoto, ſiſtere noluerint. hinc poſtridie duo exſangues in carcere demortui ſunt. At famulus Armeno vitam conſeruauit. feruenti enim oleo brachium impoſuit, itaque ſanguinem compeſcuit, & prout potuit medicatus eſt. Pater Xauerius haud multo poſt carcere illum & omni periculo, ſed ęgre admodũ eripuit. Ad Patrum domicilium perductus paucis poſt dieb. valetudini & virib. reſtitutus eſt. Interim vxori & liberis aliunde de neceſſariis proſpectum. Aſſignata miſero domus ad quã diuerteret: nam capti facultates fiſco regio adiudicatæ fuere. at eo ipſo tẽpore Deus, qui diligentem ſuorũ rationem habet, de neceſſariis illi prouidit. Intellexit ſiquidem, fratrem Chaule defunctũ, quinque illi Larinorum millia (quorum ſinguli quatuor teſtones Luſitanicos æquant) teſtamento legaſſe, itaque neceſſitati proſpexit ſuæ. Viden' vt Deus ſuccurrat iis, qui ſuo nomine honores mundanos repudiant & membris truncari q̃ à ſuſcepta deficere fide malunt.

Non cedit, & dextram amittere mauult.

Morti & carceri Patrum opera eripitur.

Mercedem etiam in hoc mundo à Deo accepit.

Sed

Sed ecce conuersionem, Galli cuiusdam, quæ eodem contigit loco, verè admirabilē. Valebat hic ingenio & fundendis æneis fistulis excellebat à Turcis in Mediterraneo olim captus mari, haud procul à Massilia, Algerā deductus, Mahometo violenter initiatus est. cū vero in triremibus Algorianis militem ageret, à Christianis vicissim cōprehensa naui, Valentiam Aragonum abductus, Franciscanorum cœnobium pro carcere habuit. hinc spe longioris vitæ concepta fugam init, omnemq; Hispaniā, Italiā, Ægyptū & Æthiopiam, & plures Indiæ prouincias peruagatus, tandem Lahorem, & Agram demum, vna cum vxore & liberis concessit. Hic regi adeò carus fuit, vt ducentis illum præfecerit equitibus. Varia hic de Christianis referre solebat, & præsertim de Miraculis, intercessione Deiparæ Monferratensis fieri solitis: cui ob auctoritatem Saraceni adhibebant, & nonnisi cum stupore hæc audiebant. Hic cum in morbum incidisset, inita prius cum Xauerio familiaritate, virum aduocat, seq; Christianū esse testatur, numquam Mahometanā sibi legem placuisse asserens. Totius vitæ noxarum exomologesin vt faceret persuasit Xauerius: in quam aliquot illi documēta præscripsit, & doctrinæ Christianæ dedit compendium, è quo, quæ Christiani forent partes & officia, edisceret. Aegrotum cum aliquoties adiisset, tandem Sanctæ matri Ecclesiæ illum & Sacramentis reddidit: quorum multis cum lacrymis & animi pietate factus particeps, ad alteram, insignib. salutis argumentis, vitam transiit.

Casus mirabilis Galli cuiusdam

In Mogoris à rege equitum dux creatur.

Ecclesia reconciliatus demoritur.

CAP. XXIII.

Iter P. Emmanuelis Pinneri Goam, & inde in Cambaiam ad pacem Lusitanos inter & regem Mogor initam stabiliendam institutum describitur: quidq; in eo egerit.

Rex Mogor legatum ad India Proregem mittit.

DEcreuerat rex, Mogor legatum in Europam mittere, simul & munus ad Regem Hispaniarum, ducentis aureorum æstimatum millibus, & aliud ad summum Ecclesiæ caput Pontificem Romanum: verùm certis de causis hanc sui legationem dissuaserunt. Statuit nihilominus ad Indiæ Prætorem, Magnum Cambaiæ ducem; cuius arbitrio consilioque omnia maximi momenti negotia dirigebat, vt legatum mittere. Nomen huic Mocarebecamus, & quinquaginta pardoarum millia de suo, & è regio stipendio centies & quinquasies millies possidebat; quarum singulæ tribus testonibus Lusitanicis æquiualent. Hæc itaque cum rex statuisset, P. Xauerium, cæterorum superiorē, rogat, illius vt bona cum venia P. Pinnerus legatum comitetur. Non abnuit Xauerius. Ergo Lahore, ubi tum agebat rex, XIII. Septembris die, anno MDCVII. digressi, anni sequentis mense Aprili Cambaiam peruenere. Goam tum quidem legatus non petiit, quod Comes de Feria, Indiæ Prorex designatus, nondum appulisset. interim Cambaiæ, dum de aduētu eius redditur certior, quò maior legationis suę foret auctoritas, hæsit.

P. Pinnerū legati esse vult comitem.

Interim Pinnerus instituti sui partes obit, & Lusitanis & Armenis Christianis qui Cambaiæ

baiæ commorabantur, cum ſuis, excolendis totus incumbit. idque nouem ipſis menſibus. Interim dum hic agit, affertur imago illa, de qua ſuprà, trium magorum adorationem repræſentans, quam Roma P. Ioannes Aluarez ad Regem tranſmiſerat; quæ quòd elegans eſſet & perfectiſſima, publicè illam in ara templi exornata ſpectandam omnibus propoſuit. Totam mox vrbem rei huius fama peruagata, tantus ſpectantium factus concurſus, vt tredecim illis, quibus hic hæſit diebus, pluſquam tredecim numerata ſint hominum tam Chriſtianorum, quàm Ethnicorum & Saracenorum, ad ſpectandam confluentium millia. Nauabus, ſeu ſupremus vrbis Iudex eam magna cum admiratione eſt intuitus; legatus eam domum ſuam, quò ab vxoribus videndæ eius percupidis inſpiceretur adferri poſtulat; at honeſtè excuſans Pater, nefas ait videri, tabulam, vtpote regi tranſmiſſam, domo abduci; at ſi ipſi eam inſpicere lubeat, quotieſcumq; videbitur, inſpecturus veniat. Cum vniuerſa ergo familia adfuit, & paruulo Ieſu picto magna animi ſubmiſſione & reuerentia honorem exhibuit, vti & Deiparæ matri. Quocirca ita huius illum imaginis conſpectus recreauit, vt infelices cenſeret illos, quibus illam videre non contigiſſet.

Tabula de trium magorum adoratione ad Regem Roma miſſa.

Habebat is filium, qui in morbum cum incidiſſet, & omnia medicamenta fruſtra applicarentur, ad præſtigias incantationeſq; deuentum eſt. verùm cùm nec tum quidem morbi ſe

Admirabilis ſanatio filii legati.

bi ſe vis remitteret, at quotidie ingraueſceret, Pinnerum aduocat, num quod malo remedium norit, percontatur. Ille Euangelio S. Marci recitato, crucem reliquiis refertam oculis capitiq; ægri admouet. Et ecce viſum Deo filium à febri liberare, & perfectam illi valetudinem reſtituere. Pater ſubitam ſanationem miratus, Chriſtianis illum annumerandum vouit.

Item legati ipſius.

Incidit deinde in morbum legatus ipſe, quem ſecundum Deum Pinnerus iiſdem adhibitis remediis, quibus filium iam ante ſanarat ſanitati reſtituit. Quorum rex certior factus, gatias Pinnero egit, & legatus ipſe multis erga illum ſe deuinctum nominibus declarauit.

Chriſtianorum male viuentium conuerſio.

Erga Chriſtianos etiam hic agentes non inutilis fuit eius opera. Armenos enim quoſdā Saracenarum domeſticarum concubitu pollutos officii admonuit, peccatiq; illius fœditatem ob oculos poſuit, adeo vt ad vitæ emendationem traducti pellices antè ex Eccleſiæ præſcripto baptiſmate luſtratas, ſibi matrimonio iunxerint. Alia quoq; ibidē ad honoris diuini incrementum, donec Goam ſe contulit, vbi potiorem hiemis tranſegit partem, prȩſtitit. Verùm Cambaiā reuerti illū oportuit, de quibuſdam rebus, quas iam proſequemur, cum legato acturū. Sed altius rei ducenda primordia.

Anglus in regiam Mogoru venit, Anglia ſe

Legato & Pinnero regia digreſſis, & Indiam petentibus, Agram ad regem Britannus, duarū nauium, Surratum antè annos aliquot appulſarum

rum præfectus, commendatitiis præfectorum Surratensium litteris instructus, magno apparatu pompaq; venit. Splendidè enim vestitus, Britanniæ regis se legatum aiebat, cuius litteras Hispano sermone conscriptas habebat. Turcica regem hic alloquitur lingua, quam ille & intelligebat & loquebatur. Primus de religione, super qua varia illum interrogauit, & præsertim de materia Venerabilis Sacramenti Altaris, fuit sermo. ad quæ illi Britannus prout hæretica tradunt dogmata, longè secùs ac catholica docet fides, ac Patres in concertatione quadam cum Rege & Saracenis instituta exposuerant, respondit. Petebat insuper, qua huc de causa venisset, & qua occasione delatus esset. Missum se à rege suo aiebat, cuius litteras deprompsit, quibus liberum nauibus Britannicis Mogoris in emporiis petebat fieri negotiandi copiã. Petitis rex ilico annuit, viam sternente donario eximio, quod illi Britannus, viginti & quinq; aureorum æstimatum millibus obtulit. vnica namq; gemma viginti aureorum valere millibus censebatur. quo verò illum amplius rex deuinciret, quadringentis illum præfecit equitibus & tricies millies rupiarum assignauit stipendium, quæ forte duodecim millium aureorum summam constituent. Quo ille beneficio illect⁹, ita regio deuotus fuit capiti, numquã vt ad suos redire potuerit. Ille vbi hic retineri se vidit, Mahometanam, quo regem magis beneuolum experiretur, assumit vestem, legem tñ illorum se negabat assumpsisse:

regis legatum d dictans.

Carus regi Anglorum obtinet commercium.

Honoribus porro oblitus ita cœpit insolescere, omnes vt sibi cedere, ac genu flectere debere crederet; vt & Patres ipsos parui penderet. maiori se apud regem gratia valere credens quàm hactenus ipsi. Adduxerat is secum duos famulos, eadem infectos hæresi, quorum vnus doctorem perfidæ sectæ agebat. alter verò interea demoritur: hunc cum reliquis Christianis terræ mandari volenti refragatur Sacerdos noster. quam Britannus contumeliam ægerrimè tulit: tum verò illud virum momordit acrius; quòd illum cum Armeni cuiusdam Christiani filia nuptias contrahere volentem, etiam atq; etiam rogatus, ad matrimonii celebrationem admittere noluerit, hoc sine graui se piaculo facere posse negans. Instat Britannus solito diligentius, orat, obsecrat, quòd Armeno socero suo futuro aliter neganti filiam, gratum hoc esse crederet, Sacerdos facturum se spopondit, modò publicè coram omnibus Pontificem Rom. vniuersale esse Ecclesiæ caput confiteretur. Quòd cùm Britannus detrectaret, re infecta discessum est; adeò vt quem adduxerat Minister, illos matrimonio iunxerit.

Cum Armeni filia connubium inire vult.

Hic cum in regia versaretur, petit rex ecquo arce Diensi Lusitani deiici possent modo. (est hæc in Cambaiæ termino, occidentem versus.) Qui nordecim nauibus Britanicis mari, & viginti hominum millibus terra, obsidionem vrgentibus, Lusitanos penuria rerum vrgente, ad deditionem venturos, ille pollicetur.

Arcis Diensis expugnatio eum ab eo rex dejicit.

Haud

Haud multo post aliquot alii Britanni in Cambaiam veniunt: hi mense Martio anni MDCVII. duabus nauibus soluentes, in Aquatione Saldaniæ, in quo hibernarunt, aliud humilis nauigii genus construxere. Inde digressi viginti ipsis diebus haud procul à promontorio, Bonæ spei, tam atroci tempestate iactati sunt, vt prætoria, quæ vasta erat à ceteris diuulsa, postliac non comparuerit; altera vnà cum nauigio, Promontorio superato, Socotoram appulerit. Inde Adenum delatos Turcæ merces omnes exponere iubent; quarum præstantissimis eo quo voluere pretio coëmptis, reliquas in nauem conuehi imperant, quinto decimo prius nummo pro inuectione & totidem pro auectione, in singula centena persoluto. Hinc Mocam abeunt; cuius Xarifa exscendere illos vetuit, quòd piratas diceret & exploratores. Cambaiam ergo recta petentes, Surratensem portum ingressuri, in scopulos inpingunt è regione Madafauæ, qui ad vsque Danu extenduntur. Hic facto naufragio duabus in cymbis enatant, aliquot secum nummos assumentes, periere verò in mari septemdecim, arculæ regalibus argenteis refertæ, simul & aliæ merces. Lunæ naues, quibus sexaginta circiter vecti tandem Surratum peruenere; præfectus, dum aliquod ab illis expectat donarium, benignè eos excepit.

Clades nauium Anglicanarum

Omnes tantem perennt paræ quā LX Surratum appellunt.

Horum omnium certior redditus Andreas Hurtadus de Mendosa Indiæ Prætor, nullo

postquàm prouinciam hanc adiit, accedente adhæc Britanni apud Mogorem beneuolentia, qua Britannorum nauibus in Surratensi emporio & negotiandi, & armamentarii ad subitos incursus exstruendi impetrata erat facultas; pacem & amicitiam Lusitanorum cum Mogore dissolutam censuit. Adeò vt, licet, priusquam horum certior redderetur, Legato scripsisset, magno cum desiderio illius se aduentum exspectare; hisce cognitis aditum illi neget, cum rex ipsius pacem violarit. Hinc Goæ & in omnibus arcibus borealibus edixit, nequis Cambaiam adeat. Ergo in partibus Damani vtrimq; cœpta sunt hostilia, omnes, & mercatores imprimis, tam Lusitani, quàm ethnici & Mahometani, bellum exortum graue sibi ducebant, & commercia interrumpi dolebant. Goam ergo rebus maturè consideratis, cur cum rege Mogor bello contendere minimè expediret, sed satius foret pacem & societatem iam initam conseruare, Prætori suasere, vt priusquam pacem penitus dissolueret, quempiam ad legatum mitteret, qui coram exponeret, haud æquum esse Regem Mogoris sancitum cum Lusitanis fœdus dissoluere; sed rationi consentaneum videri, omnia quæ in eiusdem violationem tenderent, reparanda.

Indiæ Prætor amicitiam cum Mogore violatam censet.

Pax vt renouaretur, curatur.

Hæc vt ex animi sententia peragerentur Mendosa cum suis neminem, quem mitteret, P. Pinnero qui tum Goæ versabatur, vtiliorem putauit. Orauit proinde Prouincialem, hunc vt ad legatum mittere liceret. quod ille non abnuit.

abnuit. Dedit illi Mendosa litteres, simul & absolutam tum pacis stabiliendæ, tum belli indicendi facultatem, ratum habiturus quid quid ipse constituisset, & illius per arces Boreales promulgandi, vt mercatoribus constaret liberam, vt ante, sibi in Cambaia negotiandi facultatem dari.

Ea de causa ad legatum P. Pinnerus mittitur.

Multa hoc itinere ob intempestiuum tempus, brumale scilicet, incommoda Pinnerus pertulit. hinc Goa digressus vltra Taraporem, nonnisi tribus & viginti à Goa leucis dissitam, peruenire nequiit. hic flumen ingresso, proprium nauigandi tempus dum exspectat, portum arenæ, quod hiberno tempore hic passim contingit, ita oppleuere, vt oceano excluderetur. at quòd negotium, cuius ergo missus erat, festinato opus haberet, terra iter, magno cum labore & difficultate, (quòd & lata traiicienda flumina aut excelsi superandi montes) tum pedibus, tum vehiculo per Saracenorum ditionem instituit. Vbicumque transibat benignè ab omnibus, tam Lusitanis, quàm Mahometanis atque ethnicis exceptus fuit; præsertim cum illum in mandatis habere scirent, optatam, præsertim à mercatoribus, quò liberè in Cambaia negotiarentur, cum Lusitanis & Mogoricis initam pacem renouare. Præfectus tamen Dandanus, in ditione Baguinensis, Pinnerum, quòd regi suo, qui cum Mogoricus bello contendebat, iter eius noxium diceret, detinuit. At ille diuina adiutus gratia, &

Multa per iter aduersa patitur.

 industria

Pacem tandem sancit.

industria sua, quòd Persici peritus esset sermonis, hoc se facile à nodo expediuit. Ad legatum cum venisset, à quo beneuolè ob mutuam habitus necessitudinem, de legationis suæ rebus apere cœpit; nec prius destitit, quàm ex vtriusq; partis voto & emolumento pacem stabilem sanxisset. At quòd in Damanensi agro belli cœpissent initia, idq; mutuo cum detrimento, vtrimq; omnia reparata. Vterque de rebus præteritis ad regem perscripsit quantique interesset, initam cum Lusitanis societatem sartam & integram conseruari, auferendo quibus ea violari posset occasiones. Annuit omnibus confestim rex, & erigendi Surrati armamentarii quam Britannis concesserat, facultatem reuocauit. Hoc Britanno legato, de quo suprà, displicuit: qui proinde regis excidens gratia, ab eo in Bengalam missus, quò Cambaia abesset longiùs, spemq; præscinderet & occasionem cum suis inposterum agendi. Hinc Legatus & Prorex Cambaianus, confestim surratensi præfecto scripsere, nequas deinceps Anglorum naues suo exciperet. Qui huc appulerant Angli cum loco se pelli cernerent, nauis concinnandæ facultatem petiuere, qua in patriam redirent. à Prorege Indiæ illam peterent, responsum fuit. Ad has ergo se redactos angustias dum vident miseri, statuunt Mogoris adire regem; sed per viam à turma equitum (abundat enim prædonibus & sicariis regio) fusi, dispoliati & necati pleriq;, & præfectus inprimis. Ex iis qui Surratæ remanserant aliquot

Rex Mogor Anglum legatum in Bengalam mittit. Angli Surrata pelluntur.

cum

cum P. Pinnero Goam peruvere, à quo & ab aliis sociis plurima humanitatis & charitatis senserunt officia.

Legato porro Mogorico prorex Guido Laurentius de Tavora Goam recens appulsus perscripsit, libere illi ac planè securo ad vrbem accedere licere; omnibus etiam Lusitanorum navibus, quæ hisce in locis versabantur edicens ipsum honoris gratia ut comitarentur, verũ à rege subitò revocatus, adesse non potuit, hinc legationis quod habebat munus, P. Pinnero, qui eiusdem exstiterat socius, concrediturum. Hoc ergo cum titulo Goam ipso D. Catharinæ appulit, & dominica sequenti prorex solito cum apparatu & plausu Regias accepit literas in lætitiæ significationé cuncta displosa tormenta, & alia ovationis edita signa, præsertim ob pacis huius, mutuis utrimq; benevolentiæ argumentis confirmationem. Pinnerus legati munus, quod à rege suo acceperat Proregi obtulit, qui immensas eidem ob susceptos in tam utili & honorifico negotio labores, gratias egit. Hæc sunt, quæ ad annum usque MDCIX. in Mogor contigisse comperimus, Iam de Cataya nonnihil loquamur.

Pinnerus Goam loco legati regis Mogorici venit.

CAP. XXIV.

Benedictus à Goes Societatis IESV mittitur Catayam exploraturus; itineris illius pars decurritur.

QVarto historiæ huius libro relatum P. Hieronymi Xauerii cum Mahometano mer-

Occasio instituta missionis in Cataiam.

catore colloquium, qui tredecim se in Xetayæ regno egisse narrabat annis. de quo mira cum referret, locorum situsque circumstantias accuratius expendens Xaverius, non sine ratione credidit, illud ipsum esse regnum Cataianum, cuius Marcus Paulus Venetus aliique Historici meminere, cuiusque incolas esse Christianos sed labe infectos Nestoriana tradunt; regem summum sacrorum antistitem, cui triplex, dum in publicum procedit, crux, aurea, argentea & ænea, præferatur, eumq; Presto-Iannem dici.

Hæc aliaque superius relata, cum in India nuntiata essent, Societatis IESV Provinciali, aliisque viris & iudicio pollentibus, & rei Christianæ propagandæ studiosis visum, quempiam mittere, qui regnum hoc exploraret. Paulo ante Benedictus à Goes, Xaverii Socius, & frater Coadiutor Societatis eiusdem Goam cum Echebaris regis Mogor legato, plurimos Lusitanorum utriusque sexus in Breampure, dum regnum hoc Magnus Mogor occuparet, captos liberos secum ducens venerat. Nullus illo ad hanc regionem detegendam iudicatus aptior, quod & humanus excelsique animi, & quod Persici esset expertus & peritus sermonis, cuius usum ad usque Catayam à Mogore vigere comperissent.

Benedictus à Goes Soc. Iesu huc mittitur

Libenter hanc ille provinciam, licet difficilem & arduam, solo CHRISTI amore

more & eius gloriæ promovendæ desiderio motus, suscepit; dum illa regione semel detecta, Evangelio quoque ostium referandum sperat, & incolas, si aliqua iam fidei habeant primordia, licet Nestoriani aut schismatici dicerentur, ad Ecclesiæ Catholicæ gremium reducendos.

Hac ille suscepta provincia Goa Lahorem revertit, vt hic se comitatui mercatorum, qui quinto quoque anno regnum Xetayanum (ut Saracenus ille referebat) assumpto legatorum regum Persidis aliorumque regulorum Orientalium titulo, petunt, iungeret. Alias enim aditu arcerentur: & hæc commodissima eodem penetrandi, est ratio, etsi longum atque arduum, cum ob patentissima desertissimaq; arenaria, tum ob prædonum incursus, aliaque multa pericula, sit iter, uti hoc quod iam referemus patefaciet. Goa Lahorē petit.

Benedictus ergo Goa è Societate IESV Anno post millesimum sexcentesimum secundo Lahorem cum peteret, Agram primum adiit, ubi tum Hieronymus Xaverius, & magnus ille Echebar cum suis. Rex voluntate eius dilaudata suam est opem & favorem proficiscenti pollicitus, quadringentosque aureos ad monetam nostram deductos, in itineris sumptus necessarios attribuit: Persolvit adhæc, quidquid eo Quadringētos illi rex aureos in itineris sumpt⁹ præstandos dedit.

quo in India cum legato egerat tempore, quod mille rupias facilè excedebat, expendiſſet. Magni, regis hæc liberalitas fiebat; erat enim natura tenacior.

Agra diſcedenti præclara documenta in ſcriptis dedit Xaverius quæ numquam nō penes ſe habebat. hic item veſtem mutavit, &, ne agnoſceretur communem Armenorum habitum ſubuculam nimirum & tiaram, acinacem & arcum cum pharetra; & habitum formamq; mercatoris indignæ ſumpſit, veſte ſe tamen Chriſtianum oſtendit. Pridie ergo Kalendas Novembris anni M DC II. Hieronymo Xaverio & Antonio Machado Agræ tum agentibus valedixit, nox ſuperior ſalutaribus dicata fuit monitis, at mane ſupremum illis vale dixit, Lahorem petens. In itinere, ut ſcripſit habitus ab his Saida, id eſt, è Mahometi ſtirpe oriundus, ab illis ut regni Mecam purpuratus. Porro Brandæ Abedulæ, id eſt, famuli DEI, quod illi Xaverius indiderat, per viam nomen aſſumpſit.

Quem habi bitum ſumeret.

Lahorem venit.

Octavo Decembris, ipſo conceptioni Deiparæ ſacro, die Lahorem pervenit, non tamen ad ædes, in quibus tum Emmanuel Pinnerus & Franciſc⁹ Corſius commorabantur (quod à ſuperiore ita à mādatis haberet) divertit, at ſui illos adventus certiores reddidit. Tum Pinnerus Benedict: adiitd, olens quod ſolitis pro inſtituti præſcripto humanitatis, obſequiis excipere nefas eſſet. Verum ad Ioann. Galiſci Veneti domum conceſſit; interim quæ ad iter neceſſaria

erant,

erant, comparavit longa mercatorem cæsarie & promissa in pectus pro more patriæ barba mentitus. Bonos fidosque comites illi addidere patres; inprimis virum linguæ Persicæ, iuxta ac Turcicæ apprime gnarum, Leonem Grymonem, patria Græcum, sed Christianũ, sincerum, rebus idoneum gerundis; qui pro sua dumtaxat in patres ac societatem studio, longinquum & periculosum hoc iter sponte suscepit, regio, quod accipiebat stipendio uno in dies aureo, propria etiam uxore, quam paulo ante duxerat, relicta. Addit præterea comites institor quidam Græcus Demetrius nomine, & Christianus Armenus, nomine Isaac, qui connubium Lahore inerat. Optato hoc comitatu & variis scriptis, simul & festorum mobilium ad annum usq; MDCX. mouendorũ catalogo, & præsertim divino instructus auxilio, prima quadragesimæ hebdomada, medio Februarii Anno M DC III. Lahorè solvit una cum mercatorum comitatu eodem properantium. Centum & duas emensus Cossas, quarum singula mille Italorum passibus respondent, Pinnero è Provincia Gasaria vehementi secum frigore, ob montes nive tectos quos præteribant, luctari perscripsit.

Lahore solvit.

Alias eidem misit literas cum semestri iam abfuisset ulterius progressus: versatum se tum scripsit inter populos barbaros & feros, adeò ut quidam regulus, ipsum, quod IESV CHRI-

liaque electuaria. Grata fuere hæc regi. atq; hæc tum quidem. sed alio cum die ad se evocat, Evangelia sanctamque secum crucem deferat, edicens: Vtrumque enim iam ante è duce sive Vasilo sarcinas advectas excutiente, ut si quid iis elegans contineatur, regi crederet, Benedictum attulisse didicerat. Diurnarum dux precum libellum & crucem scitè ornatam cum vidisset, ecquid esset petiit. Benedictus, libello ait aliqua è sacrosancto JESV CHRISTI Evangelio deprompta contineri; crucem porro Christianorum signum ac tesseram, & illius in qua unigenitus DEI filius propter salutem mortalium mortem occubuisset, imaginem esse. Hæc Regi deferre vult Vasilus, verum id ne fiat, imo ne resciscat quidem, instat Benedictus. ficte Dux annuit. mox enim ut in regiam venit, quidquid vidisset, regi aperit: ideoque adesse, & quidquid attulisset, deferre iubetur Benedictus. Paruit ergo, & regis conclave ingressus, plurimis illum purpuratis ac Satrapis, promissa barba venerandam maiestatem præferentibus cinctum offendit

Rex ad se illũ advocat.

Videre vult quæ attulerit.

Debita salutatione & reverentia præmissa, postulat Evangelium sibi proferri rex diurnale inquam, de quo iam ante meminimus. quod bombycino ille involverat panno. hinc magna illud educit reverentia, osculatur & capiti imponit. Tum regius assecla ipsum regi daturus accedit.

Evangeliũ dari sibi petit.

Ve-

Verum Benedictus priusquam illi traderet, iterum exosculatur, & denuo vertici super imponit. Quem alter ritum in capiendo, rex item accipiendo observavit. Apertum inspexit; tenueque characterum genus admiratus percõtatur Benedictum illosne legere norit. Quo annuente tradidit libellum rex, ut ex eodem periodum aliquam legeret. Incidit casu fortuito in Antiphonam, quam in ascensione Domini decantat ecclesia, *Viri Galilæi quid statis adspicientes in cælum?* quam ille tam pia claraq; legit voce, lacrymas ut cohibere non posset, ut Saracenis gemitũ ac suspiria moveret. Horum sibi verborum expositionem, dari poscit rex, magno Benedicti cum gaudio, præclaram sibi de gloriosa Christi Jesu Ascensione, coram infidelibus hisce, loquendi occasionem oblatam gaudentis. Exposuit ergo, eademq; opera de Paracliti Spiritus ignitarum linguarum forma in Apostolos die Pentecostes descensu, item de Christi sub diem extremum ad iudicandum aduentu, sermonem instituit. Dein iterum aperto libello legit Psalmum L. *Miserere mei Deus*, eiusq; occasione de Pœnitentia loquitur. Admirabundus proximum quisque intuetur; quin & rex consternatus, Ecquid hoc? inquit. dein crucem sibi depromi petit. quam theca Benedictus proferens & magna reuerenti a & pietate exosculatus, ad regem conersus, Hoc, inquit, Christianorum signum est & nota. quam cum oramus, ante nos collocamus.

Benedictus à Goes in diuinali antiphonam de ascensione Dominica legit & historiam exponit.

Crucem videre vult.

Quam se in partem Christiani oraturi converterent, tum petit, omnem, inquit. Vbiq; enim DEVS est. Adhæc num lauacris ablutionibusque uterentur; nullis, inquit, corporalibus, qualibus ipsi, ad peccatorum eluendas maculas. has enim animæ non prodesse: at spiritualibus, quibus ab omni noxarum cœno animæ mundentur. Placuit ipsis Benedicti responsio, & Benedicto vicissim CHRISTI nomen & adventum eius ad iudicium promulgandi idque in regia, coram tanto Monarcha: data occasio; ut hactenus toleratos labores rite impensos existimaret, tametsi ad maiorem duntaxat DEI eos gloriam subieisset.

Petit num Christiani lavacra usurpent.

Sæpius eum deinde rex ad regiam vocavit; & inter alia chartas illi litera rotunda & vermiculata conscriptas ostendit, quales essent petiit. Hanc cum Benedictus scripturam perlegisset, Sacrosanctæ Trinitatis mysterium & unum dumtaxat esse DEVM, eadem edoceri vidit. Hac occasione de divina magnificentia omnipotentiaque agere cœpit, omniaque asseruit, quæ videmus, ab ipso dedependere, ipsum à nullo; omnibus dedisse initium, tametsi ipse in cunctis; & alia eiusmodi, quæ tum illi suggessit DEVS. Tanta hinc omnes cepit admiratio, ut invicem dicerent; Illine sunt quos Caffaros, id est, exleges dicimus? non minus Deum agnoscunt, quàm nos. & rex de ipso agens, Mullam sanè inquit, audire me videor, id est doctorem ac mystam; hoc enim suos dicunt nomine.

Iterum à Rege evocatur Benedictus.

Plurima illi fidei mysteria declarat.

Saraceni ad suam illum sectam pertrahere conantur.

Alias cum regem adiisset, Saraceni comperto, illum suorum non esse rituum, conciliabulum cogunt, in quo de illo vi ad legem salutis, (ita namq; Mahometanam ipsi nuncupant) pertrahendo disceptatum. Deplorandum enim, inquiebant, virum adeo venerabilem, tãtisq; donatum dotibus in lege sua morientem æternæ saluris naufragium facere. Ita miseri, cæciq; inter se loquebantur, solem solis sibi elucescere rati, tametsi cymmeriis cincti tenebris. Erant, qui cerebrum illi cõminui aiebant posse, non vero ad legis mutationẽ pertrahi. Hoc se tamen unus efficere posse sperat. at dum totus huic rei incumbit, Benedictus virum adiit dicens, Quid quęso tantopere frustra te discrucias vir bone? quid ita sudas? Vide ne decipiaris dum à lege me mea recessurũ putas: ipsa quippe pupilla oculi mihi carior est. Hoc si recusarũ mearum ergo facias; libens cedo; accipe. en & corpus, quod frustatim dissecandum offero, quo nihil mihi accidere queat iucundius. His auditis Saracenns à proposito desistens amplius hac super re cum ipso non est locutus.

A purpurato accersitur

Vocatus à purpurato regiorum clientum primo rogatur, quid Christiani observent & vitent. Varios hic enarrat Christianorum ritus & consuetudines, quas & ipse & reliqui demirati sunt, quam maxime. horum unus Benedicti misertus, etiam atq; etiam rogat, secum ut Mahometo solennne Calema pronunciet, ut scilicet, inquit, salutem consequaris. nihil quippe tibi deest aliud quam defæcatum iudicium.

ipse,

ipse, quo Benedicto præiret, profundo suspirans pectore, formulam inchoat; quem ubi se qui nolle videt, ingemuit. Nonnulli adstantium dentibus stridentes, ensem petunt, quo Benedictum confodiant, & inter se varie fremunt, Tum Benedictus ad illum à quo vocatus erat, conversus, accersisti me, & tuo ipse credens verbo adfui, quam tibi iniuriam irrogo, cum tam benigne ad tua respondeam petita? His dictis cunctorum pacati sunt animi, & illius humanitas prudentiaq; ore omnium celebratę.

Periculum adit capitis

Prius autem quam Hircandam appelleret, Reginam, quæ Ahehaxam, id est, Lingua Turcica, Venustas Mecha descendens, dicebatur, insigni beneficio sibi devinxerat. Aliunde enim & forsitan Mecha domum properanti omnis direpta supellex, etiam priuata, adeo ut magna rerum premeretur penuria. Horum redditus certior Benedictus, qui eodem tum erat loco, quo illa post hanc direptionem contendebat, suis ipse nummulis, illius succurrit inopiæ. Quam illius humanitatem re ad regiam delata, nemo non obstupuit, omnesq; eandem laudarunt, quod ipse alienigena hanc erga reginam exhibuisset largitatem quam à suis ne sperasset quidem. Reginæ post paulo Hircandam venienti obviam processere plurimi munera deferentes. Filius, regni heres, qui itinere octidui aberat (Cotani forsan cui præerat.) de matris adventu certior redditus, quamprimum advolat. Biduo exacto adiit illũ Benedictus munusculum ferẽs.

Reginæ obsequium ante præstat.

 Quem

Princeps illius filium humanum se illi ostendit

Quem adesse ut audit princeps, salutandi gratia, confestim foras prodit. cuius cum pedes ille pro more stringere vult, obstat princeps, sed brachiis apprehensum mox surgere iubet, benigne allocutus; Quo valeret modo, cuias esset, quot annorum, quanam de causa illò venisset percontatur. Denique postquam pro collato in matrem beneficio ingentes egisset gratias, quicquid eius causa expendisset, reddi iussit. Annum princeps tum agebat sextum & vicesimum, ætate & robore valens, carus suis, qui à morte patris, rerum illi vellent tradita gubernacula. Tam familiter ac privatim cum Benedicto agebat, sibi semper ut assidere compelleret. Neque vero opus erat, quoties illum adiret, suum uti moris est, adventum significare; sed statim ut aderat, liber dabatur aditus, suoque assidere illum lateri volebat Princeps. De diurnali quidquam cum inaudisset, ipsum adferri petit; pluribus penes se illud asservavit diebus, donec Benedictus repeteret. Tum rubore nonnihil suffusus, quod æquo detinuisset diutius, subridens ait, Quid si reddere nollem, ageres? Regum non est, inquit, subditos vi premere. Placuit & ipsi & audientibus universis mirifice hocce responsum, qui sanctum videre percupidi librum (ita enim diurnale nominabant) Principem orabant, ipsum ut adferri imperaret. At noluit Princeps. Paulo post surgens, Benedictum à turba semotum, in conclave ceteris exclusis deducit. Per famulum Diurnale princeps adferri cum iuf-

Diurnale videre vult, ipsumq; legere vult.

iussisset, illius è manibus hoc recipere volenté Benedictum impedit. Sed acceptum exosculatus suis ipse reddit manibus; dein brachia utrinque humero imponens, aliquid inde sibi legi exponique rogat. Nec mora, tanta cum efficacitate legit Benedictus lacrymas ut Principi mouerit. Inter cetera agit cum illo de noxarum exomologesi Christianis solita xenodochiis, aliisque misericordiæ quæ exercent operibus, de Christianæ Reipublicæ gubernatione, de summi Pontificis auctoritate, de eiusdem per Cardinalium suffragia electione, de Episcopis, Regumque Christianorum potentia, quibus ille ita in admirationem raptus est, nulla ut alia de re cum suis tractaret. Denique cum ad propria redire statuisset, Benedictum rogat, se ut itineris comitem constituat, nullum instare pollicitus periculum, suo se ferro caput uitamque eius protecturum.

Lacrymatur dum de fide loquētē audit Benedictum.

Ceterum Hircandæ centum Mahometanorum delubra sunt, & sexta quaque feria quidam in foro elata inclamans voce, singulos meminisse iubet, hodie diem esse, quo primarium sit fanum adeundum, quo cæremoniæ & Alcorani præces sint peragendæ. Quibus peractis, duodecim viri primario egressi delubro taureis excipiunt flagris obuios quosq; qui precationi non interfuere; hisce vero verberibus putant eos à noxa contracta capiari. In singulis item vrbis partibus delu-

Centum delubra Hircādæ

brum est, quod vicinos quinies quotidie adire moris est, nisi multam pendere velint. Benedictus cum Ramasis (precum genus est) non interesset Caciziis se aut Mullis sistere iubetur; qui hanc ab illo mulctam exigebāt. Verum de Mullarum is apud regem importunitate & mulctæ exactione expostulans, risum ipsi & optimatibus movit. Cacizios proinde vetuit ne quam Benedicto molestiam crearent, & importunitatem reprehendit. & suo ipsum ritu vivere permisit. Hanc enim illi gratiam contulerat DEVS, ut quibuscum ille agebat, ad primum sibi sermonem devinciret; nullum ut tota urbe epulum pararetur, quin advocaretur. Itaque ex interrogationibus propositis de veritate Christianæ legis agendi occasionem captabat.

Quinies per diem adeunda fana, nisi multam solvere velint.

Cacizii cū eo Benedict: pertrahe e vellent a rege coarguuntur.

Litteris prioribus Anno millesimo sexcentesimo quarto, postridie Kalendarum Februarias simul & aliis Augusto mense Hircanda datis, legatum regis, quem in Catayam is mittebat, pollicitum sibi significavit, illius in comitatu profecturum. alias enim eundi vix facultatem suppetere. Institorum enim comitatus Cabule Catayam petentium hic subsistit. Rex Hircandæ legationis, aut comitatus præfectu. ę munus maximum offerentibus pretium defert. Is secum quatuor alios cum legationis titulo assumit. & CLXXII viatores, qui hanc ab illo proficiscendi copiam magno redimunt.

Comitatus, in quo Benedictus à Goes Catayam

Catayam peteret, præfectus ducentos m… sci sacculos regi solverat. nec prius in viam se dare fas est, quam quod stipulati sunt solutum. Verum illi ab institoribus qui una proficisci volunt, longe plus persolvitur; hanc enim gratiam multis redimunt muneribus, ut modo comitum in numerum cooptari queant. Qui obtulerit minus, excluditur. Omnibus tamen addicit, quo à singulis donaria conferantur. Sed quod omnes admitti nequeant, plurimos excludi necessarium est.

Quomodo Hircanda in Catay mercatus iter.

Obtulerat quidem Benedicto legati nomen, sed quod hanc ipse dignitatem sustinere non posset, satis illi fuit, in centum septuaginta duorum numerum allegi. Deseruere hic illum duo Græci Comites, Leo ac Demetrius, Hircanda Lahorem redeuntes. At Isaac Armenus ab illius se latere non disiunxit. Mense tandem Novembri anni eiusdem cum Comitatu Hircanda solvit. Verum priusquam hinc discederet, duo triaue illi contigere, quæ quia notatu dignissima hoc interseram loco. Quodam tempore, cum inter plurimos Mahometanos versaretur; Caciziùs vel illorum aut potius Cacodæmonis minister, etsi sanctitatis nomine inclytus vulgo haberetur, exsiliens sicam pectori illius admovet, mortemq; in Mahometo solemne dicta Salima intentat. Qui aderant Mahometani tantum aberat uti furorem at compescerent, ut revelatione & instinctu divino illum actum ad Benedicti necem, ad salutem animæ inferendam

Benedictus à Sociis deseritur.

Sacrum nomen illum mari… Deus eripit.

 crede-

crederent. verum advenæ inſtitures ſicam manibus extorquent. Quamdiu ſceleſtus illam pectori admotam teneret ad Salema extorquẽdum, ne verbum proferebat Benedictus, ſed ſubridens Cacizio ſtomachum mouebat, ut necem illi ſe iuraret illaturum. Hoc tamen illum periculo ſimilibuſque eripuit DEVS; ut quamvis aliàs in huiuſmodi ſicarios incideret aliorum tamen ſemper opera defenderetur. Ad huiuſmodi ille caſus inſultuſque paratus erat, orationis clypeo communitus & ad omnis boni ſcaturiginem DEVM noſtriq; conſervatorem confugiens. Hæc quidem tum.

Eadem in regia agens, vitæ melioris exemplo ita omnibus prælucebat, ut etſi quibuſcum verſabatur ſceleſtiſſimi forent, nullum ſe eo tamen umquam meliorem vidiſſe teſtarentur, neu ſimilem Armenum. Hinc mercator qui in Moſcovia egerat, & ſignũ crucis interdum efformabat, cum filium annum iam integrũ cum morbo conflictãtem haberet, fruſtraq; omnia adhibuiſſet remedia, Benedictum adiit, aliquod illi ſuggeret. Domum illius ergo adiit, (nam amicum ipſum experiebatur, diurnale pueri imponit capiti, Evangelium ſuper eum recitat, & crucem ſuam collo eius appendit. Et ecce ante triduum viribus puer reſtitutus.

Comitatus è Xataya veniens. Cum in procinctu iam comitatus eſſet alius è Xetaya comitatus appulit; quo ille nuntio mirifice recreatus eſt, ut ex eo quæ deſiderabat diſceret.

ſcetur. Percontatur ergo quam loci illius incolę legem ſequerentur. alii Cafres aut Cafaros eos dicunt, alii Françoſ; quo nomine omnes paſſim Chriſtiani, ex quo Franci aut Galli, terram ſanctam Turcarum manibus extorſerunt, rei huiuſce famâ per totum orientem ſparſa dicuntur. ſed paulo vlterius cum tranſiiſſet, certiora alia in vrbe comperit, vt capite ſequenti referemus. Illius ergo iter proſequamur.

Cap. XXV.

Benedictus à Goes poſt varias ærumnas & pericula, Catayam aliam non eſſe comperit quam Chinam, in qua & viæ & vitæ curſum conſummauit.

Benedictus à Goes Hircandæ etiam commoratus, iter ſe difficillimum & moleſtiſſimum habuiſſe ſcribit, per deſertum ſcilicet Pamech, in quo quinq; amiſerat equos idque ob intenſiſſimum frigus; tum quòd magna hic ligni ſit penuria, ex quo ignis excitetur, tum verò quòd ea ſit cæli inclementia vt reſpirare animalia commodè vix poſſint. hinc equi & homines reſpirare ſæpe per viam demoriuntur. quod homines malum, allio, porro, pomiſq; ſiccatis comeſtis vitant; iumentis verò gingiuæ allio perfricantur. Hocce deſertum ſi quando niuoſum, quadraginta emetitur diebus; ſin minus, paucioribus. Prædonibus autem & latronibus comitatus mercatorum exſpectantibus, eoſdem vel expilantibus vel iugulantibus infame eſt. Hic forſan, Benedi-

Deſertum Pamech, eiuſq; frigus.

Latronibus frequens.

ctus, variis cum continuatu à latronibus toleratis iniuriis & ictibus, ab iisdem penè comprehensus est. A comitibus enim aliquanto spatio sequestratus cum vagatur, quatuor ex insidiis prædones comparent. ille periculum veritus, tiaram, quò eos ad tempus distraheret, gemma pretiosa insignem, quàm potest longissimè abiicit. Prædonibus interim inter se de præda contendentibus, subditis equo calcaribus, periculum ipse effugit. Multis ergo laboribus ac molestiis ob viarum difficultatem, frigus & niues, toleratis, plurimi comitum per iter demorientibus, ipse morbum penè lethalem contraxit; sed tandem Hircandam simul omnes, vti diximus, appulere. Hic ad annum substitere, institores reliquos qui Catayã peterent, præstolantes. hinc XIV. Nou. in viam se dedere. 10. ipsis mensibus in itinere consumptis tandẽ Chaletium peruenere cum salebrosas & difficiles transissent vias, idq; ob vastissima arenaria aquarum defectum patientia, nõ minorem difficultatem & pericula quàm ante passi, è quibus tamen seruum suum benedictum eripuit Deus. Neq; n. paruum diuinæ protectionis argumentum est, tanto tempore inter iuratissimos fidei nostræ hostes Saracenos ethnicosq;, qui obsequium se præstare putant Deo, si quem Christianum necauerint, sine vllo maleficio versatum esse.

Hircanda Benedictus disedit.

Chaletii cum ageret opido quidem exiguo at munito, in Mahometanos incidit, qui mentito legationis nomine Chinam, merces suas distracturi, ingressi erant. Hi reperisse se Paquini (quam illi vrbem Cambalacam vel Cambalu-

Chaletii agens de P. Riccio nonnia intelligit.

cum dicunt) Christianos quosdam referunt externos; & hos regi horologia, picturas, clauicordium aliaq; donasse eiq; percharos & summo esse loco. se, Paquini cùm agerent, anno nempe MDCII. cum P. Matthæo Riccio eiusq; sociis, eodem in diuersorio, commoratis quo aduenę pro more excipi solent; sępeq; cum iisdem contulisse. Ab his illi curiosi scriptum quoddã nacti sunt, quo Benedictus inspecto magnopere fuit recreatus. Hinc siqdem didicit, Christicolas illos, de quibus loquebãtur, esse Soc. Patres, qui Paquini sedis figendæ sibi copiam fieri postulabant. Ad lætum hunc nuntium Comitatum præuertere voluit, hoc vt facilius impetraret, regulo Chalisiano munus dedit. ille quidem copiam fecit, tametsi comitatus præfecto repugnante. Litteræ cum parantur, ecquod sibi nomen adsciscere vellet, petit regulus, cuiusq; foret legis. Legis, inquit Iesu, quæ lingua Saracenica *Abdula Issai* dicitur. Ad hanc eius vocem Cacizius senex, tiara in terrã coniecta. Hic verus inquit, legis suæ obseruator est, q̃ coram te nobisq; liberè profitetur; q si inter Christianos ageremus, fide deserta, Christianos nos, metu discriminis, aut humano aliquo intuitu, mentiremur. Chalisio digressus Canuillam XVII. Oct. aõ. MDCV. venit, hic vltra mensem moratus, iter suum prosequens post nouem dies ad celebrem illum Chinæ murum peruenit: ac tum reipsa, nullam in orbe esse Catayam, præter Chinam comperit; & quidquid de illa institor Saracenus, in magni Mogoris regia

Comitatum præuertere cupit.

Litteris suis se Christianum esse inscribi v lt, mirantibus Saracenis.

Ad Chinæ murum peruenit.

regia retulisset, nugas & mera esse mendacia: quod huic hominum generi satis solenne & frequens. Idem litteris suis confirmauit Matthæus Riccius Paquini anno MDCV. XII. Nouembris ad Indiæ Prouincialem datis: omnibus omnino Christianis certum indubitatumq; esse debere, nullam, præter Chinam, Catayam reperiri. Quòd autem in prouinciis Xensiana & Honamensi Christianorum superesse dicerentur reliquiæ, ad vtramq; Sinam quemdam è Societate à se missum, retulisse, vtraq; in prouincia aliquot Christianorum quidem iam olim fuisse familias in auita fide perseuerantes, sed anno superioris sæculi quinquagesimo, metu mortis, ab eadem desciuisse. Sina enim idololatræ cacodæmonis forsan suasu, dũ illos Tartaris (à quibus iam abhinc quadringentis aut amplius annis deuastata Sina) oriundos putant, necem illis interminabantur; vt fide deserta huc illucq; dispersi sint. hinc qui etiamnum supersunt, Christianos se negant, aut è Christianis descendere. Hæc Riccius.

China Cataya est.

Christiani Chinenses iam abhunc L. annus fidem deseruere.

Verum ad Benedictum redeamus. Vbi ad Chinæ murum peruenit, Viginti quinq; foris hæsit diebus, donec nuntius, quem ad proximæ prouinciæ Tutanum aut proregem miserat, rediisset, copiamq; ingrediendę Chinę & illi & sociis attulisset. Rediit porro sub anni superioris finẽ. Intrantium nomina & rerum quas inferebant, in scriptum relata. Postridiè quàm murũ superasset appulit ad Subcheum opidum. hinc Patribus Paquinensibus, de quibus plura per Saracenos intellexerat, litteras misit. Solum Isaacum

Armenum & famulos aliquot, quos in itinere assumpserat, secum tum habebat. Græci n. Leo & Demetrius Hircanda Lahorem, vti diximus recesserant. Porro comitatus, quicum potissimam itineris partem confecerat, nonnisi post semestre appulit.

Quòd verò, vt regiam adire & in intima regionis penetrare liceret, Patrum litteras ac diploma regium, quod illorum opera habiturum se sperabat, expectaret; quindecim aut amplius hic hæsit mensib⁹, ac tum demum Ioannes Fernandius Societatis Iesu, Sina, quem ad Benedictum Riccius, mox vbi de eius aduentu factus est certior, misit, secum vt adduceret, appulit. Sed iam à mense lecto, laboribus ita confectus vix vt ossa pellis arida tegeret, decubuerat.

Subechei haret donec Paquino responsum accepisset.

Incredibilem illi consolationem attulit collegæ sui inter infideles & locis adeo remotis conspectus, vt Angelum cælo delapsum videre se crederet, qui & lacrymas siccaret, & labores solaretur. tum vero magis, vbi Patres in Chinæ metropolim admissos, fructumq; quem in animarum salute procuranda colligebant, audiuit. Litteras Riccii exosculatus, manus in cælum sustulit, & venerabilis Simeonis canticum; *Nunc dimittis seruum tuum Domine,* lacrymans & exultans decurrit. nocte tota suis hasce litteras vlnis constringens, gratias egit Deo, quòd peregrinationis suæ quam ob Dei gloriã susceperat, cursum iam confectum videret. Quamuis n. Christianos Catayanos, qui reperiri dicebantur, non reperisset, suo tamen hac in re officio non defuit.

Aeger visitatur à quodam Socio Sinensi, quem ad ipsum P. Riccius miserat.

Paquinum adire non valet. defuit. Ioannes Fernandius Paquinum illum deferri volebat, vti Riccius præſcripſerat; at Benedictus vires ſibi deeſſe, & terminum inſtare vitę ſentiens, non aſſenſit. Sed cum Ioanne Fernandio pauculis illis quibus ſuperfuit diebus ad alteram ſe vitam comparauit, laborum mercedem percepturus. Deceſſit ergo XI. Ap. anno MDCVII. plurimis virtutis exemplis & beatitudinis argumentis datis. Natus is Villę-Francæ in inſula S. Michaëlis, vnde viceſimum in religione egerat annum, quam ſexto & viceſimo ætatis hac occaſione ingreſſus eſt. In India militem cum ageret claſſe oram Malabaricam decurrente conſcenſa, Trauancoridem appulit. templum hic haud procul à Colechea ſitum ac Deiparæ ſacrum, ingreſſus, cum in ara, Deiparæ eiuſdem paruulum collo pendulum geſtantis videret imaginem, in genua coram illa prouolu‹t›us eſt. Ludo tum ac cæteris adoleſcentiæ ac pr‹æ›ſertim militaris vitæ illecebris nimiopere ‹d›editus erat. Vitæ ergo ſuperioris delicta reuoluentem, ita omnium pœnituit, vt de ſalute quodammodo deſperaret. In terram ergo prouolutus, lacrymiſq; perfuſus, Benigniſſimam miſericordiæ matrem orauit, vt ſuam apud filium, mediatorem hominum, noxarum impetraret veniam. Et ecce, paruulus, quem mater vlnis ſtringebat, in lacrymas viſus eſt prorumpere. Videbat quippe oculis eius diſtillantem quam vberrime liquorem lacti perſimilē, quo tota infernè ara permaduit. quo ille ſpectaculo conſternatus, commilitones teſtes miraculi

Felix illius obitus.

Illius vocatio ad religionem mirabilis.

Deipara peccatori delictorum obtinet veniam.

Imago pueri Jesu lacrymatur.

cœli futuros aduocat, remq; ex ordine enarrat. Illi suis rem oculis videntes, linteum eidem intinxere liquori, quod inter se diuisum, velut sacrum quid apud se deinde asseruarunt: ac suum inde natum gaudium festa bombardarum maiorum ac minorum displosione, templique frondibus & arborum ramis condecoratione testati sunt. Is verò, cuius vnius ob causam hæc contigerant, re ipsa breui, inter se potenti Dei dextra tactum ostendit. nam totius vitæ superioris noxarum exomologesin apud quemdam societatis nostræ sacerdotem insigni cum dolore ac pænitentia mox peregit, ac religionis se voto obstrinxit. Ergo Societatem Iesu ingressus vitam in eadem præclaro cunctis dato exemplo, posuit. Ea autem viri fuit humilitas, vt etsi à superioribus, sacris sacerdotii ordinibus, ex singulari priuilegio, quod in rerum temporalium vsum in societatem cooptatis (qui temporales Coadiutores dicuntur) rarissimè conceditur, admoueretur, numquam voluerit condescendere paratus, quo humilitatem magis magisq; exerceret, Marthæ semper obire partes: donec à Deo ex hoc mundo ad æternæ gloriæ præmia, vt piè credimus, est euocatus.

Benedictus resipiscens Societatem ingreditur.

Illius humilitas.

Mortuum Saraceni, qui cum ipso venerant, & eadem diuersabantur in domo, suo illum ritu, ex Alcorani præscripto, terræ mandare voluere: at vetuit Ioannes Fernandius, corpusq; loculo inclusum, adiuuante Isaaco comite, honesto decentique loco, Christiano ritu sepulturæ

Sepultura.

Illius diarium viatorium fractū.

ſepulturæ tradidit. Quod vero Benedictus diarium haberet ſcriptum, in quod, quidquid toto illi itinere quotidie accidebat, & quos Saracenis comitibus commodato dabat nummos rogatus, referebat; ipſi ne luere debitum cogerentur veriti, illo mortuô domum inuaſere, inuentumq; libellum, ne de debito cuiquam conſtaret, concidêre. Qua libelli iactura Ioannes Fernandius, & Iſaacus Armenus, tum quòd nummorum recuperatione, tum verò quòd itineris tam præclari diario fruſtrati eſſent commentario doluere. Eius ergo fruſtilla colligentes, Riccio detulere; è quibus ille prout potuit coaptatis, ſimul & Iſaaci relatu, omne quod decurrimus iter & quidquid in eo contigerat, deſcripſit. Inuenta apud eum Diurnale, & crux quam collo geſtabat; charta, cui ſua ipſe manu religionis votum, quod Deo nuncupârat, inſcripſerat, & aliæ quædam ſigillo R.P. Generalis; Viſitatoris, Prouincialis Indiæ à littteris ipſi miſſis auulſæ, conſignatæ; ſimul & Patentes quas illi dederat Xauerius, quin & ex Epiſtolis Pauli caput, in quo ille de laborib⁹ pro Chriſti nomine toleratis gloriatur. Hæc omnia Riccius velut in viri ſancti aſſeruauit memoriā, qui media inter pericula occupationesq; tam pie ſemper ac religioſe vixit, vt ſingulis feſtis paſchalib⁹, quibus proficiſcebatur, ad aliquot ſe dies ab aliorum ſequeſtraret conſortio, orationi & ſpiritualibus Societatis exercitiis vacaturus.

Fruſtra collecta.

Porro ſocii eius Iſaaci Armeni fides itineris huius narrationem claudet. Benedicto ergo defuncto

functô variis exagitatus est modis accusant illum siquidem Saraceni mendacii, quod, Mahometanus cum foret, Christianū se mentiretur: at suâ illum Fernandi⁹ industria à calumnia vindicauit, & egregia illius innocentiam & accusantium malitiam detexit arte. Dum enim se sisteret iudici, criminantium responsurus calumniis; Fernandius suillam secum attulit, quam coram omnibus Isaacū comedere voluit: Hoc Mahometani accusatores factum ita horruere, vt ne videre quidem dignantes iudicio se subtraxerint, & reum deseruerint. His peractis vnà cum ipso & Benedicti famulis Paquinum abiit Fernandius, quò tandem post trimestre peruenit. Quos omnes insigni cum affectu suscepit Riccius; & haud multo pòst Isaacum necessariis instructum Macaum misit. hic illi Patres luculentam collegere stipem, quam mercibus, quæ permagni in India diuenduntur, impenderunt. Sed nauis, quæ Malacam petebat, à Batauis intercipitur; cuius præfectus Isaacum examinans, & Benedicti Goëzii ad Catayam detegendam iter pro Christiana religione susceptum audiens, illius animum infractum obstupuit, quòd regiones patentissimas & desertissimas quinquennio Goa terrestri itin[illegible]e Chinã adeundo, peragrasset. quà nulla vmquam animosior & periculosior, terrâ, ad regionem aliquam detegendã, facta expeditio. Adeo vt totius sibi itineris & casuum toleratorũ transc ibi exemplar iusserit; sua in patria etiam Iesuitas esse asserens, quibus scriptum hoc ostenderet, ut exemplũ il-

Isaacus Mahometismi accusatur inique.

Sed reipsa contrarium ostendit.

Paquinum venit inde Macaum; vbi lautam accipit eleemosynam.

Ab Hollandis intercipitur, qui eius mirantur iter.

larum quas ſui in fide toto Oriente diſſeminan-da collegæ adeunt ærumnarum ac laborum. Quocirca Iſaacum alia commodaq; naui Malaca vehendũ impoſuit. Hucappulſum Patres domo excepere, & de naue Indiam petente illi proſpexere Primum Cocinum, deinde Goam tenuit, vbi P. Pinnerum offendit, & cum ipſo nauem, cum in Cambaiã proficiſceretur, conſcendit. Indiæ prouincialis centum illi in viaticũ dedit pardaos. Hæc tota itineris ad Catayam explorandam ſuſcepti ſeries. Iam Cambayam, ad magni Mogor imperium etiam ſpectantem luſtremus: ab inſula & vrbe Dienſi, hodie Luſitanico parente imperio, ducamus exordium.

In Indiam appellit ir-d. Lub. rem reait.

Cap. XXVI.

De inſula & vrbe Dio; Luſitani arcem exſtruere hic conati, diu fruſtra ſunt.

Situs inſulæ & vrbis Dienſis.

IN occidua Cambaiæ parte, ad Indi oſtium ſinus eſt, & terra lingula prominens vnà cum inſula Dio, tam anguſto à continente diuiſa euripo, vt per põtem lapideum in eam ſit tranſitus. In eodem opidum eſt cognomine, in ſecundo & viceſimo latitudinis Auſtralis gradu; quod commodiſſimam nauibus ſtationem, quam ferrea concludit catena præbet. Ad vnũ opidi latus ad portum Luſitanorum arx iminet, triquetra, portui imperitans, quo vix illus toto oriente illuſtrior. Huc n. appellunt Turcæ, Arabes, Perſę, Armeni, & variis ex Indiæ locis inſtitores, nullum vt tota habeant India Luſitani, è quo maiora emolumenta conſequantur. Vrbẽ partim incolunt Luſitani, partim Guzzaratæ, id

Dienſis emporii celebritas.

est, Cambaiani, partim Baneanes, & mercatores Indi, qui pleraſq; Pythagoreorum ſequuntur fabulas; partim etiã Turcæ, Rumæ, Perſæ aliiq; aduenę. Arcẽ ſoli Luſitani, vt & alias, quas per Indiã habent. Inſula tametſi exigua, fertilitate tñ gaudet. nam nõ mò dò bobus, ouib⁹, gallinis, lacte, butyro, caſeo, porro, cepa, leguminibus aliiſq; ſimilibus abundat, ſed & piſce ſalſo, eo inprimis qui aſelli ſpeciem habet; quæ, quia domi abunde ſuppetunt foras etiam. ad vicinos tranſmittũt. Verum quo hunc Luſitani locum modo ſuo aſſeruerint imperio diſquiram⁹ neq; n. exiguo eius tum conquiſitio tũ conſeruatio ſtetit Eo pene quo Luſitani Indiam detexere tempore, emporium Dienſe celebrari ac frequentari cæpit, idq; ob eiuſdem domini nomen. Erat huic nomen Iaſi⁹, patria Sarmatia Europæa, quæ me iudice Polonia aut Ruſſia eſt: quem olim finitimi Turcæ, prædam è Chriſtianorũ agris agentes, à nutricis vbere auulſum, vnà cum aliis infantibus puerilq; in ſeruitutem abduxerãt. Circumciſus, & Mahometanis inde ſacris initiatus, Conſtantinopoli venditus, Damaſcum, inde Aleppam, pòſt Baſſoram deductus eſt. hic, vt erat Lacertoſo corpore, & viuido imprimis igenio, ad ſummã ſagittandi ſcientiã quotidiana exercitatione peruenit. hinc dominus, cum Arabes Latrones, comitatum in quo verſabatur inuaſiſſent, Iaſii induſtria ac peritia periculũ euaſit. Inde in regnũ Cambaiæ delatus velut ſingulare mun⁹ ipſum Madafaxao Manmudo parenti, de quo iamiã agemus, donodatur.

Inſulæ fertilitas.

Iaſius Dienſis regulus, quomodo huc venerit.

Hic cum rege suo ad bellum aduersus Mandoi regulum profectus cum esset, miluus, aliaue rapax auis, regem inter volandum commaculat, quod rex infaustum omen interpretatus est. Erat n. auguriis mirè deditus. Promittit auem illam configenti magnum præmium. Iasius ergo sagittariæ artis egregium specimen præbens auem volantem deiicit. Libertate igitur donatū rex in prætorianorum ordines cum largo stipendio adscribit, & ex eo indies creuit affectus: nam aliis quoq; muneribus prudenter ac dexterè obeundis non vulgarem gratiæ locum breui tempore nactus est; cum cresceret etiā familiaritas, virtutis ergo, Melicum vocabulo gentis, quod nomen nostratibus ducibus comitibusq; respondet, appellat; postremo vicum ei maritimum, atq; insulam Dinm iure beneficiario attribuit. Eam insulam, vestigiis tantum dirutæ quondam vrbis nobilem, cæterum eo tempore tectis & incolis infrequentem, Iasius tum loci opportunitate tum vigilantia solertiaq; pelliciendis ex Arabia, regnis Decanus, aliisq; Asiæ locis mercatorib⁹, qui magnas opes exiguo cōquiescere tempore, ad insignē celebritatē breui perduxit, vt cū cæteris regulis potentia certarit.

Libertate donatur & Domin⁹ Diensis constituitur

Vrbem semirutam mœnibus & propugnaculis, turribusq; sepsit, adhæc trans euripum seu fretum, quod insulam facit, in orientali continentis plaga, opidum condidit, receptaculum aduenis militibus, maximè Turcis, insulæ tutoribus id opidum primo Gogala, dein Rumepolis vocitatum ab ipsa re, quòd Turcæ Europæi, qui vulgo Rumes appellantur (vt sup. à dictum)

Opidum in continente exstruit.

hic commorarentur. vt scilicet ab Diensibus freto dimissi, rixandi cum iis ac tumultuandi causas procul haberent.

Nerui copiarum eius erant hi Rumes; qui insulam & vrbem, arcis quam condiderat robore adiuuante tutabantur. Iasius vero pecuniis in dies auctus, prædatoriam classem haud contemnendam instruxit, quæ piraticam non mercatoriam, exerceret.

In Turcarum con'moratunem.

Classem instruit.

Anno ergo MDVIII. reguli Calecutanus, Cambayanus, aliiq; Dynastæ Asiæ, communicatis inter se de Lusitanorum qui iam mouebant lacertos, per Indiam imperio delendo, aut saltem hoc illis eiiciendis ora consiliis Maimanem legis Mahometicę hic Antistitem, ad Campsonem Ægypti antequam Turcarum hæc imperio subderetur, Sultanum, mittunt, qui auxilia postulet, & ad fœdus societatemq; belli stimulos addat. Hisce stimulis actus Campson, auxilium spondet & mille quingentos Mammalucos submisit (ea erãt Aegypti robora, & Campsonis nerui. Hisce præerat Hoscemus Persa, rei naualis gloria per id tempus admodum illustris. his cum copiis ille Suezio, quod sinui Arabico opidum imminet, classem qua hic parabatur, conscendit. Ea fuit triremes tantummodo sex, celsiores onerariæ quinque, ad quas Calecutanus orator Maimanes cum vna longa naui se adiunxit. Hæc ergo classis prę-ter littus Arabicum, superato Persico sinu, ad insulam & opidum Dium appellit. Iasius aduenientem cum exspectatis iam pridem auxi-

Fœdus Regum Indiæ contra Lusitanos cui Aegyptius Sultanus subscribit. Is 1508. Mammaluci in Indiam ueniunt.

his. Hocenum gratulabundus accepit. ac ſeſe, quod ita Cambaiæ regi Mammudio (à cuius patre ipſe acceperat inſulam) cordi eſſe intelligeret, adiutorem illi & Socium Hoceno ad omnia fore profeſſus eſt: Ergo coniunctis viribus Luſitanorum claſſem, quam Laurentius Almeida, Franciſci Indiæ Proregis ducebat filius, quæ ad Chaulem ſtabat, (leucas circiter quinquaginta à Dio id opidum ad orientem eſt) adoriuntur. Ergo dum ibi ſecurus moram ducit Laurentius, inopinato opprimitur: & licet generoſum ducum ageret, & Hocenum oppugnaret, Iaſio tamen cum quadraginta nauium claſſe ſuperueniente, profligatur & occumbit. At necem eius pater etiamnum Prorex egregiè vltus eſt. anno enim ſequenti, octodecim onerarias rebus omnibus inſtructiſſimas adornat, quibus hoſtem, qui Dium conceſſerat inuaderet. hunc ita exagitauit, vt tria confecerit millia, & Mammelucos propè omnes aut in deditionem acceperit aut neci dederit. Hocenus ipſe, vt inclinatam haud dubiè pugnam animaduertit, quam occultiſſimè ſeſe in lembum demiſit, inde in terram egreſſus equos arripuit, ac ne ſalutato quidem Iaſio, confeſtim ad ipſum Cambaiæ regem, plenus cladis & ignominię, peruolauit. Res etiam deſperatas vt aduertit Iaſius, dumq, à Luſitanis inſulæ imperio exui veretur, pacem poſcit, quam haud inuiti Luſitani dedere, iis legibus, vt naues Aegyptias quę bello ſuperfuerant traderet cum vniuerſo apparatu, itemq; Luſitanos ad Chaulē captos,

Iaſius Hoceno ſe iungit, Ambo Luſitanos inuadunt.

Claſſis Luſitana cum præfecto Almeida opprimitur.

Vlciſcitur pater cædem acceptam.

Conditiones pacis ab Iaſio admiſſæ.

captos, Laurentio fuso, illico restitueret; postremo vt multiplici commeatu Christianam instrueret classem. Omnia sedulò & obedienter facta. neq; illi quidquam in præsentia grauius, imperatum est, & ab oppugnanda vrbe Diu, quamuis præclara sese daret occasio tum ... operatum à Lusitanis, ne Cambaiæ regem, cuius vel imprimis expetebatur amicitia, eo facto Lacesserent.

Sæpe tum postea ad hanc vrbem aspirarunt Lusitani, vel ad arcem saltem hic construendā; variisq; id rationibus tentarunt: quò nimirum Aegyptios & alios Saracenos, Calecutanis fœdere iunctos, hoc pacto prohiberent, ne socius, clanculo in Indiam venientes, sese iungerent. Ita scilicet in mandatis Emmanuel rex, Proregi Iacobo Lupio Sequeriæ, dederat: verum annuentibus & Cambaiano & Melico Iasio, aut, si alias fieri non posset, vi armata. Proinde Sequeria Armuzia reuersus Diuin cum applicuisset, bona cum pace in speciem ab Iasio acceptus est. Verum appellatus de potestate arcis ædificandæ Iasius, se ad id propensum ostendit, sibiq; nihil fore gratius, quò Lusitanos gentem adeo masculam ac victricem haberet propius; verum Cambaiano, cui pareret, refragante nihil omnino fieri posse. Mitteret legatos in regiam Sequeria, magnopere confidere se, cum Emmanuelis honori, tum etiam suis ipsius precibus ac suasionibus id facilè ab rege ... iri. ... Sequeriæ secus suspicandi occasionem dedit ... arce opus non esse, vtpote

Lusitani Diu arcem ... contendunt.

Hæc de re cum Iasio agit Sequeria.

qui Emmanueli fidelissimus cliens foret. Sed tanta fuit Iasii in agendo lenitas, tanta in ostentandis viribus & omnium rerum apparatu solertia, vt Prætor, mitigata in præsens ira, neque ausus tali tempore summã rem in discrimen adducere, sine vlla noxa recesserit: maioribus videlicet copiis anno proximo reditur[a], & quod concepisset vel blandè vel vi perfecturus. Interim vero dum Sequeria Goæ aut Cocini moratus classem & militem comparat, Iasius ad vrbem nouis operibus muniendam, & externo milite firmandam, spatium nactus erat. Itaque in neutro cessauit. idoneis locis propugnacula exstruxit, instaurauit mœnia, & in iis tormenta disposuit, Arabas, Persas, Turcas, & ex aliis nationibus plurimos mercede conduxit. Portus introitum difficilem reddidit. ab castello enim quod portus in ore, catenam ingentem ad vrbem vsq; perduxit. ad hæc tres onerarias collocauit pond: adeo degrauatas, vt perforata, cùm opus foret, aluo repentè subsiderent, portumq; transituris nauibus difficilé redderent. Subsequentiæ aduentum, Iasius, per exploratores iam antè de Lusitanorum apparatu factus certior, ne coram agere cum Sequeria cogeretur, tamquam euocatus à Rege ei potius arcis facultatẽ dissuasurus, magnis itineribus eò contenderat, Saca filio cũ idoneis rectoribus eius adolescentiæ tribus, firmoq; militum præsidio ad vrbẽ relicto. Is de area blandè per internuntios ab Lusitano cõpellat[a], è seniorum rectorumq; sententia benignè respondit:

In aliud tempus eius exstructionem violentam, differt.

In defensionem Iasius se parat.

Sequeriæ [illegible] dantur verba.

respondit: Si commeatu vel re quauis alia in classem opus sit, se affatim pro amicitia & pro consuetudine præbiturum. quod vero ad aream arci designandam attineat, se in potestate parentis esse: nec super tali tantaque re sibi licere, quidquam eo absente decernere. mitteret proinde in regiam legatos, Iasium patrem ab rege accitum, eo etiam advolasse libentius, ut præsens auctoritate, studio, gratia postulatis Lusitanorum adesset. Sequeria ubi artibus Mahometanos ad eludēdum instructos videt, de summa rei præfectos in concilium advocat. ibi sententiis in diversa tendentibus aliquamdiu certatum. erant qui non diu ferendam ludificationem atq; admotis, undeq; machinis, mœnia protinus quatienda censerent. tandem invitis plerisq; communi decreto missi qui Sacæ nuntiarent: Quando nulla super tali negotio habet à patre mandata, nihil ipso inconsulto, nedum invito, Lusitanos de arce conaturos: pacem eius & Mamudii regis sibi Lusitanisque antiquissimam semper fuisse: se legatum i- bi electurum, qui ad regem ea ipsa de ra contendat, peteretq; ut pro consueta humanitate & hospitii necessitudine tractet, simul & naves aliquas cum fabrili instrumento, ut simul atq; cum rege & patre convenerit, in optatam ædificationem incumberetur. Interea se Armuziam, uti instituerat, perrecturum. Ad ea cum Saca, non exiguo levatus metu, liberaliter admodum respondisset, legatus ad Regem mittitur, sed illo renitente res infecta mansit.

Legatum ad regem Cambaiæ mittit qui facultatem concederet.

Sed rex denegat.

circiter mille trāſmiſerat. Sed nōdum eo perve- nerat opus, ut arceri munimento tāta Luſitanorum vis poſſet, ac proinde repentino tantæ claſſis adventu perterriti milites, conſilio habito, de arce honeſtis conditionib. tradenda consētiunt. Dux ipſe, quo plus auctoritatis ineſſet legationi ad colloquium cum Acunia prodiit petebat uti ſibi ceteriſq; inſula excedere, ſuamq; ſecum exportare tuto liceret. Cui prorex ipſi quidē id petēti dare ſe dixit, reliquis permittētib. omnia, negavit. Hoc tam triſte nuntium in arcū relatum miſtam cū deſperatione irā in militum pectoribus accendit: hinc fero & infando conſilio uxores & liberos & quæ habebant cariſſima in unum congeſta tumulū, ea ipſa nocte ſuccēdētes, non ſine probris, convitiiſq; Luſitanum vario telorum genere ſuperne laceſſūt, etiam ante præfiniti ad deliberandum temporis exſpirationē. Ea commotus audacia Acunia expoſito milite à quatuor ſimul partib. inchoatam arcem expugnat. Variis inde locis atrociter dimicatum eſt. Dux ipſe cum occubuiſſet, haud inultus, fuga oēs in partes ilico fieri cœpta ſed pleriq; trucidati, pauci admodū in ſervitutē adducti. E Luſitanis deſiderati nobiles viri 17. vulnerati 120. quorum nonnulli poſtmodū exſpirarunt. Prætor cum circa eandem inſulam octo ferme dies in ancoris ſtaret, Dienſibus ſubmiſſa auxilia ducib: Muſtafa & Zophare, qui variis Luſitanos per Indiā exagitarunt modis. Turcica mancipia duo fuerant, Zofar Chr⁹ natiōe ſed oriundus ab Italia, Muſtafa. Neloponeſius

Ipſam expugnat poſt a-crem dimi-cationem.

Muſtafa & Zophar. Dienſibus auxilio miſſi.

InSo-

manno Ægypti præfecto per fraudem interempto (nondum enim Turcarum subiugum venerat Aegyptus,& grādi interversa pecunia, cum militibus fermè sexcentis Suezium petunt comprehensisque eo in portu navibus, in Arabiam expugnandi & obtinendi Adeni causa, traiiciunt (urbs enim hæc tam opulenta erat,) Ibi cum quintum iam mensem Adeni mœnia frustra tormentis quaterent, re infecta Diū petivere, biduo ante quam eò Acunia appulisset. præter sexcentos Turcas selectos, Arabas mille & trecentos,& præter minora tormenta, basiliscos æneos, egregiæ formæ tres in urbem invexere. Hoc tā insperato obsidio magnopere confirmatus est Tocan, cum paulo ante, Lusitanæ classis fama perterritus, ad deditionē haud dubie inclinaret. Exinde Mustafæ suasu emissa extra opidum cum pretiosis rebus imbellis puerorū ac mulierum turba, reliquos opidanos recensuit, inventi qui arma ferre possent, præter novos auxiliares, undecim fere millia, & oēs iā edicto iussi egredi ex urbe. Tū eodem hortāte atq; adiuvante Mustofa, stationes ad portas, in muris tormenta, vigiliæq; dispositæ,& sub præcipuas urbis vias acti & pulvere sulphureo cōpleti cuniculi quibus, si in urbē irrupisset hostis in extremam eorū perniciem ignis applicaretur & intra ostiū portus, quod ferrea catena claudi solitū, 73. triremes instructæ; dēiq; nihil omissū quod ad urbem præsertim à mari firmandā, tali tempore pertineret. Nonnius consulto ad Betelē interea trahebat morā, nuntium ab exploratori-

Tocaeos admittit & Lusitanos oppugnat.

Ad urbem applicat, ea si tum aedit ton m facit ramicatus.

ratoribus, quos ob idipſum ab Goa præmiſerat, de ſtatu rei Dienſis ibidē expectans. at neq; ipſi veniebāt, neq; nuntium aut litteras, quippe cuſtodibus ad oēs exitus appoſitis, mittebāt. ignarus ergo auxiliorū ſubmiſſorū, & omnium quæ apud hoſtes fierent, à Betele Dium ire perrexit; haud dubiè ratus, ad conſpectū tantæ claſſis, morum aliquē in urbe futurum aut deditionē. Vbi eo perventum eſt, vix dum in ſalo iecerat anchoras, cum ex omnib. repente propugnaculis in claſsē vis ingens pilarum emiſſa. è quib. inſpectante Nonnio, in ipsā prætoriā tres illatæ 80. librarum, magnam conſternationem fecere Inde ſubducta extra ictum claſſe, & omni ſpe non voluntariæ modo deditionis, ſed etiā pacis abſciſſa; cum ſpeculatoriis navigiis miſſi, qui è proximo, quoad liceret, luſtrata oculis, urbe, certi quidpiam referrent. Ii abraſo ad vitanda iacula littore ſenſim progreſſi, ingentem aſpiciunt pro muris hominum frequentiā, & navium multitudinem in portu paratā, & omnia telis atq; tormentis, micantibusq; cum ingenti ſono flammis horrentia. Simul animadvertunt non æque ab terra atq; à mari difficilem oppugnationem eſſe. Hiſce reb: cognitis, Acunia, quod in unam rem naualem intentus terreſtris pugnę machinas & inſtrumēta nequā advexerat, portus clauſtra perfringere, claſſemq; adoriri, & ſimul è navib. mœnia diverberare decrevit. In eam rem poſtridie cum tormentis maiorib. promota, centonibus & pluteis tectæ ſcaphæ complures triremib. ab tergo & ab latere adiunctis: quæ

Tormentariis p lu impetitur claſſis, & præſertim navis prætoria

Vrbem explorat.

Vrbem adoritur.

Portum oppugnat. quæ simul atq; per stragem aliquis daretur aditus ad irrumpendum inter violantia tela, militem audacter exponerent. ordine procedebãt, donec opidani tormentis ordines turbarent; nequaquam tamẽilli à cœptis desistunt, sed opidanorum semper expositi ictibus Lusitanis e contra è fluxo & instabili, prope in incertum tela mittentibus & damni ferme nihil inferentibus. Vlterius dum provehuntur, propugnatores & nautæ non pauci pene momento discerpti sunt; & quod vel inprimis oppugnantium fregit animos, omnia ferme tormenta, maioribus quam quos paterentur bolis, & nimia defatigatione disrupta. *Receptui canit in suorũ adem.* Hoc tam infelici successu perculsus Nonnius, ne milites remigesq; tanto cum detrimento densissimis hostium globis obiiceret, sublatis anchoris frendens gemensq; irrito conatu ad Betelem rediit. Inde Antoni o Saldania ad pervastandam Cambaicã oram cum parte copiarum relicto, ceteras ipse Goam reduxit incolumes, nulla re memorabili gesta. Ostendere forsan voluit Deus, non ab humanis hanc expeditionem viribus, sed divino pendere nutu arbitrioq;: nam haud multo post, Cambaiano sponte arcis ædificationẽ offerente, ut sequenti dicam capite, postulatorum compotes facti sunt.

Cap. XXVII.

Lusitani annuente Sultano Badurio rege Cambaiano arcem Dii construunt, deq; eiusdem cæde.

Docet divina auctoritas & experientia homi-

minum cœpta, ni ab eo qui cuncta dirigit, dirigantur, inania & vana esse, è contra vero si ab omnipotenti illa providentia moveatur, feliciter ad exitum perduci; quæ reb. modum tempusq; constituens, suam ter placideq;, valide tamen, quæ ante constituit, ad exitum perducit. Vidimus iam supra, quanto arcem Diensem extruere Lusitani conati sint studio, quæ ad rerum eorum per Indiam stabilimentum inprimis spectare videbatur. At quoniam minime Deo visum, tunc quidem eam ædificari, nec eo quo ipsi studebant modo ne hilum, tametsi totis conniterentur viribus, profecere. Iam quo rem direxerit Deus, modo, ut & ultrò insulani arcem exstrui rogarint, inquiramus. *Ni Deus cœpta nostra promoveat nihil ex voto succedit.*

Acunia Goam hibernaturus cum concessisset ineunte vere egregias tum in dynastas Malabaricos, tum in regem Cambaianum, partim suo ipsius ductu, partim Jacobi Silveriæ, quem ad oram Cambaianam investandam cū classis parte reliquerat, obstiturum, ne quis commeatus auxiliaque Dium inferrentur, opera, expeditiones suscepit. nō defuit officio Silveria, adeo & magna rerum penuria hoc anno, & maior sequēti, opidanos presserit. Maiorib. n. tunc virib. accessit propius, Pata, Patana, & Mangalor haud sine certamine capta & direpta ditatiq; hinc præda milites. Badurio novo Cābaiæ regi quē excellentiori nomine Sultanū dicebāt interioribus implicito bellis ad regni tutandos limites, haudquā vocabat opē ferre, quamvis adeo laboranti ore maritimæ, & Melicus, Tocā *Quid deinde gesserit Acunia Diu pulsus.*

Lusita-

Bazainum expugnat.

Lusitano bellum circumferenti occurrere satis non audebat, absente Mustafa, qui post repulsos ab Dio Lusitanos, in regiam cum læto nuntio ad præmia petenda, & venditandam in posterum operam suam regi contenderat. Tocam quidquid habebat copiarum ac virium partim ad vrbis Dii custodiam, partim ad muniendum Bazainum, summo studio conferebat, audito Lusitanos hoc velle adoriri. Nec eum fefellit eventus. Nam Acunia ardens dolore susceptæ, ad Dium Labis, ad eam eluendam, excidium Bazaini tacitus dudum apud se volvebat. Hic tum agebat Tocan; qui virbus diffisus fugâ dilabitur, cuius cæteri mox secuti vestigia. E Mahometanis tum in prælio, tum in fuga, cæsi quingenti & amplius; è Lusitanis non amplius decem. Omnia circumsecus vastata, arx Bazainensis funditus eversa, vix ut vestigium extaret, quod qui defenderent non suppeterent.

Item per Sosam Damanum & arcem.

Interim Martinus Alphonsus Sosa cum bis mille propugnatores ex Lusitania adduxisset, & Ioannis III. Regis auctoritate indici maris præfectus esset designatus, ab Acunia ad oram Cambaianam cum sexcentis missus est. Is ne nihil ageret, Damanum eiusdem littoris opidum supra Bazainum leucas ferme quatuordecim properat. Carebat id mœnib: atq; ob id ipsum opidani cognito classis adventu in montes diffugerant. Sed firmi operis arcem Turcæ admisti Resbutis (quæ gens latrociniis dedita Dulcindæ vel Carmaniæ fines attingit) 50. num. tuebantur

Turcis

Turcis tamen ferme omnibus trucidatis præter illos qui initio fugam inierant, eam Sofi expugnat, ac diruit, tum quidem inutilem. Inde victor totam Cambaicam oram, non sine magno terrore, Dium vsque percurrit.

Hisce ad Badurium perlatis, dum grauia aliis ex partib. bella imminerent, in quæ totis incumbebat virib. ne interim acrior ab tergo Lusitan⁹ instaret, oratorem petendæ pacis ad Nonium misit: scriptisq; & obsignatis conditionib. Regi Lusitaniæ Bizainũ, vicinasq; insulas, quo in numero Salsetanæ sunt, & partem insuper continentis attribuit. Quas prætor conditiones admisit, & regio nomine possessionem adiit, quæ & hodie Lusitani iuris est.

Pace cum Lusitanis facta Badurius, sese ad ceteras expeditiones accinxit. Duo tum à Septentrione hostes inprimis vrgebant, Crementina vidua, Sange regina, eximia specie, ceterum procaci & plusquã virili ingenio mulier, à prima ætate militiæ rudimentis imbuta, pugnamq; more Amazonum instar, intrepidè solita. Itẽq; rex Mogor Emmanpaxda, Tamberlanis Tartaro uno olim regis stirpe progenitus, Echebaris, de quo suprà egimus, pater & præcessor. Is Mandao dynasta sollicitante (cuius auunculum Badurius pepulerat regno) paulo antè in Cambaiæ fines valido cum exercitu irruperat. Inde sublatis animis Crementina, filii gerens tutelã, ... in ... vectigal Badurio abnuebat pẽdere, coactisque duob. equitum, triginta peditum millib. in regia sese continebat vrbe, cui nomen Citor

Hæ duæ maxime Badurium eo tẽpore distinebant curæ. Super iis cum aliquamdiu apud se deliberasset (nã alienis consiliis admodum rarò vtebatur) Sangæ reginam adoriri quãprimum, dein Mogorib. omni conatu obuiã ire cõstituit. Hinc magnã militum coegit manum, quemadmodum à Christianis cognitum est, q in eo ipso bello Badurii stipendia meruere. Equitum sub signis habebat 155. millia, è quib. erant grauis armaturæ triginta: peditatus quingentorũ milliũ explebat summã: in iis externi variarum nationũ ad quindecim millia. Turcas trecentos Mustafa ducebat, accesserant Christiani captiui, dẽptis ad militiam vinculis, non plus octoginta: quorũ erant L. Lusitani Galli reliqui, incertum quo casu Dobriga q̃ vocabant naui ad Cambaicas regiones ex Hispanico Oecano appulsi, & capti. Armorum telorumq; omnis generis vim ingentem, curulia tormenta mille admodum ex ære cuncta parauerat: in iis vastę magnitudinis quatuor basiliscos, intremente solo, centena singulos boum iuga trahebant. Hisce addita sulphurei pulueris pilarumq; plaustra quingenta, ac libratores ac fusoriæ artis magistri cõplures, cum omni iaculandi & conflandi instrumento. Ad hæc turriti elephanti duceni, aliorum sentẽtia octingenti. quaternas alii minores fistulas, maiusculas alii binas, totidemq; milites, dorso vectabant. Signato in stipedium auro argẽtoq; vehes onustæ quingentæ, & super hæc omnia Satrapæ ac dynastæ cõplures cum suis quisq; themagno comitatu sequebantur. Cũ hisce

Quas aduersus Sangæ reginam vires adduceret.

Illius copiæ & apparatus.

copiis è Mandoo regno ꝓfectus in Sangæ fines Badurius ad Citorem castra posuit. Ea vrbs, regni caput, edito loco tres leucas obtinet ambitu, sumptuosis admodũ ædificiis publicè ac priuatim ornata, mœnibusq; ac ꝓpugnaculis egregiè cincta. itaq; propter maiestatem ac pulchritudinem, Mundi vmbella (id. n. Citor gẽtis lingua significat) appellatur. Et quoniam, si vel ad muros ex inferiore loco succedere Cãbæus, vel fame subigere inclusos instaret: cum anceps oppugnatio, tum lenta fore videbatur obsidio, cõsilium cepit, magnis operib. machinisq; ex tuto vrbem adoriundi. Ergo ad vrbis radices, dẽsum ordinem trabium, qui munientes ab tergo protegeret, pluteorum vice defixit. post hosce pluteos breui tempore duas turres q̃ fastigio altitudinem æquarent mœnium, latas pedes L. è lapide & argilla excitauit, gradusq; ad adscensum exstruxit. In iis turribus inter alia tormenta disposita, cum neq; in aduersis propugnaculis quemquam consistere paterentur, & tectis ac delubris vltimũ hauddubie minarentur excidiũ. Regina alioquin ad defensionem parata, admoto hoc tanto terrore despondit animum: perq; notos colles cum liberis & familiaribus paucis clàm ex vrbe ꝓfugit. opidani frustra hostem aliquãdiu arcere conati, ad extremum perditis reb. in auri argentiq; & pretiosæ vestis aceruos, quos in idipsum ex publico priuatoq; collegerant, in rabiẽ conuersi, subditis ignibus iniecere se. tres ipsos dies incendium tenuit, ad septuaginta millia sexus vtriusq; mortalium per eam desperationem

Citor ẽ obsidio cingit.

Citor quid significet.

Regina fugit ab vrbe.

Opidani [illegible]

 absum-

absumpta. Sultanus vrbem ingressus ingenti lætitia aurea decorus veste, victricib. stipatus turmis, purpuratos amicosque nouis beneficiis ac vectigalib. auget: militi stipendia duplicat: seipse adeo magnifice & elate circumspicit, vt omnium regum vni sibi, qui Citorem expugnasset, vmbellę honorem deberi haud absurda quidem allusione iactaret.

Sultani Badurii arrogantia.

At Deus qui deponit potentes de sede, breui elatam Badurii arrogantiam depressit. Nam interea Mogor Emmaupaxda, Echebaris pater, Delio cum sexaginta equitum millibus, & peditatu ingenti egressus, Badurii fines deuastando, diripiendoq; ingreditur nemine resistente: nam feritatem eius veriti vniuersi fugam capessebāt. Horum certior Badurius, tāta correptus est formidine, vt in Mustafa obstitisset, in tutum se locum recepisset, tametsi bellatorum numero hostem superaret. Arraium ergo cum copiis veniens, comperto Mogores bello secum certaturos, magnis itineribus properare, ad mōtis radicem castrametatus est, hostis molimina exspectans. Mogor vt in castrorum Badurianorum conspectum venit, certamen offert. Habebat tum sub signis Badurius bis centum equitum millia quater centum peditum, quadringentos elephantos ad bellum edoctos, & septingenta tormenta curulia. Ea tamen viri fuit inertia ac metus, vt post aliquot manuum conserationes à Mustafa, qui ad Mogorem cum octingentis transierat equitibus. desertus, in Cambaiam, pretiosissima secum asportata gaza concesserit. Ergo Mogor castra

Emmaupaxda rex Mogor illi obuiam processit.

castra ingressus cũcta diripit, prædaq; ditati milites insolescunt. Interim Sultanus nulli hominum locorumq; fidens, barba ne dignosceretur abrasa, gregali cultu, perpaucis comitib. & parte gazæ Dium vsque contendit. Ibi à concepto pauore, de asportandis Mecam thesauris, qui superant, & regno relinquendo agitasse dicitur. Sed suorum hortatu retẽtus, dum hostes populando agro & egerenda è desertis vrbib. præda, morantur, & ditati spoliis Cambaianis patriam cogitant, (nam ad vsq; vnam montem, tribus à Dio leucis dissitum insecuti erant:) interim ad opem à Solimanno Turcarum tyranno petendã oratores mittere decreuit, & iis dona ad ipsum Turcam dare, quorum ęstimatio ad sexcentorũ millium aureorum summam ascenderet, ad milites vero quàm exercitatissimos, (nam id vnum ab Turca implorabat auxilium) mercede conducendos magnam pecuniæ vim, quorumdam sententia decies & octies centena aureorũ millia. Veritus deinde ne serum afflictis rebus id remedium esset, quodq; auxilio ad regnum recuperandum q̃ citissimè opus haberet, litteras legatumq; ad Martinum Sosam, Chaule tum cum classe agẽtem misit eumq; Dium inuitauit, rem q̃ permagni Lusitanorum interesset communicaturus. Sosa ergo id ꝙ erat suspicatus, quantocyus Dium instructo classe contendit. A Sultano benigne exceptus, militẽ in terrã exponit, inque ostii introitu castramentatur, hostẽ si forte insulã ingredi velit, repulsurus, ad q̃ pleriq; cõfugerãt cũ perditis & euersis reb. subditos nihil consoletur magis q̃ regis p̃sentia

Castra eius expugnat & diripit.

Dium Sultanus se confert.

A Solimanno auxiliũ petere statuit.

Mutato cõsilio ad Lusitanos cõfugit.

Sosa Dium venit.

Prorex, ad quem Sultanus item legatos miserat, dum arcis ad Dium ædificandæ potestatē facturum cōperit, modò suppetiæ afflicto ferantur, Simonem Fererium summa cum potestate ad Sosam mittit, simul & litteras, quib. illi conditiones ex rerum Lusitanarum honore & cōmodo sanciendas, copiam fecit. Triremes tum onerariasq; Indicas, cum vniuerso apparatu, cōmeatuq; instruxit. Appulerant iis forte diebus septem è Lusitania naues, pecuniam, arma, aliumq; apparatū militarem deuehentes, in hanc expeditionem vtiles futuræ. Sosa facultate data vsus, arcis exstruendæ copiam habuit, nouis vtrimq; fœderis & amicitiæ legib. in publicas tabulas testato relatis. Quorum omniū certiorem Acuniā reddidit, additis Emmaupaxdæ litteris, quib. Dium illi insulam daturū spopondit, modo bello abstineret, neutrasq; partes foueret. Acunia vero certa dubiis præferenda ratus, cum Badurio eamdem in p̄sens tenente, q̄ cum alio quolibet eidem tantum inhiante pacisci maluit.

Cum Badurio de arce struenda agit.

Indiæ Prorex Dii arce adipiscat.

Dium ergo anno MDXXXV. mense Nouem. cum nongentis veteranis appulit Acunia, quem p insulæ p̄fectum Sultanus excepit, q cum ille Sultanum cōpellaturus ad regiam properauit, quadraginta Lusitanis nobilib. stipatus aurea decoris veste q̄ Sultanus dono miserat. Stantes cū ipso egere (is.n. regulorum hic consuetudo) & aperto capite, donec cooperire iussi. prima cōpellatio, obsequiosis salutationib. & mutua vtrimq; auxilii sponsione transacto. Sæpius dein ad colloquium ventū & de arce q̄ citissime exstruenda

ſtruenda actum. deſignati cõmuni conſenſu fines eiuſdem, in extremo inſulæ promontorio, q; locus imminet in ipſum introitum portus, vt clauſtra maris hauddubiè Luſitani tenerent. Sacris ſollennib. peractis primum lapidẽ poſuit Prorex, aureis argenteiſq; nummis additis, in perpetuam rei ad Luſitanorum per Indiam firmamen tantopere facientis memoriam. ſuum quiq; duces addunt lapidem ſuo ſignatum nomine, miſſa in operarum ientaculum à Sultano duodecim aureorum millia; quib. etiã hanc ſibi ſtructurã nõ diſplicere teſtatus eſt. Præfecti manus cum ſuis admonere: hinc nõ fabris tantum & nauali turba, ſed ipſis etiam militib. & p̃fectis enixe rẽ adiuuantib. breui conſtructa: triquetra, vtpote in promontorium deſinens vti diximus, Loci eſt figura. iactis fundamentis ab aperto mari ad interiorẽ tumulum, in eo rotunda cœſpite ingeſto erigitur ante omnia turris, dodrantium nonaginta circuitu, vel ſeptenum & medii pedum diametro, duodecim ſingulis digitos aſſignando. Thomæa appellata: quod eius Apoſtoli, Indis venerandi, feſto die exordium ſumpſerit. murus inter promõtorium & turrim, ductus eſt pedum ſeptemdecim craſſitudine, altus ad coronam vſque viginti. inde rurſus ad alterũ inſulæ marginem continuata mœnia ſunt: qua rupes abſciſſæ portum attingũt. ibi turris altera exſtructa diametro pedum quinque. huic ab diuo Iacobo Hiſpaniarum p̃ſide inditum nomen: Inter duas turres, medio ferme ſpatio portã cũ lorica in vrbẽ aperiunt. Muris foſſa circumdata

Situs eiuſdẽ.

Sultani liberalitas.

Arcis deſcriptio.

q[illegible]ad ca[illegible]s & præcipitia tulere. Intra mœnia [illegible] præfecto præsidii militibusq; tecta mili[illegible] rex.[illegible] hæc Indiæ clauis. & ge[illegible] hoc seculo editorũ Sacinorũ theatrum, vndequinquagesimo die perfecta, nõ sine S[illegible] admiratione, dum mille quingentorum Lusitanorum opera molem hanc stare vi[illegible]. Cuius rogatu, à Nonnio, Vascus Petreius à S Palagio cum Lusitanis ducentis quinquaginta m[illegible], ad recuperandum in Cambaiæ finib. Var[illegible] oppidum Ind[illegible] fluminiappositũ, Sofa [illegible] de quo suprà, cum Turcis trecentis Mogores [illegible] & quinquaginta ipsum obtin[illegible] [illegible] dimicatum est host[illegible] egregie resistere. est vbi maio[illegible] prou[illegible] è classe tormentis mœnia quati cœpta, [illegible] viribus locum deseruere. Ita Vari[illegible] in Sultani potestatem redigitur. [illegible] in maritima Cambaiæ opida præcipua [illegible] Lusitanorum manipuli aliquot præsidii ca[illegible].

Huius [illegible] fama, è longinquo, vt fit, in ma[illegible] [illegible]ardarus Emmaupaxda, spoliis Cã[illegible] exercitum trahẽs domũ reuer[illegible] Patanes vel Parthos, hostem sollen[illegible] aduersus se manu al[illegible]sum conten[illegible], & [illegible] regnum Delium ingressum. Hinc o[illegible] in Cambaia conquisitorum possessione de[illegible] duob. duntaxat in locis præsidium firma[illegible]. Deus ergo iustus iniquitatum vindex, illius superbiam nequitiamq; castigaturus, vinci illum & castris exui permisit: vix vt effugii locus daretur.

[illegible] Ita momento mundi sublimitas deiici-
tur, vt qui cœlum vertice ferire videbantur, ad
infimas miseriarum abyssos momento deuol-
uantur exemplo sit huic monarchæ: qui tot po-
pulos imperio premens, & vniuersorum terror,
eo ærumnarum redactus est, vt vicinorum ope
regno petierit restitui. A rege namque Persarum
auxilium afflagitans ea suscepit conditione, vt mo-
do Mahometanam ex Persarum expositione le-
gem sequeretur. Quam ille admittens, Patanes
regno, vt alibi diximus, exegit.

A Persarum rege opem efflagitat.

Sultanus, vt Mogores comperit, domum ab-
iisse, [illegible] cum Sosa, opida nonnulla hostili et-
iam [illegible] præsidio firmata recuperaturus, pro-
fectus, Cambaiæ vniuersa, breui nomen Mogo-
ricum, Lusitanorum ope deleuit, quibus ille
pro insigni hoc beneficio, gratiam rependit;
qui tamen in humeros suscepisset onus, ignarus.
At haud multo post agnoscentem fac[illegible] pœni-
tuit. Mannio siquidem Goam arce perfecta an-
ni M D XXXVI. initio reuerso, & Emmanuele
Sosa cum nongentis Lusitanis ad arcis præsi-
dium relicto, simul & tormentis quæ nauibus
[illegible]: Sultanum, Badurium, vel ab ingenii le-
uitate, vel quod Prætor non pro spe copias ad
persequendum bello Mogorem [illegible]
[illegible] cœpit indomitæ gentis in suum regnum
admisse. [illegible] ergo D[illegible] præf[illegible],
[illegible] per spec[illegible] ædili[illegible] regni [illegible]
[illegible] Persidis & Arabia [illegible]
[illegible] modico interuallo [illegible]

Badurius regno restituitur.

A circum-[illegible]

Arcem & oppidum intra murum exstruere vult.

p̃endat. Sed aliud non spectabat q̃ vt vallis propugnaculisq; hic exstructis, arcem hinc Lusitanam premat, sibiq; pulso p̃sidio vsurpet. Id cum se Lusitani passuros negarent, q; ex eo munimẽto periculum ingens immineret arci: elatus iracundia Sultanus ob Ninarai impeditum opus, conuitia in eos & minas intemperanter effudit: dein simulata rursus amicitia, incautos adoriri, atq; adeo prætorem ipsum, vt ferunt, simulatq; rediret ad epulas inuitatum, opprimere statuit. Super hæc ad distinendas q̃ maximè Lusitanas vires, missis clàm litteris nuntiisq; Zamorinum ceterosq; eius oræ dynastas in Lusitanum instigabat nomen. Prætor plurib. ac minimè obscuris indiciis fraude cõperta, ineunte sæculi superioris anno 37. nauibus triginta, in quibus erant Lusitani quingenti, Dium iter direxit, per speciem arcis inspiciundæ.

Indiæ reges aduersus Lusitanos incitat.

Eodem cum sua classe Martinum Sosam ex ora Malabarica subsequi iubet, rem & molimina suo tempore aperturus.

Illius molimina Lusitani præuerterunt.

Cum ergo in Diensi portu sub arcem iactis anchoris, Prætor morbum egregie simulans, regi salutem nunciari iussisset: ac se quominus ad eum adiret valetudine prohiberi: Sultanus nimirum ad suas tegenda consilia, vltro ipse parua biremi, ad inuisendum in prætoria Nonnium accessit, venatorio amictu viridi. Vehebantur eodem nauigio præter Emmanuelem Sosam (quem ipse p[illegible]a ex arce euocarat) Satrapæ vel amici non amplius tredecim, p̃terea pueri duo, regium pugionem vnus, pharetram alter & arcum de more gestabant. Lembi quatuor cum cetera familia

Quomodo India Princeps [illegible]

milia sequebantur. Vbi ad prætoriam applicuit, conscendent Nonnius aperto capite obuiam ad scalas magna cum obsequii significatione ꝓgreditur: acceptumque perhonorifice, in puppim instar cubiculi regio apparatu exornatam induxit: ad tempus cum eo collocutus. At vitæ [illegible] suspicatus Sultanus insidias, Prætori ilico valedicit, ad scalas abeuntem comitanti [illegible] in biremem saltu se misit periculo defunctum vana opinione confidens. At Nonnius, quasi omni hospitii religione iam solutus, illo prætore egresso, confestim suos aspera voce uultuq; cessatores increpitat. Illi, dudum ad cædem instructi, in expedita nauigia extemplo dissiliunt, cõtentoq; remigio Sultanum intra Lusitana p̃sidia classemq; deprehensum inuadunt. alii ab lateribus circumsistunt. Atrox circa regem pugna coritur, multi vtrimq; vulnerantur aut cadunt. In eo tumultu armatæ celoces regiæ tres à Mangalore superueniunt, in quibus erant mercenarii Turcæ complures. ii vt regem in extremo discrimine circumuentum videre: haudquaquam [illegible], ad eum eripiendum per media hostiū tela nauesq; perrumpunt. neq; à prælio absistere quoad affluente in singula momenta maiore Lusitanorum numero ad vnum omnes interfecti sunt. Interea regiam nauem promiscua cædes vacuam opibatis fecerat. Rex ipse vulnere accepto [illegible] b. instabat. iam [illegible] erat [illegible], cum [illegible] b. duo [illegible] deceperunt inde biremis, [illegible] vadis inhæsit, neq; figu-

Prorex illius strui insidias.

Sultanus [illegible] in mare [illegible]

segniter Sultanus ad vicinam salutē in mare desiliit. Sed nimirum frustra eluctanti extremus aderat dies: inter enatandum affecto corpore, cū in aduersos fluctus aliquamdiu tetendisset, deniq; ad Lusitanum actuarium, cui præerat Tristanus Paina Scala. itanus, ipso aquarum impetu abripitur. Ibi spem inter ac metum cum ingētib. promissis ac precib. vt reciperetur, qua re. ē, qua Sultanum se clamitans, miser, dum illi remum ad euadendum porrigit Paina, præter exspectationem, à quodam è nautis infimæ sortis homine conto seu hasta capite illisa conficitur. Exanime corpus cum diutius fluitasset su. sidit deinde, neque vmquam apparuit.

Occiditur conto.

Sultani mors peracerba, iusta tamen.

Ita opulentus in primis Indiæ regum, cū nuper maria terrasq; sui nominis terrore complesset, peremptus est. Peracer. a hauddubie mors: si genus leti spectas, vt qui suorum in conspectu ab iis demum quos ma na mercede cō duxerat, & qui. arcis exstruendæ â qua regnum vniuersum dependeret copiam fecerat, occu uerit: tamen si eiusdem nequitiam peruersitatemq; intueare, æquissima. vitiis.n. omnib. à pueritia deditus fuit, numinum contēptor, crudelitate notus, æque sui pdigus & rapax alieni: multos per calumniā omnib. fortunis euerterat, multis beneficia dederat idem ademeratq;: multos etiam ex amicis, in iis duos Iasii fidissimi clientis filios, vt Diū inde reciperet, omnib. tormentis excruciatos necarat, idque eo quo occubuit ipse postmodū loco, vti nonnulli sentiunt. Ergo tot scelerum sibi conscius, adeo oēs homines suspectos ha. e-

Illius mores vitiaque.

habebat, vt cibum suis ipse sibi pararet manib. perq; summam indignitatem principis simul & coqui munere fungeretur: quo magis mirandũ est, ad inuisendum Nonniũ venisse tam exiguo comitatu, & Lusitanis quos toties hostes sense-rat, & quib. ipse perniciem haud obscurè machinabatur, semet stolida temeritate permisisse. sed mentem illi abstulit Deus; quo dignam de scelerib. vltionem sumeret Badurii mors non tam interfectorib. gloriosa, q̃ læta suis fuit, fœdã q. pe in populares tyrannidẽ exercuerat. Morte ei⁹ vulgata, magno impete portis erũpunt, dũ metuunt ne à Lusitano p̃sidio opprimantur: tanta quidem temeritate, vt nonnulli in exitu oppressi exspirarint. Acunia ergo Sosarẽ captũ sauciũq;, dũ Sultanus mactaretur, ad opidanos misit, qui fugientiũ impetum sisteret, incolumitatẽq; ꝑmitteret. cuius auctoritate, q ciuium primarius & antesignanus, è fuga retracti omnes.

Mors eius Lusitanis parum gloriosa.

Sublato Sultano tota insula in Lusitanam ditionem extemplo concessit. custodes ad castella tuenda, itemq; vectigalib. in portũ exigendis ad Dium atq; ad Rumępolim (nam eo quoq; facili appulsu Arabum commeabant naues) Scripturæ magistris à prætore dispositi. In regiis thesauris haud ita magnum pecuniæ inuentum: in horreis vero & armamentariis, commeatuum & instrumenti bellici omnis generis ingens copia. In naualibus etiam haud exiguus nauium variæ formæ numerus. omnium in codices à quæstoribus regis Lusitaniæ nomine, relata. Acunia, qui tum etiam Proregem agebat, non

Vrbem insulamq; occupant Dienses.

non multo poſt, cõtra omnes belli caſus, arcem ab vtraq; parte, qua in mare vergit, muro circũdedit: & è vaſto ſpecu, in quẽ medio ferme ſpatio tellus receſſerat, admodum, capax effectá ciſterna: & euerſa Rumæpoli, ꝙ ad eius præſidium, copiæ non ſuppeterent, eius loco nouum ꝓpugnaculum excitatum eſt, ꝙ vniuerſæ inſulæ ſpeculæ erat loco. centum viginti hic Luſitani pro p̃ſidio relicti in arce vero Dienſi ſexcenti, cui, viri & toti inſulæ Antonium Siluerium p̃fecit, qui in eadem tuenda non multo poſt egregiam eſt laudem, vt iam iam commemorabo, cõſecutus.

Arcem muniunt.

CAP. XXVIII.

Bina arcis Dienſis referuntur obſidia, vnum a Cambaiis alterum à Turcis.

DEum, omnipotenti ſua prouidentia, Luſitanos in loci huius ad rerum ſuarum firmamentum fideique per Indiam conſeruationem adeo neceſſarii poſſeſſione confirmaſſe, & aduerſus potentiſſimorum non modo Orientis, ſed & orbis regum Turcarum, inquam, Tyranni vires defendiſſe, manifeſtum eſt. Hinc bina ab ipſis hoc in loco tolerata obſidia, paucis, omiſſis minutioribus, quas alii ſcriptores referunt circumſtantiis, recenſebo.

Primum anno ſuperioris ſæculi duodequadrageſimo, non multo poſt Badurii obitum cõtigit. Vulgato Sultani caſu Cambaiæ proceres Mamudium puerum, eius ſorore genitũ creant regem. rectores pueritiæ, iidemq; tutores regni tres adiũcti. Hi tametſi vltro ad Badurii vltionẽ pro-

Mamudius Cambaiæ rex à Satrapis conſtituitur.

propenderent acriores tamen ſtimulos ſubdebat Sofar Dii cõmorans. qui poſt Nonnii Acunæ Goam profectionem, omnib. rebus ſuis miro ſilentio in tutum auectis (& erat totius ciuitatis longe ditiſſimus) ad vrbem Madabã ab Dio contendit, vbi tum cum tutorib. agebat Mamudius, iamque ad bellum ſponte inclinatos, facili negotio perpulit, vt omni conatu ad pellendos ex arce Luſitanos incumberent. Confeſtim habito delectu de arce obſidenda pellendoq; p̃ſidio, priuſquam maiores apparatus compararet, interſe agitant. Conſcripta decem peditũ, quinque equitum millia: Alucan regiorum tutorũ vnus, dux iis copiis datur. Præterea Sofar egregiæ virtutis pedites ter mille, equites mille ſuo ære conduxit. Pari ferme imperio vterq; ex vrbe Madaba profecti, non longe ab Rumæpoli caſtra locant. Sofar nouum nec dum omnino abſolutum caſtellum cum ſuis magno impetu adortus, dum muros incautius ſubit, altera manu plumbeo globo transfixa, prælio exceſſit. Eo vulnere ſpatium Luſitanis datum perficiendo caſtello, itemq; ciſternæ, intra arcem, conuectis e vicino aquis, ad iuſtam altitudinem implendę, noctu diuque annitentibus.

Mortem Baduri vlturi, arcem Luſitanam obſidere hi ſtatuunt.

Sofar caſtellũ obſidet

Vulneratur & recedit.

Interim Alucan ſua communiit caſtra, q̃ ex oppoſito inſulæ in continenti locarat, vt hinc infeſtaret tormentis omnes, qui fretum, terram inter & inſulam intercurrens occupare, illique commeatus interdicere conarentur. Primo. n. conſilium Antonii Silueirii fuit totam inſulam tueri, atq; ob id ipſum nauarchos aliquot, cum ſuo

quemq; mãipulo, ad loca idonea toto freto disposuit, qui transitum hostium ex cõtinente impedirent. At cùm ꝓmotis munitionib. Alucan fretum omne tormentis infestum faceret, nec possent sine pernicie Lusitani diutius in ea statione perstare, nauib. insuper aliquot tormentisq;, alieno sane tẽpore subitæ procellæ impetu amissis: Anto. de suorũ sententia deniq; relicta insula, nauarchos in arcem recepit. Cõfestim ergo hostes libero transitu summa ciuiũ gratulatione in vrbẽ admissi. Alucan regiis in ędib. ꝓcul ab hoste consedit. neq; in aleam pugnæ, grandi iam ætate vir, sese facile committebat. Sofar ꝓpe arcis mœnia locum cepit atq; communiit. Inde per occasionẽ leuia certamina ferι cœpta, quib. ferme superior Lusitana res erat: duce plerumq; Lupo Sosa Cotinio, q postea totã hanc obsidionem duobus libris diligenter est prosecutus.

Alucan cũ [illegible] in [illegible] & vrb. in Diem [illegible].

[illegible] Deus [illegible] in mare Indicũ mit[illegible] & quare?

Dum hæc in Cambaia geruntur, Solimannus Turcarum tyrannus interea aliis aliisq; Badurii nuntiis precibusq; fatigat⁹, ac demũ de eiusdem per nefas cæde ab vxore vidua & profuga coram edoctus non tã ad lacessendũ bello Mogorem, vti petierat cõiux, q̃ ad pellendos ex India Lusitanos qui coniugem eius interfecerant, & orientis regna ad suũ imperium adiungenda, conatus omnes adhibuit. Quod ille longe existimauit facilius q̃ alias quas in Europa feliciter susceperat contra Christianos expeditiones. Classem ad Suezium, cura pfecti loci ædificatam & instructam habebat, maiorũ nauium (quarum pleraq; ramis agebantur) ad sexaginta quatuor, ad

Ad quas dein accessere Cambaicæ septem, Malabaricæ tres: in vniuersum LXXIV. Ei classi cũ summa potestate præfecit Solimannum Aglium Peloponnesium, præsidem Aegypti [illegible] remigum ad 7 millia bellatorũ sex [illegible]: in quib. erant Ianizari seu p̃toriani mille quingenti, Turcæ bis mille, aliarum gentium [illegible] maxime [illegible] excellentes: qui & militum, vbi opus esset, & nautarum partes obirent. Solimannus e- [illegible] per viam cum crudelitatis tum perfidiæ argumentis, cum classe, tametsi è Turcæ ipsius mandatis Goam primò intenderat cursum, tamen mutato postmodum consilio, Dium flexit, haud dubius quin facili negotio Lusitanam esset expugnaturus arcem, ac simul potitur' insula magni ad vniuersam Indiam obtinendam momẽti, & Cambaia, & vniuersa demum India. Qua tota de re cum litteras iam dudum ab Sofare accepisset, Sufarem deinde ipsum in itinere ad leucas ab Dio circiter quidecim obuium habuit, cuius consilia secutus est. Interim Siluerius cæterique Lusitani non destitere, sed de classis [illegible] aduentus certiores redditi, quib. poterant viribus aduersus rabidos hosce canes, iuratos nominis Christiani hostes, sese compararunt. Vt igitur in conspectum ingens hæc classis venit, magnoq; [illegible] & arrogantia portum inuehitur, [illegible] qua [illegible] copia, vigilias intẽdit, custodias auget, munitiones instaurat, & annonæ [illegible] [illegible] constituit. Inprimis vero ad [illegible] supplex maiestatem confugit, eius opem [illegible] precibus implorans, suppli-

Solimannus [illegible]

S[illegible]mannus [illegible] [illegible] Dium appellit.

Antonius Siluerius Dianæ arcis præfectus.

[illegible] [illegible] [illegible]

cationibus magna pietate institutis, quibus ipse pene semper intererat vti & sacro quotidiano armatus & hostile vibrans. Solimannus vero iactis in salo anchoris septingentos ad tentandam arcis oppugnationem prætorianos in proximũ littus exponit, ii, misti sagittariis egregio ornatu fistulatores, cum ad mœnia subissent, repentina missilium vi sex è Lusitanis occidunt, viginti consauciant. neque segniter ab inclusis reddita iaculatio est. Ianizari quinquaginta interfecti vulnerati complures. Ceteri, minori [illegible] venerant animis ad Sofaris munimenta se recepere. Per eosdem dies, transuerso cum sordidis nubibus Austro, classis Turcica propemodum ad terram alliditur. Eo metu Solimannus ad Madrefabæ portum, leucas vltra Dium quinq; processit. Descendenti paratus iterum ad omne obsequium præsto fuit Sofar. Cum eo Solimannus consilia de totius belli ratione, atque adeo de ipsius Cambaiæ occupando regno communicat. Eodem fere tempore Alucan haud leuibus argumentis suspectum habens Turcicum scelus ac dominandi libidinem cum parte copiarum, omissa obsidione in mediterranea loca secedit, regemque Mamudium & rectores de suo consilio per litteras edocet. Rex & factum probauit, & missis circum populos & dynastas edictis, ne quidquam expostulante Solimanno, commeatus in castra subuehi vetuit. quæ res nõ paruo Turcis impedimento ad victoriam fuit. Non propterea: tamen ab oppugnatione destitere arcis. Redeuntes enim in Castra Solimannus & Sofar exposito milite, muralibusque tor-

Primus impetus Ianizarorum repulsus.

Tempestate cogitur Solimannus ad alium portum concedere.

Alucan cũ suis inde recedit, & quare.

[illegible]

[illegible]entis, Dium terreſtri itinere accedunt, & operibus ad ſtatuenda tormenta inſtant. Illud etiam incendiariæ machinæ genus ab Solimanno excogitatum. Vaſtæ magnitudinis ad onera tranſuehenda nauis erat in portu, Badurii olim fuerat, ſed iā nullis apta vſib. aquis innatabat. Huic naui præcelſam ex arida materia pyram pice, ſulphure, nitro, aliiſq; ad fœtorem ſimul & fumum excitandum rebus, imponunt. Conſilium erat, ardentem ſtruem in marinum propugnaculum æſtu reciprocante demittere, vt vel præſidiariis flamma tetroq; vapore ſpiritum intercluderet, vel certe dum exſtinguendis ignibus occupantur, inter eam trepidationem atq; caliginem Turcę ſcalis in muros euaderēt. Verū ad eā [illegible]one, quo tāti ponderis machina innatare fluctib. & muris applicari poſſet, mini[illegible] ū expect[illegible]da erant ſumma maris incrementa, (quas vulgo nautici aquas viuas appellant.) Ea re animaduerſa Lusitani, vltro nauē incēdere, & illud exitiale commentum amouere conſtituunt.

Animoſe [illegible]citeq; ſine vlla pernicie à Lusitanis ignis iniectus. ſed nō fefellit ea res excubias [illegible] [illegible] ſtationib denſæ pilæ in [illegible] [illegible] [illegible]ā re [illegible]fecta red[illegible]ūte[illegible]. Sed v[illegible]ib. [illegible] globis retro vnde venerat [illegible] [illegible] [illegible], Dedluos [illegible] gēte. Ea ſpe deluſus Turca [illegible] [illegible] magna parte exercitus, ad Rumei caſtelli [illegible] [illegible], haud [illegible] Di[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] barbari, ſuperius machinas [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] vehementer [illegible]

Solimānus machinam incendiariā aduenit ad arcem inuadendam.

In nihilum eā redigunt Lusitani.

Castellum [illegible] Solimanus inuadit.

noctu diuque nullam obſeſſis quietem indulgerent. Quod tametſi Luſitani animosè defenderent, tandem tamen parte muri diruta, cū hoſtium multitudini vltra obſiſti non poſſet: ſaluis præter arma rebus atque corporib. deditionem fecere. tantus fuit Turcarum, pactis conditionibus, intrantium ardor, vt conuaſandi ſua tempus Luſitanis. Vt conſtitutum erat, non concederent, ſed in captiuitatem traherent, initio hi comiter accepti, ſed iiſdem poſtea in reditu ab ira male geſtæ rei, capita præciſa dicuntur. Ita qui perfidiſ fetiſque ſe credunt barbaris, haberi tractarique vulgo ſolent.

Tandē Luſitani ipſū reddunt.

Turcarum perfidia.

Capto Rumæo caſtello in vnam Diēſem arcem tota belli moles incubuit. Maiorib. primū tormentis per dies aliquot terra mariq; ſine intermiſſione muri quatiebantur, Luſitanis prolapſa reparare vix ſufficientibus: ſed tamen vbi quid procidiſſet, impigre obmolientibus. Aſpera dein prælia promoto ab hoſtibus aggere vineiſque commiſſa. acti vtrimque curriculi, qui Luſitanis ad turres graue incommodum crearunt, tamē tam ſe animoſe ad ſingulas irruptiones defenderunt, vt ſemper ſuperiores euaderent. Solimānus ergo tam diuturni obſidii moram minimè ferens, inſignem atrocemq; dimicationem inſtituit. Triplici acie deinceps ad mœnia ſucceſſerant Turcæ. quatuor ipſas horas mira contentione certatum, ac tantus fuit ardor animorum, vt recedere nollent, nec ſi voluiſſent, niſi cum capitis periculo potuiſſent. Solimannus licet ab hominis adipe pinguior,

Ariē quatit ſed fruſtra.

Dimicatio generalis.

[illegible] Luſitanæ.

arma-

armatus tamen equo inuictus omnia obibat: iamque graues fustigationes retro cedentibus infligebat, vt destituti in terram sensibus prolaberentur. Tum vero suum Lusitani robur animumque patefecere, vt Lusitanus fistulator, assidua neque irrita iaculatione iam loculis pilarū exhaustis dentem excusserit sibimet, raptimque in fistulam inditum plumbi loco in hostes miserit. Solimannus vbi ludi operam & cuneos minui vidit, cecinit receptui. E Turcis quingenti eo die desiderati vulnerati circiter mille. è Lusitanis fortissimi viri cecidere quatuordecim: è reliquo numero partim ambusti partim grauiter vulnerati adeo multi, vt non plus quadraginta idonei ad sustinenda arma superessent. Iamque ad extrema ventum erat, vna cum viribus annona quoque & tormentarius puluis & pleraque instrumenta belli defecerant. Vicit nihilominus pertinacia Lusitanus, quod nulla vi, nullis cladib. non modo ad arcis deditionem sed ne ad pacis quidem mentionem adduci potuit: ipsis quoque fœminis puerisque supra sexum & ætatem omni ope adiuuantibus viros, eosque ad certamen ac decus & oppetendam in Christiana causa mortem adhortantibus.

Obsessi haud propter inopiam arcem dedere nolunt.

Inter hæc ab Nonnio Acunia, dum ad subsidium inclusis ferendum reliquam ornat classem, celeriter præmissæ liburnicæ [illegible], ad [illegible] accedebant noctu, quaternis in singulas puppes luminibus ad speciem augendam haud frustra [illegible]. Eo quippe terrore Turcæ perculsi, [illegible]

India Turcæ auxilio [illegible]

 emissa,

missis, sine vllo prorsus progressu Sofarem execrantes vrbem incendunt, & noctis intempestæ silentio conscendunt naues arctioris etiam in dies commeatus, & imminentis hiemis pauore perterriti & nobis acriter mensibus in obsidio consumptis vela dant in Arabiam tāta cum trepidatione, vt saucios quingentos & magnam tormentorum partem, fœde reliquerint, ne æquo diutius iis conuehendis detinerentur. Sofar quoque cum suis in loca remotiora discessit, sine vllo ordine ac disciplina militari. Is dies fuit festus Sanctorum omnium, quo castra deserta & copias remotas videre Lusitani: quod illi cū Siluerio nuntiassent qui tum anxius erat, mox in genua prouolutus Deo gratias egit. Is ergo equos insterni iubet, vniuersaque insula repertos hostes neci dari. Hinc cum in saucios illos, quos diximus relictos, incidissent, suam in illos aliquāto tempore exercuere rabiem. Sed furorem cohibente Siluerio reliqui in seruitutem asseruati. Quidquid etiam in tentoriis Turcicis repertū est, sanè non exigui pretii, vnum in locum coaceruatum. Insulam ita totam Lusitani sine certamine recepere. Inclyta per eas gentes ea fuit victoria, bonamque Asiæ atque Africæ partem, Europamque pene totam, noua cum nominis Lusitani laude peruasit. Ergo Franciscus I. Galliæ rex magnus virtutum æstimator, captus admiratione Siluerii, pictam eius imaginem è Lusitania postmodum expetiit, præstantium victorum ac ducum tabulis inserendam. Is porro primi obsidii fuit exitus.

Solymānus obsidione soluta in Aegyptum redit.

Non

Non minus admirabile & illustre secundum fuit, anno XLVI. seculi elapsi institutum, atq; hoc contigit modo. Solimanno in Aegyptum re irrita & spe frustrato reuerso, ecce Nonnio A cunia Diensibus auxilium adornante, appellit e Lusitania Garcias Noronia à Ioanne III. successor eius designatus cui ob Turcici belli famam armatorum septem millia tribuerat rex, dederatque in mandatis. pacem cum Cambaiæ rege Mammudio & amicitiam contrahere, sed Diensem non cederet arcem. Ergo Noronia gubernaculis rerũ acceptis legatos de pace ad Mamudium mittit. Aegrè ea impetrata. Nam etsi rectores iam tum propensi ad quietem & otium erant, duæ tamen faces regem adolescentem assiduè ad vlciscendam auunculi cædem omni arte incendebant, Badurii mater & Sofar, pro ea quam de Lusitanis sumere volebat vindicta, tamen assensum necessitate rerum in præsens premente, præbuit, & in has maxime pax conuenit leges. Vti portum arcemq; Lusitanus, reliquam insulam & opidum Cambæius haberet, dimidiumq; Portorii caperet. Eidem quandocunq; libuisset portu exire ac intrare liceret, & murum è regione arcis ducere, veruntamen remoto ab arce & nequaquam suspecto præsidiariis loco.

Garcias Noronia ... in Præturam.

Pacem cum Mammudio init.

Diu firmata pax fore sperabatur: at rex anxiæ ... stimulis agitatus, ad recuperãdũ ab Lusitanis B... insuper insulis, quas ... Badurio Lusitanis cesserat, ... nouo

Rex ... ...

 fœdere c

[illegible]dere cautum de iis, & præfecto [illegible] re-gno, abscindere non licuisse d[illegible]eret, præfectos cum modico exercitum misit. Verum Noroniæ auspicio, cum iis ab Laurentio Tauora, quem [illegible] cum copiis miserat, minutis aliquot prælijs, prospero fere semper euentu pugnatum est. Cambaiani ad extremum fessi bellicis incommodis, vltro pacem à Laurentio petiere: neque ea concessa, per vim omnes haud sine magna clade ex iis locis exacti. Tandem pax [illegible] quæ sex ipsis stetit annis.

[illegible] Hoc Mamudius, & Sofar spatio amicos se Lusitanorum per speciem ostendentes, beneuole benigneque eos habent, & miris sibi obsequiis deuinciunt: rex imprimis, qui omnes bello captos & perfugas noxiosque iisdem ad supplicium reddit. clam tamen vterque in Lusitanorum conspirarat perniciem, fictoque hac amicitiæ velamine consilia tegebat.

[illegible] Primaria fax erat Sofar, qui hoc interim tempore [illegible] Mamudii adulta iam ætate regnum [illegible], vt omnium arcanorum non [illegible] modo, sed pene moderator & arbiter. Is post acceptas à Lusitanis iniurias [illegible] ab vrbe Dio Solimanni [illegible], [illegible] simulandi magister amicitiam cum Lusitanis, [illegible] verborum officiis humanitateque [illegible], [illegible], donec per [illegible] colligeret, quo incautus opprimeret, [illegible] per [illegible] s per [illegible], & mulie[illegible] [illegible] animo conatus ad [illegible] Badurii manes, delendumque

dumque ex India Lusitanorum omne nomen, ac-
pellatur. In eam rem, præter veteres copias, no-
uos quotidie variis è nationibus milites, duces-
que belli peritos, ingentibus præmiis conducebat. *Parat bellum rex.*
iam in disciplinam tirones & collecti tradeban-
tur. fabrorum artificum ac munitorum quam maxi-
ma multitudo cogebatur. ac præter ceteros
machinatores egregii quinque à Byzantio vrbe
conducti, menstruo in singulos trecentorum
aureorum pacto stipendio. Sollicitati occultis
legationibus Indi reges ac principes ad Lusita-
nos locis omnibus pellendos: sibi esse certum
[illegible], primo quoq; tempore Diensem arcem
inuadere: si vnà cuncti consurgant, libertatem-
que respiciant: tam exiguam profecto manum,
ab ope domestica toto pene terrarum orbe dis-
clusam, nullo negotio obrui posse. Cum eius-
modi [illegible] mandatis dimissi quoquo versum le-
gati: & omnia hæc interim clandestinis agitata
consiliis alto silentio legebantur. Vniuersæ cō- *Id se præten-*
parationi [illegible] q; delectibus probabili sanè cō- *dit esse ad-*
mento prætendebatur imminens in singulos *uersus rege*
annos Patanio regi bellum, qui cum propter vi- *Patanum.*
cinitatem, quotidianæ discordiarum causæ non
deerant. Cum Lusitanis hæc omnia paraben-
tur [illegible], imo ad [illegible]
[illegible], de [illegible]
[illegible], de numero [illegible],
[illegible]
[illegible].

[illegible] *[illegible]*
[illegible]

[illegible]

centos quinquaginta dũtaxat, redacta erat pſidiariorum ſumma. etſi. n. Noronia nongentos, ꝙ permagni loci huius intereſſet, hic pro pſidio poſuiſſet: tamen ꝙ nullus belli eſſet metus, pacem poſtremam firmam fore vniuerſis credentibus, huc illucq; ad mercimonia plerique diffugerant. Nam inani hac fiducia diuturnæ pacis, diſciplinæ bellicæ ſtudium ad mercaturam quæſtuſq; conuerſum, & qui cum Maſcarenia manſerant priuata magis munificentia ac comitate, q̃ auctoritate imperii vel ſacramenti religione retinebantur. regius erat fiſcus vario ſumptu & fraude multorum exhauſtus. claſſis in naualibus interna vermium labe ac ſitu corrupta: nautæ remigeſq; neglectis cuſtodiis infrequentes: milites è ſtatiuis atq; præſidiis, cauſati ſibi ſtipendia non pernumerari, plerique diffugerant, atque arma flagitio ſe vendiderant.

Ioannis Maſcarenia hoſtis. [illegible]

Annonæ & apparatus bellici inopia.

Ibidem adſeruabatur puluetis tormentarii, ſi acrior inſtaret neceſſitas, ꝙ vix vnum in menſem eſſet ſatis: ac ne frumenti quidem vel oryzæ & reliqui commeatus ex ante conuecto atq; ſepoſito copia ſuppetebat. Hinc hoſti accreſcit adoriundi animos & belli breui conficiendi ſpes. Horum certior Mamudius regum exterorum, præſertim qui mare accolunt, pertentare animos denuo voluit, miſſis legatis. Iis auditis reges alii pecunia & milite iuuere Cambaeum: alii rei euentum expectantes ſe non mouerunt. Rebus ergo copiiſq; comparatis Sufarem ſummæ rerũ ampla cum poteſtate præfecit. Rumecani Sofario rei tormentariæ procurationẽ attribuit. hiems

Mamudius copiis præducit [illegible] Sufarem [illegible]

biems cuius initium in iis locis est à Kal. Aprilis, anni M D X V I. ad obsidionem arcis delecta, vt ipsum anni tempus, præclusa nauigatione, Lusitanos maritimis, quæ vna supererant, auxiliis prohiberet. Tum enim nemo nisi summo cum discrimine mare conscendit. Re[illegible] us ita consilium ad earum suspicionem, quoad fieri posset, auertendam, rumorem insuper è composito dissipant, vrbem Dium & insulam Sofari pro amicitia donatã ab rege, vti olim Iasio, in eamq; possessionem Sofarem breui esse venturum, & copias, ne quis oriatur tumultus vt eiusmodi in rebus fieri amat, adducere. Quin & Sofar ad Mascarenium dat litteras, quibus eamdem sibi donationem confirmatam asseruit. Si fallat, diras omnes in se caputque suum, fortunas ac liberos imprecatur.

Enimuero tum suspicari Mascarenias cœpit subesse fraudem, atque ad Lusitanæ arcis excidium ea cuncta spectare, seque in omnes firmandæ arcis & seruandi præsidii partes intendit. Prima fuit propitiandi præpotentis Dei cura, cuius cœlestem opem & supplex implorauit ipse & aliorum precibus iussit exposci. Tum per expeditã nauigia Ioannem Castrum Indiæ Prorogem, itemque Bazaini & Chaulis præfectos de hostium apparatu & conatibus edocet: ni suppetiæ quamprimum ferantur, vbi in haud dubio iri [illegible]que imminere discrimen, tum ob hostium vires, tum vero ob suorum paucitatem. In eadem loca mox nauibus instructis amandat, Ishel-

Adam [illegible] piarum cau[illegible] iam [illegible] clarum [illegible] tendit.

Mascarenas [illegible] tim ad [illegible] dium [illegible] [illegible]

imbellem turbam, exceptis aliquot vsus quotidiani mancipiis, & paucis insuper matronis, quæ sexus oblitæ, ne deserrerent viros, societatem periculi & diuturnæ obsidionis incommoda minimè recusabant. Lusitanos præterea negotiatores, quibus erat arctior cum Diensibus amicitia, hortatur, vti coemptam frumenti & oryzæ, vini, carnisq; piscisq; sal dur to, & alia id genus alimenta, militibus deinde vendenda, celeriter in arcis apothecas importent. Id sedulo factum. Simul tecta & tabernæ in vestibulo arcis euersæ. ligna, tabulæ, ferramenta, mali nauium intra la..., ad reparandas tormentis eliciendas strages. Inter hæc Mascarenias pari dissimulatione, & iisdem quibus petiisse vidit artibus ad Sofaris ep... rescribit, his magnopere lætari Sofarem ... consilia: neque diutius morandum ratus Dium alias identidem aliasq; ... manus: interdiu milites ac linæ cū sarcinis, noctu maiora tormenta cum reliquo instrumento oppugnationis intrabant. Postremo Sofar ipse cum Rumecane filio vrbem inuehitur, inibi quinque Turcarum duces ... erant exercitus nerui. sequebatur longe maior & vasta gentib. multitudo. Ingenti gratulatione & plausu ciuitatis exceptus diuertit in regiam; inde per causam Mascarenio salutandi speculatores in arcem mittit. A Mascarenia vicissim ad eū honoris & officii causa destinatur Simon Pheus Cinetran ha... notæ prudentiæ vir. Hunc Sofar aduenientem primò comiter accipit: mox variis de rebus instituto sermone, deliberatum

Quomodo commeatum ... prospexerit.

Artes Sofaris.

Tribus ... exercitus ... filia.

esse,

esse, ait, sibi ad rixas vitandas, muro vrbem ab arce diuidere: valde optare se, ne Lusitani adeo salutare impediant opus: dein eorundem iniuriam instituit queri, quod pene precario in eas regiones admissi Sultanum Badurum domi suæ interficere non sint veriti, à quo beneficiis affecti fuerint: totum sibi vindicent mare quasi dominieiusdem, & cum alios populos ac dynastas tum vero ipsum quoque Cambaiæ regem in suo su nauigare prohibeant. Sat iam peregrinos & aduenas veteribus incolis insultasse; tantam indignitatem ferri non posse diutius. Hæc Pheum renuntiare Mascareniæ suisq; iubet, & nisi præterita prout par est, reparentur iniuriæ, vi agere se decreuisse belloque repetere, ac simul reputare quemque apud se iubet, quam à rebus omnibus imparati, quàm incommodo anni tempore, quàm pauci, quàm procul ab domo, tot tamque infensis nationibus ad prædam obiecti sint. ad ea si prudenter animum aduerterint, profecto fore, vti vel cum iactura, paci atque otio consulant, nedum in tanta rerum iniquitate deprehensi validiorum opes vltro lacessant.

Simoni Pheo quid statuerit, aperit.

Ad Mascareniam hæc nunciatum redire iubet

Cum hisce mandatis Pheus in arcem regreditur. Mascarenias ad consilium hæc refert. [illegible] quido [illegible] apparuit [illegible] Sobre non [illegible] iuris quæri, sed vim [illegible] de-[illegible]: tamen ne [illegible] materiam ho-[illegible] præbuisse viderentur, [illegible] placuit respondere [illegible] ad [illegible] reparationem, [illegible] [illegible] longe [illegible]

[illegible]

Si ad

si ad eum legati mittantur, sperare pro eius iustitia, quod fas æquumque sit, facile impetraturos. Quod vero ad murum attineat exstruendum, in Garciæ Noroniæ Exproregis cum rege Cambaiano fœdere disertis verbis cautum esse de limite. Si intra id spatium ædificare Sofar animum inducat, non modo se non prohibituros, verum etiam adiuturos manu. Si terminos transilire, & arci obmoliri atque officere cogitet: daturos operam, vti denuo Cambaia atque India omnis intelligat, Lusitanos nullo terrore nullis difficultatibus, vel de iure finium, vel de gradu constantiæ dimoueri, & malle arcis suæ ruinis obrui omnes, quàm regis Lusitani imperium minui passuros. Hæc Pheus idem referre iussus in regiam, & vnà exemplum fœderis Noromanicum Mamudio testato descriptum. Ad ea denuntiata Sofar excanduit; traditumque sibi à Pheo libellum incensus ira discerpsit. confestim iniectæ legato catenæ, & ambulantes in proximo Lusitani alii duo repente comprehensi, & in custodiam traditi: nimbus telorum in arcem subito procursu coniectus. Hoc committendi belli initium.

Lusitanorũ constantia.

Quod vero longum foret & præter materiam, quidquid hoc in obsidio (quod sane memorandum si quod vmquam) contigerit, referre, rei euentum paucis comprehendam. Barbari postquam aggeres & propugnacula variis circum arcem locis constituissent, (maxima liceat suorum strage,) & fossam eiusdem

Secundi obsidii narratio.

ſtro, latitudine & altitudine inſignem tum trabibus, terra, tum etiam mortuorum cadaueribus oppleſſent, inter quos & Sofari humerus cum cranii parte ablatus, è quo ille vulnere expirauit, ſucceſſore Rumecane filio, ferocia pari aut ſane maiori adoleſcente: & arce ad multos iamdies tormentis quaſſata, & variis in locis hiante, ſummum certamen tentatum eſt. quod acriter ſuſtinuere obſeſſi, latamque per hoſtium cuneos ſtragem fecere. Ergo aliud conſilium captant, cumque aperta parum proficerent vi, ſubterráneis operibus occulte graſſari inſtituunt; aliii cuniculi inutiles facti, alii quatuor arcis turres diſiecere, & in illarum, vna aliquot egregios Luſitanos, qui eidem quod hanc hoſtis inuadere contenderet, inſederant. quo in numero Fernandus Prætoris filius natu minimus, magnæ ſpei adoleſcens; qui haud ita pridem arci cum quadringentis venerat. Poſt harum turrium caſum anguſtior indies arx fieri & vix ad explicandos ordines relinqui locus. hoſtis quippe turrium muriſque ruinis inſidebat: aduerſus quas intra mœnium excidia ſubitarias [illegible] munitiones Luſitani excitabant. Omnes etiam propugnatores aut ſaucii erant aut morbis affecti. acceſſit inopia & fames, fugiſoſque carnibuſque conſumptis, & præter [illegible] animalia, quidquid etiam erat [illegible] aut herbidum in alimenta conuerſo, [illegible] quo arcæ ſedeſq; [illegible], elixo.

hinc

Sofari occiſo filius Rumecan ſuccedit.

Ad quas tandem ducti fame anguſtias obſeſſi.

hinc vulgo inualuerant morbi; fessique & animis & corporibus, qui arma tractare possent, vix centum & quinquaginta supererant. In hoc rerum discrimine Deus qui nonnisi summæ adesse suorum consueuit necessitati, commeatum illis & copias auxiliares misit: Lusitaos nempe nongentos, quos Aluarus Castrius Proregis tem filius, & Franciscus Menesius conducebant.

Auxilium iis missum.

His recenti ferocia efferuescat sanguis: hinc dissuadente licet Mascarenia, hostem adoriri statuunt, hunc verò accusare postremus quisque, quod hostium conatibus initio ex arce obuiam non ierit, se seq; in tantas cogi permiserit angustias. Sed ille leniter furentes, de hostium genere numeroque disserere, & periculum euidens ostendere. Hæc & alia cum frustra dixisset, ne inertiam culparentur, cum ipsis prorupit. sed hostem adeò pugnacem experti sunt, vt quantocyus in arcem magna cum infamia & plurimorum strage se receperint. Franciscus Menesius hic generose decertans occubuit, & Aluarus à morte parum abfuit. nam saxo percussus, cedente ad ictum galea cum attonitus cecidisset, haud dubie confossus esset, nisi seruus protexisset. hic enim dum hostis impetum excipit, & gloriose pro hero pugnans occumbit, Aluarus certaminis æstu educit. Ita famuli fidi mors dominum à certo vindicauit, & proprio quam superiorum tere ... valentium iudicio ... tas pœnas dedit.

In hostem prorumpũt, sed repelluntur.

[illegible]

Haud multo post Prætor ipse Castrius, coactis omnibus copiis quæ contrahi potuere (ii fuere

Lusi-

Lusitani bellatores mille quadringenti, Cana-
rini auxiliares trecenti) tandem arcem clam bar-
baris, nocte ingreditur. Vidit ille mirum loci
imaginem, & propemodum ex vna arce duas
factas miratur, dein hostilia contemplatus qua-
tenus [illegible] castra, adhibitis proceribus de
summa belli consultat. Erant qui differendum
[illegible] & reficiendum è maritima [illegible]
[illegible] militem. Ipse turpe esse ait vel
[illegible] Lusitanum [illegible] ab [illegible] clausum
teneri, nulla interposita mora, certamen expe-
riri constituit. Militibus edicit, curatis mature
corporibus, tertia vigilia præsto sint. Arcem
Antonio [illegible] cum idoneo præsidio, inter
[illegible] tuendam assignat. Nauium tu-
[illegible], vti naues quæ remis agan-
tur, præter nautas ac libratores, imbelli turba,
[illegible] implea t, ii pariter ac nautæ
hastas erectas singuli binas, remiges altera ma-
nu remum, altera accensos funiculos teneant.
Hoc modo instructam ipse classem iubet ad
[illegible] latus, paulo ante lucem admoue-
re [illegible], hombardis, tympanis, tubis
quam maximum strepitum ac tumultum ciere,
[illegible] subinde locis descensionem ostende-
re [illegible] arte hostiles distinere cupiens. Fu-
[illegible] cum successisset [illegible], pars vi-
[illegible] Lusitani ergo ad condictum tempus
[illegible] armati conueniunt. [illegible]
[illegible] Diuo Martino sacer. Tum loco
[illegible] vndique conspici posset, Antonius
[illegible] Franciscanus, insignis pietate [illegible]

[illegible] ca- [illegible] præter [illegible] vbi

Strategema egregium.

[illegible] Lusitanorum.

cat. Prætor ipse armatus interfuit, & sacram Eucharistiæ synaxin, vt multorum sententia, vna cum proceribus sumpsit reliqui nouarum confessionem peregisse contenti. Deum sacerdos precatus, omnes quo alacrius capessant pugnã, noxis omnibus pontificia potestate expiatos absoluit. Eosdem Prætor, quod pluribus agendi spatium non esset, paucis adhortatur, vt Christo duce, cuius tuentur causam, forti ac fidenti animo prælium ineant, cælesti gloria si occumbant conandi, quod vitã illi se iam deuouisse crederent. Ioannem ipsum regem, vniuscuiusq; virtutis primo teste ac mox enumeratorem, ... futurum. Iudici totius imperij summam in eius diei certamine verti nil ambiguum, neq; segnibus timidisq; vllum, neq; terra neq; mari effugium fore; nam ex arce fores ... iusserat, proinde vel in morte victoriã, vel in victoria salutẽ & præmia cõstituta. Cum hæc agerentur, p. effectus falsẽ ad alterã Insulæ partẽ circumegerat, variisq; descensum locis & expugnationẽ ostentare pergebat, adhæc densi tota classe ignes, tormentorũ fragor, minatiaq; arma, & mistus hominũ vocib. ... pulsu tibiarũq; ... concentu martius tubarũ sonus Castrorũ cum omni exercitu ... monstrabãt. Huc ergo ex castris armatorũ agmina, relictis præsidiis, ad mare concurrunt; tũ Prætor cum suis alio erumpit loco, primũ agmen ducebat Mascarenias peritus locorũ & animosus cũ primis, cum cæteris modico interuallo secutus est Prætor. Vna Casalius ornatu quã augustissimo trabeatus Christi ad crucẽ affixi imaginẽ gestã-

Idem ad mi ... absoluit.

Prætor ... classis ... ignis ... fatur.

Prætor cum suis foris erumpens ... intercipit.

concionabundus aderat. Ferme tria hominũ erãt millia, inimicorũ agmen vicies millibus cõstabat, vti ipsorũ relatu post cognitũ. Hi semiplenas adorti stationes è vallo deiiciunt, & partim stratos, partim integros aggeres murosque scalis, [illegible] humeris innixi transcendũt, hostemq; obuiũ hastis gladiisq; cõficiunt. Ad eius rei nuntiũ Rumecan vacuus ratus arcẽ, cohortes aliquot ad eã occupãdam circuitu capto iubet ex templo cõtendere, ij ab Antonio Correa, [illegible] patentibus portis magna cũ cęde pulsi. Alio [illegible] manus ad opem castris ferẽdam à mari submissa, inde aliquot locis atrociter dimicatũ est, magna vtrimq; strage. Egregie hostilẽ aciẽ perfregit Prætor, & ad vnã e turribus opidi cũ venisset, vexilliferũ suum cõscẽdere iussit regia [illegible] insignia, hic inter scandendum ter ab hoste perpulsus, repetito quartũ conatu in pinnas euasit, ibiq; p vim Lusitana signa cõstituit. [illegible] ingẽs Mamudianos inuasit pauor, & fuga [illegible] cœpta, perterritis hinc Prętor, illinc [illegible] pertinaciter ab tergo cũ suis instãt, [illegible] fugientiũ turbę eodẽ impetu in vrbe irrumpunt, ibi redintegrata pugna & æquis aliquandiu [illegible] mercenarij ac Turcæ maxime resistebant. Vigente dein [illegible] Lusitano, [illegible] hic, tantum illi de loco [illegible]. Post Mamudiani, insula trepide relicta, [illegible] vtroq; ponte sese in continen- [illegible] in turba obtriti, multi à perse- [illegible] interfecti. Castris & opido, omnibusq; [illegible] pontis, in opidanos [illegible]

Rumecan fusis ad arcem occupandam mittit.

Prætor urbem ingressus hostem in fugam agit.

tum est, armati iuxta & inermes, pueri senesq; viri pariter ac feminæ trucidati, vsq; ad brutorum animantium cædem alter ita peruenit. regium Cambaiæ vexillum, & alia signa relata complexa. Castrensis æque atq; vrbana præda militi cessit, qui inde non parum ditatus. Simon Pheus ad catenas demendas frustra quæsitus. Mamudius hunc Madebam [illegible] cum aliis Lusitanis ab nuntio cladis acceptæ rabie furens iugulari iussit, vti postea cognitum. Cæterum in prælio desiderati e Lusitanis circiter sexaginta, ex hostibus ad quatuor: vel aliorũ relatu, octo millia. [illegible] umecan Imperator, inter cæsorũ aceruos grega[illegible] amictu vix tandem est agnitus. Sexcenti [illegible], in iis principes aliquot, qui deinde multo auro se redimere, in potestatem venere. Præter innumerabilem armorum ac telorum copiam, ... ea tormenta maiora in castris reperta [illegible] & triginta. equibus vnum Arabicis inscriptum notis, rudi opere factum, sed insolitatæ magnitudinis, vtpote cuius orificium tredecim palmos oblongus, & fistula duodetriginta in longum pateat, hodie etiamnum in Lusitania conspicitur.

Insulæ recuperatur.

Numerus vtrimq; cæsorum vtique [illegible] can Tormenta plurima capta.

Clara admodum magnique momenti hæc obsidij solutio Lusitanico per Indiam nomini fuit, & victoria imprimis gloriosa, vel magnitudine periculi, vel prædicatione omnium & fama. Cuius obsidij circumstantias & [illegible] si expendamus, diuinum hic Lusitanis, si vsquam alibi in India, adfuisse auxilium, hauddubie comperiemus, modo vera sint quæ hostes ipsi affirmā-

Quantis periculis [illegible] [illegible].

ferunt apparuisse super ædiculā arcis mulierē cælesti lumine radiantē, cuius fulgor ita adspicientiū oculos mentesq; perstringeret, vt cæci propemodum, neq; in ordines ire, neque in vnum conglobare se possent; ac tanto superiores numero, tamen immutata repente rerum omnium specie, in denos Lusitanos pugnaturi singuli viderentur. item conferta iam pugna, maiores aliquot ballistas applicitum quater ignem cœlo minime pluuio, respuisse. Prætor [illegible] felici euentu primum Deo supplicationes habendas curauit, gratiasq; egit: oblaudato deinde exercitu, lamentas ad Iohannem Regem [illegible], militumq; ac ducum virtuti minime maligne testimonium tribuit ac præmium postulat. Inde hostiles omnes munitiones æquauit solo, pontes quibus insula continenti iungebatur, interscidit, simul ad reficiendam augendamq; arcem, admotis ipse ante alios manibus, cunctos accendit, atq; intra paucos menses partim repurgatæ ruderibus fossæ, partim etiam turres ac mœnia restituta, itsque [illegible] extremum laxiore circulo, noua fossa nouique muri circumdati. Arci restauratæ eundem Mascarenham præfectum dedit, & sexcentorum præsidium, item tricena aureorum millia, quibus militi satisfaceret, simul & commeatus & apparatus bellici copiam, noua insuper tormenta [illegible] conflata. Denique peractis omnibus, [illegible] anno [illegible] vii. Victor Goam [illegible] omnium gratulatione receptus est. Hoc ergo pacto vrbs & Insula [illegible] Lusita-

[illegible] arcem restau- rat

[illegible] Mascare- [illegible]

 nis

nis cessit, dispiciamus iam quis fidei ibidem post fuerit ortus & incrementum.

Cap. XXIX.

Templa monasteriaq; varia Dii ædificata, deque sociorum nostrorum ibidem residentia.

Quales hodie Diensis Insulæ incolæ.

EX quo Diensis Insula omnis in Lusitanam potestatem transiit, Cambaiano posthac mouere lacertos non audente, leges consuetudinesq; quales in aliis Lusitanici iuris locis seruari mos est huc inductæ. Et quamuis præter præsidiarios Lusitanos, multi tum regij dicentes, tum mercatores hic sedem fixerint; tamen & plurimi Guzarates aut Cambaiani, & inprimis Bancanum, de quibus supra, ingens copia, hic commorantur.

Lusitani, vtpote pietatis studiosissimi, varia hic struxere templa, vt enim pacarios quibus Curiones præsunt, & his Vicarius Goani Antistitis nomine, taceam, duo sunt cœnobia, vnum Dominicanorum, Minorum sodalium alterum. Curant illi Xenodochium, quod quoniam regio stipendio fouetur, regium vocitatur; est siquidem & aliud. Quin & anno sæculi elapsi LII. Franciscus Xauerius, priusquam Chinam peteret, duos hic socios destinauit, sed Satanæ arte & versutiis breui hinc digredi compulsi sunt. Exinde plures e primatibus huius incolis, sociorũ hic sedem petiere; verum non prius eo missus quisquam, quam P. Nicolaus Pimenta Borealem Indiæ plagam ex officij præscripto

A lõgo tempore socij hic [illegible].

lustrans,

illuſtrar, ſecũ ſtatueret, ad Dei ſpectare gloriam, aliquos hos ſocios deſtinare; cum quod omnium votis deſiderarentur, tum quod in Æthiopiam ſocij ad Luſitanos, eorumq; filios aut nepotes in officio continendos aut conſolandos mittendi, hinc ſoluerent occultius tectiusque, Turcarum Arabum ne Dij agẽtium opera induſtriaq; eos clanculo in Æthiopiam interiorem Turcis emporia maritima obſidentibus, inſcijs inuehi poſſe ratus.

Pimenta ergo Damani cum ageret, mirabiles quoſdam in ſe motus & deſiderium ſenſit (quod ille velut diuinas inſpirationes accepit) aliquos horum Dium mittendi, piaculum vt cenſeret, hanc differre diutius miſſionem. Ergo Gaſparem Soarium cum Melchiore Perezio nondum ſacris initiato huc deſtinauit, qui vna cum claſſe Dium Damano ſoluerunt. *Gaſpar Soarius Dium cum ſocio miſſus anno M DC.*

Verum vt Satanæ, quibus hanc ſubuertere miſſionem nitebatur, molimina arteſq; patefiant, referam paucis primaria quæ oppoſuit obſtacula, & ærumnas quibus eius aliquo modo participes afflixit.

Soario ergo Damanenſi collegio egredienti, & iam mare conſcenſuro, ita obſtupuere pedes, vix vt incedere poſſet, mirantibus itineris ſociis. Ad hæc Indus ſarcinæ baiulus, in via vim illatam propulſans, cum nonnullis depugnauit. Soario item iam nauim ingreſſo, claſſiarius, cui iniuria & infamia irrogata, præfecto vulnus inflixit, adeo vt eo die claſſis ſoluere nõ potuerit, ipſeq; & ſocius in collegiũ redierint. Eodẽ ipſo *Diabolus iter hoc impedire conatur.*

tempore, ei qui Bazainum scripta Soario perlaturus, contenderat, crus in via luxatum & collisum, hinc tanta illius fuit mora, vt nonnisi post discessum eius appulerit. Patrem quoque Petrum Paezium, qui Soario designatus erat comes, Bazaini agens, Damanum cum veniret Dium petiturus, bos ita percussit, vt lecticis domum relatus sit, hinc serius appellens, aliam post sequentem nauim ingredi coactus, quia & portu egressum atrox cum procella redire compulit. non idcirco animum despondit; sed mox alio conscenso nauigio, tam furiosa inualuit procella, primarius vt malus diffractus sit; quem vbi cum antennis in mare deiicere conarentur nautæ, ita in nauis latus impegit, vt periculum ipsa adiret: etsi nullum alij vectores obstaculum toto Dium vsque itinere experirentur. Hinc Paezius iter relegit, & Dium in præsens quidem peruenire non potuit, at postea; indeque in Æthiopiam, vt suo dicetur loco, traiecit.

Impedit rei[illegible] P. Petrum Paezium in Dium mittendum.

Quod vero Nicolaus Pimenta primarius missionis huius auctor fuerit & director, hinc & in illum impietatis suam euomere rabiem Satanas contendit. Eadem quippe, qua Soarius cum socio Dium venit septimana, Pimenta cum locum duabus à Damano circiter leucis distantem visitandi gratia adiisset, in reditu [illegible] quod ad maritimos æstus [illegible] decrescebatque, quodam nauigij genere, quod Almadias vocant traiiciebat. vehementi porro euro, qui tum maxime sæuiebat, mare [illegible] hinc

P. Nicolai Pimentæ [illegible] periculum [illegible]

hinc Almadia aquarum deuoluentium impetu abrepta in vnum vergebat latus; quo nouemuiri qui eadem vehebantur, ne discrimen adirent, in aliud secessere latus, vt æquali illo pondere ferretur. Tum vnda quædam decumana superueniens latus nauis leuius tanto percussit impetu, vt eadem euersa, omnes excuterentur. Omnes, præter Pimentam nandi periti erant. Is inter cadendum nauem comprehendere voluit, at æstus increscens eamdem extorsit, quin & carina præ cœni lubricitate manibus elabitur. Nec minus in puerum, quem secum Pimenta duxerat, paulum nomine cacodæmon sæuit: is enim Patrem educere contendens, vna cum ipso in aquam demergitur fundo tenus. Pimenta ne aqua obrueretur, spiritum compressit. at eundem laxare coactus, se Deo commendat, quasi iam iam è mundo migraturus. Interim breuem euadendi discriminis fidem concipit; tum vero cum animo subire, paulo se mortis occasionem fore, adolescentem dimittit. Et ecce, quonam incertum modo, aquæ ore tenus exstans, paulum natantem seq; ad oram trahentem videt Christianus [illegible], qui Pimentam iam mortuum credebat, vbi exstantem conspicit, adnatat demum, paulloq; laboranti fert suppetias. Ambo ergo Pimentam summa opum vi educentes [illegible] tum vero cæteri, qui nando euaserant, ad ipsum virum deduxerunt, vbi hausam enomuit vndam. Tandem ergo duobus post noc- [illegible]

Extremo adducitur periculo.

ctem Damanũ appulit. Hic biduo lectulo decubuit, ob venti vehementioris quos senserat flatus. At sanitatem tandem, Dei beneficio est consecutus.

Silens non prætẽdo, quod suis ipse testatum reliquit literis, quod paternã Dei in ipsum prouidentiã, curamq; testatur. Eo ipso quo dictũ adiit periculũ die, Collegij Bazainẽsis Pater agitabat animo, Pimentã fortasse in aliquo Damanensium omnium submersum interiisse: quapropter sacris dum operatur, Deum precatur, virum vt incolumem suis sistat. Credẽdum sane, hãc a Deo illi inditam cogitationem, benignitate Pimentæ suam exhibere, & orari rogarique vti non raro accidit volente. Ex his quæ cõmemorata sunt obstacula, euidenter liquet, quantopere generis humani hosti hæcce displiceret missio, et quamuis canis rabidi ligatiq; ad instar allatraret, sanctum tamen opus maximeq; salutare impedire minime potuit. Vt vero quod ex hac missione speratur bonum, manifestum fiat, Xauerij Dio anno M.DC.III. Maij ad Pimentam datas literas depromam.

Xauerij literæ ad P. Pimentam.

Pridie Kal. Martias feliciter, Deo laus, huc appulimus. Multi suas in ædes nos inuitarunt, sed apud Vicariũ interim dum in misericordiæ Xenodochio nobis adaptatur locus, diuertimus. Præfectus loci suis in ædibus benigne nobis obtulit cubiculum, quam ille beneuolentiam post reipsa nobis ostendit. Prouisor me orauit, vt feria IV. sequenti in Xenodochio suggestum conscenderem: atq; vt ipsa placere uo-

uitas

[illegible] solet, omnis confluxit ciui[illegible] præfectus, Vicarius, clerus, Dominicani [illegible] Franci- scani. Aduentus nostri [illegible] [illegible] mille [illegible] Lusitanorũ in Æthiopia filiis. Pastoris indigis, si [illegible] de A- byssinorũ imperio schismate laborante ad Ec- clesiam Catholicam reducendo suscepta cogi- tatio feliciter haud succederet; succurrere quo- quomodo liceret: identidẽ vt interim, cũ aliis Religiosis, Diẽsium saluti, ex instituto nostro, procurandæ incumberemus. Orauit me Vica- rius singulis vt Dominicis in primaria æde cõ- cionem haberẽ. Baneanes mercatores ad [illegible] nullum ægre tulere, dum delubrorũ, quæ hic publicè habent, & in quibus impunè, Christia- nis etiam (proh dedecus!) præsentibus nefan- da celebrant, ruinam excidiumq; verẽtur. Vbi me cum doctrinæ Christianæ insigni sublime elato, & arundinem manu gestantẽ viderunt, meam mirati sunt audaciam, iudicẽ permittere dolentes, vt preter se aliquis fascem baculumq; [illegible] gestet. Hinc Goam ad primarios Banea- nes, Brachmanas, simul & Lusitanos [illegible] [illegible], quin & hic apud causarum [illegible] [illegible] disceptatore, [illegible] [illegible] prædia, ni hinc emigremus, [illegible] [illegible] sunt Frustra illos fore, [illegible] [illegible] In [illegible]

Cur Diũ missi patres.

Baneanes [illegible] lorum aduentu indignantur.

Frustra [illegible].

Quem Soarius fructū Diu facerēt

commoratione sperari fructus possit. Iam enim reipsa experiebantur. Multa enim iniq; parta suis restituta dominis, multæ peccandi sublatę occasiones, multa præter fas & æquum inducta, detecta & euentilata, vt qui iis tenerentur laqueis sese expedirent, & exinde officio probe suo fungerentur. Incarceratos doctrinam Christianam docemus, quorum aliqui iam breui baptismo admouebuntur, nec minus in nosocomio pauperum. Patres enim Dominicani regio præsunt. Confessionis & Eucharistiæ Sacramentorum vsus cœpit paulo esse frequentior.

Resbutes quidam ad fidem conuertitur

Insulę huic vicini, præter Mogores, sunt Resbutes, armis [illegible]. Horum vnum, adolescentem [illegible] agentem annum ad me Dominus misit, ad Christiana sacra aspirantem. Legendi scribendiq; callet artem. Hunc velut opimam missam strenam, mecum teneo: interpretis enim partes hunc in [illegible] suis Christo asserendis obiturum spero; quotidie aliquorum Ecclesiæ aggregandorum sese offert occasio: [illegible] procedimus, [illegible].

Missio illa in Abassiam non minus ex tota [illegible] hic Patribus nostris [illegible], Deo dante feliciter succedit, à quibus [illegible], necessarijs omnibus commode instruentur. Hinc quoq; [illegible] per Sindum [illegible] opportune [illegible] que [illegible] sexaginta absumus leucis, quæ

tam

terrâ marique confici possunt, atque inde Lahorem aduerso flumine deferri oportunum. Si ergo illuc hi Patres commorentur, vt taceam quem à Lusitanis in Sinda vt plurimum vt fertur hiemare solitis, colligent fructum, iisdem vtique rebus possunt, quibus qui in Mogor. Nec modo è concionibus, confessionibus, doctrinæq; Christianæ traditione ad coniugatos & milites in hibernis agentes, numero pene sexcentos fructus redundabit; sed & ethnicos, quibus omnis abundat regio, conuertere licebit. Omnis hæc spes, simul & fructus iam collectus, ad difficultates hac in missione emergentes, facile superandas nos excitantur, amaritudinemque, quam Deo permittente ad humilitatem nostram probandam, meritaque eorum [illegible] ad exitum feliciter perducent augenda sentimus, temperant. Obsecro proinde [illegible] etiam R.V. renascentes ad rem ad[illegible] impediendam difficultates & obstacula animo se disiiciat, vel saltem ad ministrorum Satanæ confusionem, qui etiam num hodie, Patres nostros hinc olim pepulisse, & illam se modo facturos, gloriantur. [illegible], qui sit omnibus submissione & [illegible] exemplo est. Die III. Maij. Anno M. DC.

Missio Mogorica & a b Sina hinc iuuari potest.

Missionis huius difficultates.

Hactenus breue Soarij: qui haud multo post per [illegible] Goani Archiepiscopi [illegible] [illegible] quibus [illegible] de missione [illegible] non mediocriter [illegible] [illegible] commendabat, [illegible]

[illegible]

Thomæ ædem assignans, sed quod parœciæ communis hæc foret, admittere eam visitatori visum non est.

Rex quidam Soarium ad se inuitat.

Ad vicinos de aduentu Soarij vulgata fama, regulus quidã nomine Iambenus, eundẽ quã amicissimis literis in regnum inuitauit, & necessaria obtulit, vt è Soarij ad Pimentam literũ, quibus ei, quidquid post priores contigerat, significabat, colligere est, perscribit iisdem appulisse nepotem quendam regis Abyssinorum, simul & tres adolescentes Abyssinos, quos dum Goam, in seminario sancto fidei, edocendos, mittit, quod Archiepiscopo, & omnibus Æthiopiæ cum Catholica Ecclesia vnionẽ imprimis optantibus, pergratum fuit. Cæterum rebus Tanj compositis, præfectus, Vicarius, valetudinarij publici curator, & alij, variis Goam missis literis, fructum qui è Patrum commoratione indies apparebat, perscripsere, hinc domũ iis in sedẽ perpetuam & templũ exstrui petiere, item Visitatori insinuarunt, sanctè instantes non dubitare se fore quin Regi hoc pacto egregio obsequeretur. Annuente ergo Visitatore, templum tamen S. Thomæ ob causam supra narratã abnuente, nongentos Xerafinos ipse loci præfectus, & alios alij ad ædes coëmendas contulere, adeo vt liberalitate tũ Dionysij, tum aliis præfectorũ Gõsalui Tauarij, & Guterij Monroyi successoris, residentia hæc stabilita ac fundata fuerit, nec de suo solũ contulere, sed & nomine & gratia sua eidẽ plurimum profuere, dum Baneanibus hi persuasit, vt quingentos Pardaos quos-

Residentia Dini à primariis expetitur.

Confirmatur.

[illegible]annis in fani cuiusdam [illegible] cofer-[illegible]solitos in domus huius fundat[illegible] cōfer-re. Quod à Baneanibus, & ethnicis licet & superstitionibus deditis, haud grauatè factū: hac [illegible]aliisque eleemosynis, paucis post diebus perfectum stetit opus. Hinc, qui ante omnibus hanc impedire missionē ac residentiam viribus constabantur, & præsertim Baneanes, primarij post [illegible], promotores & causa fuerūt; Deo, qui omnipotentiam, comitatemque infinitam [illegible]m fecerit, ita rem dirigente.

Arcis præfecti, & Baneanes in eandem eleemosynas contribuunt.

Nec ingrati hisce beneficiis fuere Patres, dū omnibus quocunq; possunt modo prodesse, & singulorum saluti, quin & sicubi possent, commodis studere temporalibus, cōtendunt. Hinc Dei [illegible] per hanc Insulam inter Christianos augetur cultus, ethniciq; numero hic plurimi, longe [illegible]cus quam ante de fide nostra sentire incipiunt. Christiani frequentius in æde nostra sacramenta recipiunt, & pleriq; etiam octonis quibusq; diebus, sed in festis celebrioribus & [illegible]o ad vnū omnes. Totius vitæ noxarum plurimi confessionē instituerūt, in gratiam cū [illegible] rediere, & publica peccata plurima [illegible] Multorū inopię etiā ethnicorū, domus [illegible], qui quasi domestici fidei, ad hāc, [illegible] inopia vrgēte, cōfugiunt, nec in-[illegible]dunt, quin & ethnici dum ab [illegible] dissentiunt, Patrum opera, in gra-[illegible]unt. Ipsi etiam B[illegible] I[illegible] & [illegible] præ[illegible] bene de patribus sen-[illegible] velut [illegible]rissimis amicissimisq;

Quem Dij Patres fructum edant.

In Christianos & ethnicos.

Beneuolos reddunt sibi [illegible] Turcarum & [illegible]

hic[illegible]

literas scribũt, & ad ipsos, suos institores Dium mercium emendarum causa confluentes dirigunt, vt illas gratia sua & beneuolentia iuuent. Hac Bassæium beneuolentia factum, vt liberi sociis in Æthiopiam traiiciendi iam detur facultas: iam enim hinc sex septemve codem missi sunt, quos Bassa benigne habitos libere ad Abyssinos commeare permisere, atque hæc primaria missionis huius instituendæ fuit occasio. Argumento hoc est, Deum totum hoc negotium direxisse, cum ante ægerrime eandem, Bassis fretum & omnia Arabici sinus emporia diligenter custodientibus, penetrarent; hinc alij necati, alii in seruitutem abducti, vt alio dictum loco. At hodie, quotquot mittuntur, liberum habentes accessum humane, vt post referemus, habentur.

Ita in Æthiopiam Patres penetrarunt.

Dium redeamus. Qui hic agunt Patres, eleemosynis tum Christianorum tum ethnicorum victitant; & [illegible] præfectorum arcis ac præsertim Moncopi, qui munificentia cunctos superauit suo illo ære [illegible] D. Deiparæ dicatam extruxit, & haud procul inde domum, quam dein vna cum æde Patribus nostris [illegible]. In monte hæc sita, atq; inde hinc in oppidum, portum, flumen & naues stantes, [illegible] in oceanum & continentem, liberrimus prospectus patet. In hoc olim monte famosum, & Badurij regis olim Cambaiani (de quo iam ante meminimus) monumentum visebatur, quo nullum hisce in locis exstitit splendidius, [illegible] mibus latius, [illegible] columnis. Goam deinde

Moncopi in Patres [illegible] liberalitas.

Sultani Badurii monumentum.

deinde aut alio auectis: à lapidibus tamen superstitibus illius magnificētia facile colligi potest. Ad montis radicem, eiusdem Badurii hortus est, in quo Nonnium Acuniam inter epulas paratas nequiter obtruncasset, ni hic præuenisset. Hic item hortus, primarij cuiusdam ciuis munificentia Patribus datus; qui quod ædiculæ & domui proximus, commodus est, & ægris solatio ac recreationi. Et sane morbidi hic plurimi, præsertim Iulio & Augusto mensibus.

Hortus suburbanus Patribus datus.

Ædiculæ huius occasione, plurima scandala & dissolutiones hoc in monte locisque vicinis committi solitæ, sublatæ sunt. Inprimis fanum in monte, primarium, Mahometo sacrum, & circumiecta dena duodenavę alia minora, in quibusdam ethnici, quam Mahometani suas exercere superstitiones solebāt, diruta & illorū loco, in montis vertice ex opposito sacelli crux erectum insigne. Quæ quod ingens sit & eminens, omnium tam à parte insulæ quam cōtinentis oculos incurrit, magno & Christianorum gaudio & ethnicorum dolore. Hæc prima suburbanarum fuit, à tot eam omnis, quibus hanc Lusitani insulam possedere; sed haud multo post tres aliæ hinc inde fixæ. Cum alio ad ambulandum concedere opidani non possent, in Mosquea duntaxat & delubra Pagodum ante oculos [illegible], circum quæ [illegible] considebant; sed hodie his sublatis, [illegible] crucis dominicæ signum & gloriosissimæ Virginis sacellum conspiciunt, sub cuius

Sacellum suburbanū plurimorum bonorum causa.

Crux [illegible] co fan[illegible] fixa.

vmbra longe alia quam ante solatia persentiunt.

Ethnici Patres eleemosynis iuuãt.

At non Christiani modo, verum etiam ethnici Patribus de rebus necessariis prospiciunt, quin & materiam fabricæ ædificationique suppeditant, quæ quotannis mille quingentis ... æstimabitur aureis. Atque hoc pacto duas iam porticus, cubicula circumsecus, & potiorem templi confecere partem partem, licet Eduardus Mellus, in arcis præfectura Monroij successor, suo primarium sacellum ære construxerit.

Etsi maximos ipsos legis suæ aduersario patiantur.

Tametsi vero erga Patres munifici ac beneuoli sint ethnici, vbi tamen de religione agitur, nullos his se habere maiores aduersarios testantur: hunc illis, velut primariis auctoribus, quidquid in ipsorum caput & destructionem cuditur, adscribunt. Hinc annis superioribus, cum ad reliquias sanctorum Goa transmissas excipiendas, vna cum opidanis præsidiarij octiduo insigni festiuitate, supplicatione dramatis, plausu, insolitaque lætitia, comparerent; tantus ethnicos octiduo illo ante festiuitatem inuasit metus, vt spargerent vulgo, hæc ideo à Patribus fieri, quo vi ad Christianam religionem omnes pertraherentur, tamque penitus hæc illis inhæsit opinio, multi vt in continentem recederent, donec festum peractum, alij vero eo ipso die cauernis domibusque amplioribus sese abderent. Horum certiores redditi Patres, aliquot è primoribus aduocarunt ciuibus, iisque metum

Suspicio ethnicorum aduersus Patres.

illum

hunc verbis eximere contenderunt ; vt & plus quam bis mille è spectationibus celebrati interfuerint , at plebecula , nullis adduci potuit verbis , fiduciam vt induerent.

CAP. XXX.

Ethnici ob deiecta delubra Dij concitantur ; P. Gasparis Soarij in Cambaiam iter describitur.

ANno sexcentesimo supra millesimum & quarto , magna Dij Idololatras & Christianos inter exstitit contentio, sed hi præualuere. Verum res altius arcessenda.

Præcipuum Cambaiæ mercimoniũ , triplex est planta aut frutex, hic crescere solitus. Prima gossipij feras est , altera Anil a Lusitanis , tertia Amfion dicitur. E prima vestes patantur ; omnes quippe Indi gossipinas gerunt. Anil quotannis seritur & colligitur , glasti instar ; collecta & siccata pila contunditur, dein aqua macerata in massulas orbiculares formantur, quæ denuo soli exponũtur. Initio viret, sed paulatim quo siccatur magis, eo magis ad cæruleum accedit colorem, donec tandē cælestē [illegible] referat, hic vestibus alijsque rebus tingendis perutilis. Amfionem ean-[illegible] aut papauerco succo putãt, [illegible] (nullum enim in Cambaia ni-

Triplex in Cambaia herba, maximi compendij.

Anil qualis sit herba aure[illegible]

nigrum) sed roseo, & sane ita capitata est, vt caput sesquisextario, liquidorum mensura, vix contineatur. Papauera hæc incisa, succum aut gluten emittunt, è quo opium Amfionve conficitur, cuius frequens tota passim Asia & Africa, præsertim apud Mahometanos vsus, dum quotidie tantillum degustant, quod vel cicer aut drachmam, aut paulo amplius, appendat. Credunt hæc non modo corpus recreari, meatis molestias pelli, sed & in bello animum addi pugnaturis. Quam qui libare solent, si quatuor aut quinque diebus abstineant, maximo in vitæ discrimine versantur, ac sæpe demoriuntur. Indici Malabares eam quoq; sumunt.

Amfion aut opium Cambaianum quale.

Cur Saracenis hoc frequens.

Ex triplici hac herba Cambaia Persarum, Arabum, Indorum quin & Sinensium opes attrahit. Dij eius primaria distractio, atque inde Goam (vnde ad alias Indiæ regiones deuehitur) & freta Armuzianum, ac Mecanum defertur. Omnes quippe hæ merces ex vniuersa Cambaia Dium, quo commodius diuendantur, confluunt: nam Cambæi mercatores suos hic proxenetas habent ac pacarios, opidani quoque suis easdem nauibus quocumq; locorum mittunt Arabes olim & alij huius petendæ mercis olim Dium properabant, atq; hinc Cambaiam opidum, & Madabanam regni sedem ad nundinas, & commeabant, & cum hisce mercibus suas, corallum scilicet, ambram, ebur, sericos pannos commutabant, cætera soluebant pecunia. Triginta quinq; aut amplius naues quotannis Dio ad fretum Mecanum, & decem

Dij triplex hæc herba diuenditur.

[illegible] circiter Armuziam tendebant, sed abhinc annis aliquot, Baneanes Dienses, (sunt enim omnes hi aut institores, aut Cambaianorum parari) ita omne sibi horũ mercimonium arrogarunt, vix vt iam Arabes aut alii huc confluant, illi enim quidlibet, minori dispendio & periculo, & proinde viliori pretio adferunt. Hinc & reip. Diensis & regis Lusitani compendiis, vtpote cui vectigal horum soluitur, non parum discedit: neque enim iam quadraginta, sed vix viginti quinque Mecanum fretum petunt naues. Adhæc mercis huius negotiatio Dio, ad alia duo translata loca magni momenti: Sindam scilicet ad fauces Indi fluminis, in XXIV. altitudinis Septentrionalis gradu, quo Mogor, hoc regno subacto, naues hucce onustas mercibus, secundo flumine, deferri voluit, est quippe ipsum latum & nauium iam inde à Lahore Sindam vsque capax, hinc vanæ Armuziam magno vectigalium Diensium, decremento, naues petunt. omnia enim ante Dium cõmeabant. Dein Surratum, inde quotannis nauis arcis aut oppidi instar Iudam, vel ad fretum Mecanum soluit. Quo vero libentius Surratum negotiatores confluant, Magnus Magor, qui eidem etiam dominatur, multa eis priuilegia & iura cõcessit. Hinc regis Lusitaniæ annui Dij census imminui cœpere. Nam vna illa nauis Surratẽsis sexaginta prope Xerafinorum persoluere fertur millia, quorum singuli XXXVI. valent solidos nostrates. Et quamuis modo, [illegible] Diensis solito firma-

Baneanibus huius mercis venditio cessit.

Dij olim instituebatur, iam translata.

Sindam.

Surratum.

[illegible] valuisse [illegible].

ior, quod diligentius eorum incumberent exa-
ctioni, duplo tamen, si nationes alio commeantes, huc appellerent, lautior foret, quod solis Baneanibus asscribẽdum. Cum enim omne illi mercimoniorũ ius sibi arrogarint, nullus externorum, nequidem Lusitani, in id se ingerere audet, siquis vel nauem ad sinum quem diximus mittere, vel suas merces imponere, aut ipsorum mercium participare voluerit, omni illũ ratione subuertunt tum munera in pretorio dantes, tum falsis delationibus aures illorum in[illegible]nerãtes, quod per ipsos solos hæc m[illegible] [illegible]stent, tum alias artes, quarum imprimis gnari [illegible] cogitantes. Hinc variis ornati tes p[illegible] [illegible] & præ[illegible]ogatiuis: quę quamuis bona [illegible] [illegible]ur intentione, fidei tamen incremento non parum obsunt. Neq; enim superiores, quę vellent, in diuino augendo cultu, statuere audent, obnitentibus Baneanibus; qui quod se foueri sciant, adeo insolescunt, vt, si quando tũplum aliquod ædificãdum, aut crux Dij figenda, quiritantes ægre ferant, licet & vobis totique adeo Insulę imperium penes Lusitanos sit. Hinc nata de qua iam loquemur, contentio. Insula hæc, tametsi exigua (vtpote quæ non nisi vna in longitudinem leuca, & tribus aut quatuor balistæ minoris iactibus in latitudinem patat) plurima delubra, & quidem per antiqua habet, in quibus etiam nunc hodie sacrificia, cærimoniæ, sacra, aliaque [illegible] [illegible] cum nequitia, licet clanculo, peraguntur. Cæterum inter delubra suburbana duo sunt imprimis celebria,

Baneanes sunt immunitatum vectigalium Diensium causa.

Persuadent fore [illegible] se mer[illegible] vt [illegible]

Idolorum ob prouidentia infelicitas.

lebria, donariis & oblationibus annuis opulenta, quorum vnum numini, quod Mahessam dicunt, sacrum: hunc vnum è tribus illis, quos deos dicunt, & ducibus robur & vires dare in bello credunt. alterum mulieri, quam Crangenam vocant: de qua fabulose iactant. Quendam Zumbanam Zumbam in deserto ad aliquot sæcula austera se pœnitentia emacerasse, & Mahessam frequentioratione compellasse; & hunc tandem apparenté dixisse, vt quidquid vellet postularet, votorũ illorum quippe futurum cõpotem. Petit ergo, omnium vt se mortalium redderet fortissimum. Audit postulata Mahessa, viruimq; reddit inuincibilem. In hoc insolescens robore, non homines & animalia modo, sed & elementa, & angelos tyrannide pressit; homines enim neci dedit, mari, vt obtemperaret, realis, vt auram arcesserent, igni, vt sibi seruiret (elementis enim animata dant ethnici corpora & figuram humanam) indixit, solem quoque, suo vt lumine semper annigeri instar, se tueretur, coëgit. Creaturæ vero cœlestes simul & terrestres hunc contemptum & Zumbanæ Zumbæ superbiam non ferentes Mahessæ supplicant, ab huius vt tyrannide se liberet. Incassum hæ fuissent preces, si tam aduersus feminas, quam viros tyrannus fuisset inuincibilis. at hanc DEVS priuilegio exceptionem addiderat. Deus ergo, vti fabulatores illi referunt, ne priuilegium infringeret, filiam suam Crangenam, quindecim annorum misit, quæ creaturas tam graui tyrãni iugo eximeret.

Varia Dij in Insula idola, sed inprimis duo frequentia.

Fabula de numine quodam Mahessa.

Zumbanæ insolentia.

Crangena filia Mahessa.

Hęc ergo, mulierum coactis copiis, & Mahessæ patris adiuta potentia, Zumbanam Zumbam, conflictu inito, profligauit, dein omnibus exercitus sui feminis collectis, vna scilicet, seipsa (nam ipsa omnes & omnes ipsa) insigni, hac in creaturarum gratiam comparata victoria, ad cœlos euolauit. Hæc de Crangena ferunt, cui plurima delubra pagodesq; erexere. Inter alia eminet quoddã Chaule, & aliud in agro Cambaiano: quæ ethnici votorum rei peregrinaturi adeunt, si quando periculum sospites euaserint. Ipsam enim in discrimine præsenti inuocant, quod olim Zumbanæ Zumbæ tyrannide creaturas liberarit. Nec multum interfluxit temporis, quod à Diensi Magistratu Baueanes aliquot in carcerem falso coniecti, alii in ordinem redacti, sed re comperta suæ dignitati restituti, peregrinatum ad Cangrenam Cambaianam concesserint, hi ad sua Dium reuersi, non prius domum ingressi sunt, quam aliud eius delubrum in Insula exstructum adiissent. Duo hæc numina maximo hic coluntur honore; Mahessa quidem, quod homines validos reddat, Crangena vero quod clientes discrimine eripiat, vt quidem idololatræ sibi persuadent. Quæ autem orta contentio de Mahessæ fano sint, quod & fornicatum, & omnium pene erat antiquissimum, ante quod se olim mactare stulti mortales solebant, siquis enim miseram ducebat vitam, quo eam cum reguli alicuius, aut opulenti sorte permutaret, (animorum quippe Pythagorico more trans-

Abetbrucis inuocatur in præsenti periculo.

[illegible]

migra-

migrationem credunt) sibi ipsi necem inferebat, Mahesséq; se, vel cacodæmoni potius, quo beatam illis daret sortem, deuouebat. Quod Dij ne fiat amplius, Lusitani prohibuere, tametsi aliis in locis adhuc solenne sit & frequens. Huius ergo delubrum suburbanum cum occlusum quodam die Brachmanes mystæ, & crucem in frontispicio erectam conspicerent; rem illico ad opidanos deferunt, quorum septem, totum reip. nomine, non ad Patrum ædes conuolant, ab ipsis hanc Deo iniuriam irrogatam vulgo quidem credi nunciantur, verum aliter rem habere, sibi constare. Horum inscios se aiunt patres, & hæc nec imperantibus se nec consulentibus facta, inq; rei probationem adferunt, hoc ipso, quo versati hic sunt, quinquennio, nullũ cuiquam se malũ iniuriãq; irrogasse, sed omni officiorũ genere neminem non conatos demereri, & nullũ hactenus delubrũ ingressos. Hoc illi responso placati ad arcis præfectum abeunt, cui regias exhibent literas, quibus vllum diffringi destruiq; fanum vetabat. Præfectus ergo ipsum reserari, & crucem à fornice auferri iubet. Interim dum hæc fierent, coeuntes inter se ethnici de rei exitu subdubitantes, quid facto opus, inter se cõsulunt.

Ecce autem mulier primaria cœlũ ingressa, [illegible] exulceratos iniuria animos & [illegible] pronus [illegible] ratione: Nemo vestrum omnium [illegible] animi robore, vt & pristina tueatur, & [illegible] conferret. Ab hinc annis aliquot, [illegible] hic passim templa, nutu tuo cruces [illegible]

Fanum Mahessa Dij occlusum.

Patribus hoc ethnici sed falso adscribunt.

Oratio mulieris [illegible]

ſpiciebantur, quibus creſcētibus fanorum pagodumq; numerus imminuitur. Quo op s veſtræ? ad quid omne quod ſinguli s aurum colligitis annis? anne vt terra defodiatis? ecquid hoc poſuerit? ſatius hoc fuerit iam impendere, effundite, date, ſtatim quippe exaudiemini, & magnum vobis nomen apud poſteros cōparabit's. Interim dum hęc animos permouet, & fanū recluſum, crucemq; oblatam nūtiatur. Recreauit hic ethnicos quam maxime velut iam parta victoria onātes. at manè adit Chriſtianos crux è ſacro diaboli auferri iuſſa. hinc biduo poſt, mane funditus delubrum euerſum apparuit, actum præfectus denuo eximiam figi non procul hinc, crucem in ſummo montis, qui in Inſula eſt, vertice, vnde eminus conſpicitur, iubet. Hinc continentis incolæ efferaſcentes, Inſulanis comminati ſunt, hanc ni cōfeſtim loco tollerent, eam ſe euerſuros & omnes neci daturos. Reſpōdent Inſulani, huius crucis occaſione ſiquid attentarint, à Luſitanis ſe omnes interficiendos, malle ſe proinde illorum quā Luſitanorum occumbere manibus. At nō niſi verba & innanes barbarorum fuere minæ. Quocirca ſuo crux fixa manſit loco plaudentibus ad eius conſpectum Chriſtianis, & frendentibus idololatris.

Crux è fano aborta, ſed repoſita.

Manſit frendente cacodæmone, ſuo loco.

Eodem in monte erat olim Crangenę fanū, at ex quo Luſitani Inſulæ dominium acceperc, illius in domo, ciſterna in morem, ſubterra effoſſa, quo aſſeruaretur tutius, idoli m abſconderunt. In quod cum Luſitanus mil s Fo to In- cidiſſet

..lissi, oculos, (è gemmis forsan pretiosis cõ-
cinnatos) ... t, vultum ferro pauci ante quam
Mahesse delubrum destrueretur diebus, violat.
Crangenam ludibrio habitam videntes ethni-
ci, alio transtulere, sparso rumore, apparuisse
illam Brachmanæ, & in continentem trans-
ferri, quod in Insula contumeliose haberetur, ... Eodem tempore delubri Mahes-
sæ mysta, Brachmana, populo apparuisse si-
bi ... ac antequam fanum ever-
teretur ... Hic commorans, per me quidem
licet, ... alio concedo. ... tum si-
bi, ... se conferretur respondisse nu-
men, in continentem ... per contan-
... quod vos omnes Christianis
... hinc fanum meum destrui si-
... commentis fabulisq; miseræ gen-
ti quotidie ridiculi imponunt. Tametsi vero
... & crucis erectionem, & fani e-
... ferrent; tandem pacati idolo
insultarunt, dicentes, Deus cum sit, ipsius esse
... nec omnem solis hominibus sui cu-
... debere; neq; enim suos suffi-
cere ... ferendo humeros, quam si repudiet,
æquum videri, ipsum pœnam luere atque hæc
... plurimum idololatrarum hoc in casu que-
rela.

Crangena idolum deiectum, alio defertur.

Fabulæ narratio fal-sa.

Videamus iam quid cætera Insulam quoad
Dei cultum contigerit. Optabant Patres ali-
quam ... fidei promulgãdæ occasio-
nem ... colligendi spe ... quod na-
turæ quodam instinctu in pietatẽ incolæ ferri
videban-

Neophyti in ... explorata ...

vt alias dixi, videantur, ſed humanæ ſalutis aduerſarius dæmon, quibus potuit rationibus id ſemper impedire contendit, illis aliquando vt inſtrumentis vſus, quibus ſanctum hoc opus promouere ex officio incumbebat. His ergo impedimentis ablatis, P. Soarius, Dienſis reſidentia ſuperior, Cambaiam petere decreuit, incolarum ad verbi Dei ſementem ſuſcipiendam diſpoſitionem exploraturus.

Nauem ergo maiorem cum duodecim præſidiariis conſcendit, quibus amici de ſuo ſtipendium perſoluebant, vt à prædonibus ac piratis, ſi quos obuios haberet, per hos defenderetur. Nec n. exiguū ab iis imminebat periculum, Luſitana claſſe, oram tueri ſolita, iam digreſſa. Nauem poſt ſubſequebatur actuaria, quam *Machuam* hic vocant; vt, ſi quod immineret diſcrimen, hanc Soarius conſcendens, remorum impulſu, interim dum alii de naue depugnant, ilico auferretur. At ſine vllo prorſus maleficio ad portum optatum appulit, atq; inde lectica à Brachmana primario ſubminiſtrata delatus, terreſtri itinere ad Cambaiam oppidum, nonniſi leuca inde dimotum, peruenit; perſcripſerat ſiquidem huic Dio alius, omne vt Patri obſequium officiumq; deferret. Ergo illum inſignis cum beneuolentiæ ſignificatione in portu excepit, & magnorum honore in oppidum perduxit. Brachmana cum reliquis Baneanibus mox congregatis, decem circiter Soario domos oſtenderunt, vt quam vellet ſeligeret, ſelegit inſtituto ſuo propriam, hic orato-

Cambaiam vrbem appellit.

rium

ulum simul & altare erexit, in qua V. Macoris hebdomadæ feria, sacra celebrauit missarum officia. Reperit hic prope octoginta Lusitanos, quorum plerisq; pœnitentiæ & Eucharistiæ Sacramenta administrauit. Erant & aliquot Armeni Christiani quos suo mirifice aduentu recreauit; Sacerdotem quippe inprimis habere apud se desiderabant, quem sua alerent impensa. Hi quotidie sacro intererant, & cum patre de rebus salutis conferebant, vt amorum multorum confessiones exciperet duos fidei eiuratæ reos Ecclesiæ vniret, aliquot ex antiquo Ecclesiæ ritu matrimonio iungeret. Ethnicorum conuersio, ob quam potissimum eodem contenderat, hoc erat loco.

Quem erga Lusitanos & Armenos fructum ederet.

Quatuor sunt in Cambaia ethnicorum genera, Brachmanæ, qui sacerdotum loco, vti & aliis Indiæ locis, Baneanes negotiatores, & Catheriii, qui castra sequuntur & stipendia merent, qui carne soli vescuntur, deniq; Vicij, vel opifices manuarij. Habent & quoddam Religiosorum genus, quos Vertias aut Verteas, de quibus alio locuti sumus loco, vocant. Quorum superior & primas Cambaiæ tum agebat; qui eum ad colloquium ac de lege diuina collationem Soarius prouocabat. Placere hoc sibi respondit alter, & nihil fore gratius. Vt vero omnium eius testis dictorum foret, e primoribus Baneanibus quemdam rogauit, secum vt ad Verteanum principem pergeret. Ignarus siquidem Soarius erat contentiones & dissensiones inter Baneanes, qui Brachmanarum sectam tuen-

Soarius cum Verteatum primate a- [illegible] tur

Idem Dynasta ad P. Prouincialē Goam scripsit.

sti) sequentium remedio, cordium & nouarum amicitiarum, reconciliatori, à magnatibus culto, inter principes electo, Societatis Iesu Prouincialis S. P. Soarium Surrati agentem videre summopere exoptaui, at ille mihi respondit; nefas sibi esse sine vitarum legem animæ Diuinæ sequentium remedij, cordium & nouarum amicitiarum reconciliatoris facultate adesse. Quod vero arctam inter me ac Patres & omnem ipsorum nationem inibi contrahiq; amicitiam peruelim; æquissimum videtur facultatem illi fieri, quamprimum ad me aduolandi. Norit ergo vitarum illorum, qui legem animæ Dei sequuntur remedium, Societas Iesu Prouincialis, omni me officij genere vbicumq; petero, ipsum prosecuturum, & totum me Patrum obsequio dedicaturum ob-secro etiam, vt non modo quæ ab ipso contendo concedat, sed quæ à me viciſſim petat, scribendo significet III. Mensis, anno regni Achebaris quinquagesimo. Illa literarum ad prouincialem scriptarum forma, hæc vero ad P. Gasparem Soarium.

Idem ad P. Soarium.

Inter bonorum florem electo P. Gaspari Soario. S.P.D. post varias missas salutationes & desideria, quibus inter florem bonorum electi votis satisfacere volo, certiorem illum reddo, recepisse me illius literas, e quibus illum Surrati ægrere intellexi: quem cum coram conspicere desiderarem, scripsit prouincialis sibi iniussu adesse nefas: quod vero parum firma vteretur valetudine, hic, nullum [illegible]

& inter

& nunc mediocriter sum iisdem recreatus. Quod autem à morbo aliquot recreationi corporis vacare diebus se velle diceret, has illi sanato iam literas dandas spero. Oro itaq; ut hisce lectis quantocyus ad me aduolet, nihil omnino mali metuens at securus. Summopere quippe penes me hisce in locis agere illum volo, & talium consuetudine imprimis delector. Hinc & ad P. Provincialem copiam ut veniendi faciat, scripsi, mihi nec concedendi, nec electo inter bonorum florem, veniendi defuturam voluntatem existimo. Hæ sunt reguli huius literæ, & novissimæ quę de Dietiis residentiæ fructu perscripta sunt, præter illa, quæ hinc ad Abyssinam [illegible] spectantia derivata sunt.

Cap. XXXI.

De regnis, provinciis, & veteri AEthiopiæ imperio, de primariis fluminibus, lacubus, templis, & incolarum moribus.

TAmetsi iam supra aliquatenus Aethiopiam Aegyptiam ex aliorum scriptorum fide descripserimus, compertis tamen iam recentioribus certioribus, easdem his visum inserere, quod insignem post narrandis sint lucem allaturæ, cum etiam quod ab illorum prodeant officina, qui ibidem & nati, & toto vitæ egerunt tempore & varia eiusdem peragrarunt loca. Inter quos præsertim Ioannis Gabrielis militis, Lusitani, qui Christophorum Gamum e demortuo hic [illegible] contra [illegible]. Is plurimos Ae- Refert à se mentata de rebus abyssinis

 thio-

nigrum) ſed roſeo, & ſane ita capitata eſt, vt caput ſeſquiſextario, liquidorum menſura, vix contineatur. Papauera hæc inciſa, ſuccum aut

Amfion aut opiumCambaianum quale.

gluten emittunt, è quo opium Amfionve conficitur, cuius frequens tota paſſim Aſia & Africa, præſertim apud Mahometanos vſus, dum quotidie tantillum deguſtant, quod vel cicer aut drachmam, aut paulo amplius, appendat.

Cur Saracenis hoc frequens.

Credunt hæc non modo corpus recreari, mentis moleſtias pelli, ſed & in bello animum addi pugnaturis. Quam qui libare ſolent, ſi quatuor aut quinque diebus abſtineant, maximo in vitæ diſcrimine verſantur, ac ſæpe demoriuntur. Indici Malabares eam quoq; ſumunt.

Dij triplex hac herba diuenditur

Ex triplici hac herba Cambaia Perſarum, Arabum, Indorum quin & ſinenſium opes attrahit. Dij eius primaria diſtractio, atque inde Goam (vnde ad alias Indiæ regiones deuehitur) & freta Armuzianum, ac Mecanum defertur. Omnes quippe hæ merces ex vniuerſa Cambaia Dium, quo commodius diuendantur, confluunt: nam Cambæi mercatores ſuos hic proxenetas habent ac pacarios, opidani quoque ſuis eaſdem nauibus quocunq; locorum mittunt Arabes olim & alij huius petendæ mercis olim Dium properabant, atq; hinc Cambaiam opidum, & Madabanam regionem ad nundinas, & comeabant, & cum hiſce mercibus ſuas, corallum ſcilicet, ambram, ebur, ſericos pannos commutabant, cætera ſoluebant pecunia. Triginta quinq; aut amplius naues quotannis Dio ad fretum Mecanum, & decem

decem circiter Armuziam tendebant, sed abhinc annis aliquot, Baneanes Dienses, (sunt enim omnes hi aut institores, aut Cambaianorum pararij) ita omne sibi horũ mercimonium arrogarunt, vix vt iam Arabes aut alii huc confluant, illi enim quidlibet, minori dispendio & periculo, & proinde viliori pretio adferunt. Hinc & reip. Diensis & regis Lusitani compendiis, vtpote cui vectigal horum soluitur, non parum discedit: neque enim iam quadraginta, sed vix viginti quinque Mecanum fretum petunt naues. Adhæc mercis huius negotiatio Dio, ad alia duo translata loca magni momenti; Sindam scilicet ad fauces Indi fluminis, in XXIV. altitudinis Septentrionalis gradu, quo Mogor, hoc regno subacto, naues hisce onustas mercibus, secundo flumine, deferri voluit, est quippe ipsum latum & nauium iam inde à Lahore Sindam vsque capax, hinc variæ Armuziam magno vectigalium Diensium, decremento, naues petunt. omnia enim ante Dium cõmeabant. Dein Surratum, inde quotannis nauis arcis aut oppidi instar Iudam, vel ad fretum Mecanum soluit. Quo vero libentius Surratum negotiatores confluant, Magnus Mogor, qui eidem etiam dominatur, multa ei priuilegia & iura cõcessit. Hinc regis Lusitanici annui Dij census imminui cœpere. Nam vna illa nauis Surratẽsis sexaginta prope Xeraphinorum persoluere fertur millia, quorum singuli XXXVI. valent solidos nostrates. Et quamuis modo [illegible] Diensis solito [illegible]

Baneanibus huius mercis venditio cessit.

Dij olim instituebatur, iam translata.

Sindam.

Surratum.

[illegible] 36. valent [illegible]

ior, quod diligentius eorum incumbatur exa-ctioni, duplo tamen, si naues alio commeantes, huc appellerent, lautior foret, quod sollis Baneanibus asscribēdum. Cum enim omni illi mercimoniorū ius sibi arrogarint, nullus externorum, nequidem Lusitani, in id se ingerere audet, siquis vel nauem ad sinus quos diximus mittere, vel suas merces imponere, aut ipsorum mercium participare voluerit, omni illū ratione subuertunt tum muneribus praefectis dantes, tum falsis delationibus aures illorum ... nerātes, quod per ipsos solos hæc mercimonia stent, tum alias artes, quarum inprimis ... excogitantes. Hinc variis ornantes ... pr[illegible]ogatiuis: quę quamuis bona con-[illegible] intentione, fidei tamen incremento non parum obsunt. Neq; enim superiores, quę vellent, in diuino augendo cultu, statuere audent, obnitentibus Baneanibus; qui quod se foueri sciant, adeo insolescunt, vt, si quando templum aliquod ædificādum, aut crux Dij figenda, quiritantes ægre ferant, licet & vobis tota-que adeo Insulę imperium penes Lusitanos sit. Hinc nata de qua iam loquemur, contentio. Insula hæc, tametsi exigua (vtpote quæ non nisi vna in longitudinem leuca, & tribus aut quatuor balistæ minoris iactibus in latitudinem pateat) plurima delubra, & quidem per antiqua habet, in quibus etiamnum haud sacrificia, cæremoniæ, sacra, aliique ritus magna cum nequitia, licet clanculum peraguntur. Cæterum inter delubra suburbana duo sunt inprimis celebria,

Baneanes sunt immunitirum vectigalium Diensium causa.

Persuadent fore sine se mercimonia ... viuerent.

Illorum ob ... insolentia.

lebria, donariis & oblationibus annuis opulenta, quorum vnum numini, quod Mahessam dicunt, sacrum: hunc vnum è tribus illis, quos deos dicunt, & ducibus robur & vires dare in bello credunt. alterum mulieri, quam Crangenam vocant: de qua fabulose iactant. Quendam Zumbanam Zumbam in deserto ad aliquot secula austera se pœnitentia emaceralle, & Mahessam frequentiori oratione compulisse, & hunc tandem apparentē dixisse, vt quidquid vellet postularet, votorū illorum quippe futurum [illegible]. Petit ergo, omnium vt se mortalium redderet fortissimum. Audit postulata Mahessa, virumq; reddit inuincibilem. In hoc insolescens robore, non homines & animalia modo, sed & elementa, & angelos tyrannide pressit; homines enim neci dedit, mari, vt obtemperaret, realis, vt auram arcesserent, igni, vt sibi seruiret (elementis enim animata dant ethnici corpora & figuram humanam) indixit, solem quoque, suo vt lumine semper annigeri instar, se tueretur, coegit. Creaturæ vero cœlestes simul & terrestres hunc contemptum & Zumbanæ Zumbæ superbiam non ferentes Mahessæ supplicant, ab huius vt tyrannide se liberet. Incassum hæ fuissent preces, si tam aduersus feminas, quam viros tyrannus fuisset inuincibilis. at hanc DEVS priuilegio exceptionem addiderat. Deus ergo, vti fabulatores illi ferunt, ne priuilegium infringeret, filiam suam Crangenam, quæ decem annorum misit, [illegible] creaturas tam graui tyranni iugo eximeret.

Varia Dij in Insula idola, sed inprimis duo frequentia.

Fabula de numine quodam Mahessa.

Zumbana [illegible].

Crangena filia Mahessæ.

Hęc ergo, mulierum coactis copiis, & Mahessæ patris adiuta potentia, Zumbanam Zumbam conflictu inito, profligauit, dein omnibus exercitus sui feminis collectis, vna scilicet, seipsa (nam ipsa omnes & omnes ipsa) insigni, hac in creaturarum gratiam comparata victoria, ad cœlos euolauit. Hæc de Crangena ferunt, cui plurima delubra pagodesq; erexere. Inter alia eminet quoddã Chaule, & aliud in agro Cambaiano: quæ ethnici votorum rei peregrinaturi adeunt, si quando periculum sospites euaserint. Ipsam enim in discrimine præsenti inuocant, quod olim Zumbanæ Zumbæ tyrannide creaturas liberarit. Nec multum interfluxit temporis, quod à Diensi Magistratu Baneanes aliquot in carcerem falso coniecti, alii in ordinem redacti, sed re comperta suæ dignitati restituti, peregrinatum ad Cangrenam Cambaianam concesserint, hi ad sua Dium reuersi, non prius domum ingressi sunt, quam aliud eius delubrum in Insula exstructum adissent. Duo hæc numina maximo hic coluntur honore; Mahessa quidem, quod homines validos reddat, Crangena vero quod clientes discrimine eripiat, vt quidem idololatræ sibi persuadent. Quæ autem orta contentio, de Mahessæ fano sint, quod & fornicatum, & omnium pene erat antiquissimum, ante quod se solim mactare stulti mortales solebant, si quis eorum miseram ducebat vitam, quo eam cum reguli alicuius, aut opulenti forte permutaret, (animorum quippe, Pythagorico more, transmigra-

Abetbrucis inuocatur in præsenti periculo.

Immanitas ethnicorum.

migrationem credunt) ſibi ipſi necem inferebat, Mahellæq; ſe, vel cacodæmoni potius, quo beatam illis daret ſortem, deuouebat. Quod Dij ne fiat amplius, Luſitani prohibuere, tametſi aliis in locis adhuc ſolenne ſit & frequens. Huius ergo delubrum ſuburbanum cum occluſum quodam die Brachmanes myſtæ, & crucem in frontiſpicio erectam conſpicerent; rem illico ad opidanos deferunt, quorum ſeptem, totum reip. nomine, non ad Patrum ædes conuolant, ab ipſis hanc Deo iniuriam irrogatam vulgo quidem credi nunciantur, veruntamen aliter rem habere, ſibi conſtare. Horum inſcios ſe aiunt patres, & hæc nec imperantibus ſe nec conſulentibus facta, inq; rei probationem adferunt, hoc ipſo, quo verſati hic ſunt, quinquennio, nullũ cuiquam ſe malũ iniuriãq; irrogaſſe, ſed omni officiorũ genere neminem non conatos demereri, & nullũ hactenus delubrũ ingreſſos. Hoc illi reſponſo placati ad arcis præfectum abeunt, cui regias exhibent literas, quibus vllum diffringi deſtruiq; fanum vetabat. Præfectus ergo ipſum reſerari, & crucem à fornice auferri iubet. Interim dum hæc fierent, coeuntes inter ſe ethnici de rei exitu ſubdubitantes, quid facto opus, inter ſe conſulunt.

Fanum Mahesſa Dij occluſum.

Patribus hoc ethnici ſed falſo adſcribunt.

Ecce autem mulier primaria cœtũ ingreſſa, hac exulceratos iniuria animos & [illegible] pronos concitauit ratione: Nemo veſtrum omnium [illegible] robore, vt & priſtina tueatur, & [illegible] conſeruet. Ab hinc annis aliquot, non [illegible] hic paſſim templa, non tot cruces con-

Oratio mulieris a Dij [illegible]

ſpiciebantur, quibus creſcētibus fanorum pagodumq; numerus imminuitur. Quo opes veſtræ? ad quid omne quod ſinguli's aurum colligitis annis? anne vt terra defodiatis? ecquid hoc poſuerit? ſatius hoc fuerit iam impendere, effundite, date, ſtatim quippe exaudiemini, & magnum vobis nomen apud poſteros cōparabit's. Interim dum hęc animos permouet, & fanū reclufum, crucemq; oblatam [illegible]. Recreauit hic ethnicos quam maxime velut iam parta victoria onātes. at manè adit Christianos crux è ſacro diaboli auferri iuſſa. hinc biduo poſt, manè funditus delubrum euerſum apparuit, actum præfectus [illegible] o eximiam ſignū procul [illegible] ſummo montis, qui in Inſula eſt, [illegible], vnde eminus conſpicitur, [illegible]. Hinc [illegible] incolæ efferaſcentes, Inſulanis communicant, hanc ni cōfeſtim loco tollerent, eam ſe euerſuros & omnes neci daturos. Reſpondent Inſulani, huius crucis occaſione ſi quid attentarint, à Luſitanis ſe omnes interficiendos, malle ſe proinde illorum quā Luſitanorum occumbere manibus. At nōniſi verba & innanes barbarorum fuere minæ. Quo circa ſuo crux fixa manſit loco plaudentibus ad eius conſpectum Chriſtianis, & frendentibus idololatris.

Crux è fano ablata, [illegible] repoſita

Manſit firme [illegible]

Eodem in monte erat olim Crangenę fanū, at ex quo Luſitani Inſulæ dominium accepere, illius in domo, ciſternæ in morem, ſubterra effoſſa, quo aſſeruarētur corum idolum [illegible] derunt. In quod cum Luſitani [illegible]

...nt, vultum ferro pauci ante quam ... delubrum destrueretur diebus, violat. ... ludibrio habitam videntes ... translulere, sparso rumore, apparuisse illam Brachmanæ, & in continentem transferri, quod in Insula contumeliose haberetur, iussisse. Eodem tempore delubri M... ... Brachmana, populo apparuisse ... acanteq... fanum ... Hic commoraris, per me quidem ... ali... concedo. ... tenti tum ... quonam se con ferretur respondisse numen, in continentem Causamque percontanti ... dixisse, quod vos omnes Christianis ... hinc fanum meum destrui ... commentis fabulisq; miseræ gen... quotidie ... imponunt. Tametsi vero ... & crucis erectionem, & fani e... ferrent; tandem ... idolo insultarunt, dicentes, Deus cum sit, ipsius esse ... nec omnem solis hominibus sui cu... debere: neq; enim ... ferendo humeros, quam si repudi... v deri, ipsum pœnam ... vt plurimum idololatrarum hoc in casu ...

Videamus iam quid extra Insulam quoad ... contigerit. Optabant Patres ali... fidei promulgandæ occasio... fructus colligendi ... natura quadam ... in pietate incola ... vt alius

Cranganor ... delubrum, ... Brachmanæ ...

...

vt alias dixi, videantur, sed humanæ salutis aduersarius dæmon, quibus potuit rationibus id semper impedire contendit, illis aliquando vt instrumentis vsus, quibus sanctum hoc opus promouere ex officio incumbebat. His ergo impedimentis ablatis, P. Soarius, Diensis residentia superior, Cambaiam petere decreuit, incolarum ad verbi Dei sementem suscipiendam dispositionem exploraturus.

Nauem ergo maiorem cum duodecim præsidiariis conscendit, quibus amici de suo stipendium persoluebant, vt à prædonibus ac piratis, si quos obuios haberet, per hos defenderetur. Nec n. exiguũ ab iis imminebat periculum, Lusitana classe, oram tueri solita, iam digressa. Nauem pone subsequebatur actuaria, quam *Maçhuam* hic vocant; vt, si quod immineret discrimen, hanc Soarius conscendens, remorum impulsu, interim dum alij de naue depugnant, illico auferretur. At sine vllo prorsus maleficio ad portum optatum appulit, atq; inde lectica à Brachmana primario subministrata delatus, terrestri itinere ad Cambaiam oppidum, nonnisi leuca inde dimotum, peruenit; perscripserat siquidem huic Dio alius, omne vt Patri obsequium officiumq; deferret. Ergo illum insignis cum beneuolentiæ significatione in portu excepit, & magnorum honore in oppidum perduxit. Brachmana cum reliquis Baneanibus mox cõgregatis, decem circiter Soario domos ostenderunt, vt quam vellet seligeret, selegit instituto suo proprium, [illegible]

Cambaiam urbem appetit.

[illegible]

rium simul & altare erexit, in qua V. Macoris hebdomadæ feria, sacra celebrauit missarum officia. Reperit hic prope octoginta Lusitanos, quorum plerisq; pœnitentiæ & Eucharistiæ Sacramenta administrauit. Erant & aliquot Armeni Christiani quos suo mirifice aduentu recreauit; Sacerdotem quippe inprimis habere apud se desiderabant, quem sua alerent impensa. Hi quotidie sacro intererant, & cum patre de rebus salutis conferebant, vt amorum multorum confessiones exciperet duos fidei eiuratæ reos Ecclesiæ vniret, aliquot ex antiquo Ecclesiæ ritu matrimonio iungeret. Ethnicorum conuersio, ob quam potissimum eodem contenderat, hoc erat loco.

Quem erga Lusitanos & Armenos fructum ederet.

Quatuor sunt in Cambaia ethnicorum genera, Brachmanæ, qui sacerdotum loco, vti & aliis Indiæ locis, Baneanes negotiatores, & Catheristij, qui castra sequuntur & stipendia merent, qui carne soli vescuntur; deniq; Vicij, vel opifices manuarij. Habent & quoddam Religiosorum genus, quos Vertias aut Verteas, de quibus alio locuti sumus loco, vocant. Quorum superior & primas Cambaiæ tum agebat; quem ad colloquium ac de lege diuina collationem Soarius prouocabat. Placere hoc sibi respondit alter, & nihil fore gratius. Vt vero omnium quis testis dictorum foret, è primoribus Baneanibus quemdam rogauit, secum vt ad Vertearum principem pergeret. Ignarus siquidem Soarius erat contentiones & dissensiones inter Baneanes, qui Brachmanarum sectam tuen-

Soarius cum Verteatum primate agere conatur.

tuentur, qualis hic ipse, & Verteas. Cui Baneanes, malle se priuari vita, quam Vertearum subire domum: comitem se tamen fore, cum nihil accidere possit, in quo suum in ipsum affectum & studium euidentius ostẽdere posset, quam ipsius nomine faciẽdo, quod vel aperto capitis periculo vir faceret. In Vertearum ergo vt venere cœnobium, primatem bis mille Baneanibus sectæ suæ fautoribus circumseptum viderunt. Sedebat hic in sede q̃ Cambolinum dicũt cathedræ professoriæ aut concionatoriæ in morẽ efformata; aurato puluinari suffultus, & superne tectus, hunc veterrimi & peritissimi quiq; circumstabant, os panniculo candido, ne quod muscæ genus inuolans casu occideretur, tecti. maximum enim credunt nefas, viuũ quid enecare. Ecquid de Deo sentiret petit Soarius, cui absurde admodũ & inepte respõdit. Quem premens dein Pater, tales in angustias coniecit, vt quo se verteret nesciret. Pomeridianũ tempus totum huic colloquio datum, cuius dein rumor per omnem sparsus Cambaiam, stabilitam de veri Dei lege sententiam vulgauit. Ipse vicissim Antistites Soarium adiit, ne officio cedere videretur. Hic iterum iisdẽ de rebus habitus sermo, & eo quo prius successu. In digressu obsecrat illum Soarius, det operam, Deus vt ab omnibus & noscatur & colatur, non vero Deo debitum honorem creaturis impendi sinat; ille vicissim à Soario postulat, Lusitanis vt edicerct, ne quod vita donatum necidaret. Cum aliis eiusdem sectę asseclis post consult: Soarius, quo-

Primatu illius comitatus & ornatus.

Illius cum Soario collatio.

Item alia.

quos ad veritatem agnoscendam satis reperit dociles. at eandem sequi detrectant, tum quod neminem, qui eandem doceret, ad manum haberent, tum quod qua apud suos pollebant auctoritate, & donariis quibus victitabant, excidere vererentur. Comperit ergo Cambæos ad pietatē eleemosynas, aliaq; pia opera inprimis proclives, vt & sua auibus ægris mancisq;, etiam silvaticis, hic sint valetudinaria.

Cambaiam ad pietatem proni.

His compertis Soarius Cambaia Surratum venit; hic ob inualetudinem ad aliquot hæsit dies; interim Xanacanes quatuor regnorum Dominus, qui Decanense Magni Mogoris sub ditionem redegerat, audito Patrem huc appulisse, misso nuntio ad se inuitauit. Principis huius desiderio satisfacere inprimis Soarius satagebat, quod idolorum cultoribus regnum eius abundet; quorum facilem, iuuante Deo & Principe fauente conuersionem sperabat: à Prouinciali tamen iussus Goam propediem se sistere, adesse se ob inualetudinem & temporis breuitatē minime posse scribit; quocirca excusationem vt admittat, rogare. Goam vt appulit, suum regul s legatum vna cum literis ad P. Prouincialem & Soarium misit; illis facultatem dari, his desiderio suo satisfaciat, quod cum Soario variis de rebus conferre vellet, petit. Has ex fide hic appōnam, vt quæ illorum scribendi forma, manifestum fiat. Hæ ergo ad Prouincialem missæ ad verbum.

Xanacanes vir Princeps Soarium videre imprimis cupit

Adire non potuit Goam vocatus.

Virorum, legem animę Dei (id est Iesu Chri-

Idem Dynasta ad P. Prouinciale Goam scripsit.

sti) sequentium remedio, cordium & nouarum amicitiarum, reconciliatori, à magnatibus culto, inter principes electo, Societatis Iesu Prouincialis S. P. Soarium Surrati agentem videre summopere exoptaui, at ille mihi respondit; nefas sibi esse sine vitarum legem animæ Diuinæ sequentium remedij, cordium & nouarum amicitiarum reconciliatoris facultate adesse. Quod vero arctam inter me ac Patres & omnem ipsorum nationem iniri contrahiq; amicitiam peruelim; æquissimum videtur facultatem illi fieri, quamprimum ad me aduolandi. Norit ergo vitarum illorum, qui legem animæ Dei sequuntur remedium, Societas Iesu Prouincialis, omni me officij genere vbicumq; petero, ipsum prosecutu um, & totum me Patrum obsequio dedicaturum obsecro etiam, vt non modo quæ ab ipso contendo concedat, sed quæ à me vicissim petat, scribendo significet. III. Mensis, anno regni Achebaris quinquagesimo. Illa literarum ad prouincialem scriptarum forma, hæc vero ad P. Gasparem Soarium.

Item ad P. Soarium.

Inter bonorum florem electo P. Gaspari Soario. S.P.D. post varias missas salutationes & desideria, quibus inter florem bonorum electi votis satisfacere volo, certiorem illum reddo, recepisse me illius literas, è quibus illum Surrati agere intellexi. quem cum coram conspicere desiderarem, scripsit prouincialis sibi iniussu adesse nefas, quod vero parum firma vteretur valetudine, literas illius permagni feci,

& non

& non mediocriter sum iisdem recreatus. Quod autem a morbo aliquot recreationi corpo- ris vacare diebus se velle diceret, has illi sanato iam literas dandas spero: Oro itaq; ut hisce lectis quantocyus ad me aduolet, nihil omnino mali metuens at securus. Summopere quippe penes me hisce in locis agere illum volo, & talium consuetudine imprimis delector. Hinc & ad P. Provincialem copiam ut veniendi faciat, scripsi, cum nec concedendi, nec electo inter bonorum florem, veniendi desiturum volũtatem existimo. Hæ sunt reguli huius literæ, & novissima quę de Dienssis residentiæ fructu perscripta sunt, præter illa, quæ hinc ad Abyssinam missionem spectantia derivata sunt.

Cap. XXXI.

De regnis, provinciis, & veteri AEthiopiæ imperio, de primariis fluminibus, lacubus, templis, & incolarum moribus.

TAmetsi iam supra aliquatenus Aethiopiam Aegyptiam ex aliorum scriptorum fide descripsimus, compertis tamen iam recentes rebus certioribus, easdem his vi[illegible] insistere, quod insignem post narrandis sint lucem allaturæ, tum etiam quod ab illorum prodeant officina, qui ibidem & nati, & toto vitæ egerunt tempore & varia eiusdem peragrarunt loca. Regna & ad mores ... Abyssinorum Præterquam Ioannis Gabrielis militis, Lusitani, qui Christophoro Gamæ adventu hic ... contra retorquendi. Is plurimos Ae-

thiopiæ reges in variis, advers⁹ perduelles susce-
ptis expeditionib. ad varias regni prouincias le-
tus est, miles. Præerat quippe aliis Lusitano-
rum filiis, qui Regem ad bellum properantem
semper comitabantur, erant enim hi copiarum
nervus & robur, tametsi paucissimi. Mater eius
sanctitate fuit illustris, nam leonibus ob fidei
confessionem exposita, inviolata & sospes, ut
alibi diximus, abiit. Ipse præter militarem sci-
entiam, consilio & prudentia valet, & aliquã
literarum prout in barbaro licuit solo, cogni i-
onem est adeptus. Lusitanæ simul & Aethio-
picæ linguę cũprimis gnarus est, hinc plurimos
ex illa libros in hanc ad Aethiopum conversi-
onem, & Catholicorum solatium ac profe-
ctum transtulit.

Auctor illo rum fidei dignus.

Quod vero suis ipse viderit oculis, quæ
& ipse in commentarios retulit, & quæ Socii
nostri ut vera post annum M D C I I I. in Euro-
pam transscripsere, his credendum existimo po
tius, quam fabulosis quibusdam narrationibus
quas nobis Hispanus quidam recenter specio-
so hoc titulo obtrusit, Ecclesiastica, Politica &
naturalis, regnorum Aethiopiæ historia: cum
nobilis ille Abyssinus, à quo quæ scripsit, hau-
sisse hic se ait, ipsum mendacii coarguit. Eo e-
nim tempore quo liber ille superior in lucem
prodibat, in Hispana cum versaretur aula, scri-
pto illi errores, ut viri fide dignissimi, tum in re-
[illegible] agentes & Abyssino [illegible] perfamiliares, mi-
[illegible] ,aperuit & ad oculum demonstra-
[illegible] Præterquam quod is ipse Hispanus [illegible]
de[illegible]

A [illegible] [illegible] [illegible] historia [illegible] Abyss [illegible] [illegible].

[illegible] conetur, Abyssinos nunquam aut hæreticos, aut schismaticos fuisse, nec esse, at Catholicæ, Apostolicæ, Romanæq; Ecclesiæ, eiusque doctrinæ semper adhæsisse, & etiamnum adhærere. secus vero se habere rem ostendunt tũ ea quæ ipse ex scriptorũ nuperorũ retuli monumentis, tum quæ post commemorabo. Vt taceã sexcentas fabellas, quas lectori propinat, quæ nec velare nituntur, nec aliquam verisimilitudinem habent. Hæc prænotasse sufficiat, ne, qui in eandem inciderit historiam, adulterina & supposititia pro veris amplectentes, decipiantur. Certiora ergo nacti, prius regnorum & provinciarum hoc imperio comprehensarum catalogum texemus, suos singulis limites ac situm dabimus, dein primarios fluvios & lacus, postremo templa celebriora recensebimus.

Regnorum Aethiopiæ nomina.

Aethiopia ergo, quæ sub Aegypto continetur, id est ad Boream eidem contermina est in decimo octavo latitudinis Australis incipit gradu, ad Insulam Suachemum. Primum eiusdem regnum ad Boream & Orientem, Tigrinũ ut vel Tigaienum est, quod ab inde Suachemo secundum oram maritimam, quam mare rubrum alluit, ad Orientem adusq; Damcalinũ regnum extenditur, cuius initium ex opposito Mochæ in Arabia felici ex adverso sitæ sunt qui Tigiretum regnum Barnagazeum vel Barnagassum dicunt, quod pars eius mari proxima [illegible] habeat præfectum, qui a pro- [illegible] potentia, iurisdictioneq; plerisque in rebus dependeat, quem Barnagasum,

id est maris dominum, aut vulgato nomine Admiralium, vocant, ad unũ duntaxat est regnum, in duas distinctum præfecturas. Quod vero Turcæ omnia maris emporia portusq; occuparint ad usq; mare præfecti huius potentia non extéditur. Duos habet regnũ hoc port⁹ admodũ frequẽtes, Suachemum scilicet & Mazuam, vel Daleccam, insulas scilicet minores à continente non admodum remotas Aethiopiæ hãc nonnulli Arcocum, vel Arquicum nuncupant, ita enim continentis Aethiopiæ portus ex harum insularum opposito vocatur. Tigrinum regnum permagnum est, & duo deviginti cõtinet tribunalia, & suum singula præsidem & præfectum.

Barnagasu quid deotet.

Portus duo celebres in regno Tigrino.

Incolæ illius omnium Abyssinorum sceleratissimi, portus siquidem occupant Turcæ interiora terræ Saraceni, reliqua Christiani & ethnici, ferri, æris, plumbi, sulphuris, argenti & auri hæc pars fodinas habet, gossipii & omnis frumenti, quod Europa progignit, est ferax at fructibus caret; non tamen uvis, quas profert, sed pauculas & insipidas. cidõea item & citrea poma, ac ficus Indicas: tellus tamen omnium ferax est, modo semen recipiat; præsertim olivarum, nam silvestres hic plurimæ. Confragosa ac montosa regio, incolæ inopes sed laboris tolerãtissimi & atro omnes colore. Primaria illorum in sale negotiatio, quod haud procul à mari velut minerale quoddam secum eruunt. Hoc velut dimidii pedis lapides adaptant, & monetæ in Aethiopia loco est, sæpe deni quindeniq;

Illius magna soli fertilitas inco la.

Sal terræ Aethiopia moneta.

dentisq; lapidibus mancipium comparatur. Amœnissimos habet fluvios, quos flores utrinque crescentes prætexunt, quorum & silvæ feraces sunt, ut & herbarum odoriferarum. Pisces alunt flumina quos Cabosos dicunt, quæ dum per æstatem arescunt, si vel leniter terra effodiatur, aqua invenitur, atq; in ea & pisces. Terra huius provinciæ & fertilis & opima, adeo ut bis quotannis semen suscipiat. Aeris gaudet temperie, tametsi Zonę torridæ subiecta, quod potissima anni parte Boreas hic sæviat, cuius [illegible] hic quantum per Europam frigus. Hinc grandęvi hic plurimi vegeti & integris viribus. Incolæ pleriq; agricolæ vel pastores, qui ovatur, non comedit. nam etsi fertile sit solum, plurimo tamen vestes cōparantur, nisi animalium quis exuvias induere velit. Interdum & locustæ omnem terræ sementum destruunt, & præsertim in regno Tigareno: ac tum omnium vitæ alimentorum mira est penuria. hinc frequens hic fames & annonæ caritas, qua caret pelle reliquæ Aethiopiæ provinciæ. Sed alia iam regna decurramus.

Aethiopia aer temperatus tam etsi Zona torrida subiectum

Haud procul à Tigrino, meridiem versus in [illegible] Erythræa, regnum occurrit Dancalinum [illegible] & sterile. Secundum Sa[illegible] Abyssino regi tributum pendentibus. [illegible] Angotinum, quod [illegible] est, ad [illegible] ad ortum Dancalino. [illegible] Xoanum [illegible] Amaranum [illegible] Le-

Abissinorum regna. 1 [illegible] 2 Dancali [illegible]

canum, quæ quatuor sibi contigua sunt & Christianis incoluntur. Septimum Abagamedrinum vel Bagamedrinum, magis etiam ad occidentem vergens, amplius est, septem quippe tribunalia continet, & partim ab Christianis, partim ab ethnicis incolitur. Octavum Dambeanum, quod duo complectitur tribunalia, & incolas tum Christianos tum ethnicos. Octo hæc se invicem regna eo quo depinximus ordine, sequuntur, ab Oriente in Occasum tenendo, eodem id climate & parallelo sita, quo Damcalinum, cui uno in latere vicinum nonũ q Aucaguerlenum dicitur, quod mari Arabico alluitur, & eundem cum ipso finem habet. Saraceni hinc incolunt. sed Abyssini regis non ... non agnoscunt. Oares flum en ut Aegyptum Nilus, hanc partem universam irrigat. Decimum Adelense est, in quo Zeila urbs, ... duodecimo altitudinis borealis gradu. Occupant hoc quoque Saraceni, quibuscum continuum um Præsto-Ianne bellum. Inde egressus est Gradaghis Adelis rex, quem universam subiugasse Aethiopiam alibi diximus. At Lusitanorum auxilio, post varios conflictus (in quorum uno Christophorus Gamma Dux occubuit il... le & parta amisit & caput. XI. Dabalinum est, puod Aequatori proximum, & Mundarano conterminum. Christiani hoc simul & Saraceni insident, sed Presto-Janni omnes vectigales. Huic duodecimum proximum, sed ad interiora magis vergit, Ocinum nomine; in quo tam Ethnici quam Saraceni commorantur, sed Abyssino parent. Tertiumdecim...

7 Abagamedrinum vel Bagamedrinum

8 Dambeanum.

9 Aucaguerlenum.

10 Adelense

11 Dabalinum.

12 Ocinum.

mum Arinum, Quartum decimum huic limitaneum Fatigarenſe, quorum incolæ Chriſtiani omnes. at Quintumdecimum Zingerinum quod inhabitant ethnici. Sextumdecimum Roxanguzinum, quod ad Mombazæ latus Chriſtianorum hoc ſedes, ſed PreſtoIannem non agnoſcentium, 13 *Arinum.* 14 *Fatigarenſe.* 15 *Zingeriñ* 16 *Roxanguzinum*

Inde ad Boream per continentem pergenti decimum ſeptimum occurrit regnum Roxanum ab ethnicis hoc cultum Zingerino proximum eſt, huic ortum verſus duodeviceſimũ vicinum eſt Goyamenſe, hoc inhabitant ſimul cum Chriſtianis ethnici, & Abyſſini imperium agnoſcunt. Vndeviceſimum Nareanum, quod adusq; Monomotapam extenditur. Hoc Abagamedrinum magnitudine ter ſuperat moſco abundat, ebore, auro. aliiſq; mercib. ut nullum hoc regi Abyſſino ſit compendioſius (magnam enim quotannis auri vim in tributum pendit) & mercimoniis frequentius Chriſtiani incolũt & Gentiles, ſed Abyſſino vectigales. 17 *Roxanũ.* 18 *Goiamenſe.* 19 *Nareanũ*

Fremona (quod in regno Tygrino oppidum eſt) huc uſque bimeſtre eſt iter. Viceſimum quod Zetinum dicitur, huic conterminum, ſed ad intima regionis vergentius ethnicos habet incolas, ſceptro Abyſſino parentes: proximum ac primum & viceſimum Conche dicitur. XXII. Conchenſi confine Mahaonum, ab ethnicis inhabitatur. Sequitur deinde tertium & viceſimum Goromenſe ampliſſimum & rebus ad vitam neceſſariis inſtructiſſimum. [illegible] 20 *Zetinum.* 21 *Conche.* 22 *Mahaonum.* 23 *Gromẽſe.*

V 3 una

una cum Christianis idololatriæ. Hoc Nilo circumcingitur, ut peninsula sit. Hic miri plerumque prælia solent, quod commeatu abundet, quem ad bellum profecturi secum non asportant, sed obvio victitant. Tam fertile porro solum est ut, illis illinc messem ex agro colligentibus, hi eundem hic arent & conserant.

24 Damotense. XXIV. Damotense. XXV. Suanum, quod

25 Suanum meditullium & regni umbilicus, olim regia.

26 Fascolense XXVI. Fascolense. Tria hæc postrema trans Nilum sunt Aegyptum versus, & postremum adusque Memphin extenditur. Hoc peregrini quotannis in quadragesima transeunt Dambea, regni Abyssini metropoli, Hierosolymam petentes atque hinc ad usque Fascolense regnum quinquaginta dierum est iter. Mahometani hoc incolunt, qui cum Aethiopibus commercia ineunt. Hæc sunt regna, quæ iam olim Prestolanni paruere.

Provinciæ imperii Aethiopici [illegible] Erant insuper quatuordecim provinciæ, quæ regni non habebant nomen. Prima

1 Dubanensis Dubanensis, Tigrino inclusa regno, Catibus & Ethnicis habitata, Abyssinum non agnoscentib. Secunda Xunchensis eodem in regno

2 Xunchensis sita Damcalino proxima, quam inhabitant Mahometani Prestolannis iugum detrectantes.

3 Dubaiana Dubaiana tertia in regno Angotano; Christiani hanc occupant. Quarta Barana Tigrino &

4 Barana Abagamed [illegible] regnis interiecta, Christiani &

5 Calavana hanc incolunt sed perversi [illegible] & quintam Calavana [illegible] proximam & [illegible] Aganam.

[illegible] Septima Aramanas dicitur [illegible] regno Dabaslense [illegible], quam [illegible] & Mahometani [illegible] eidem,

[illegible] subditi. Xancalana nona est, haud pro- *9 Xancalana.*
cul à Zingemo regno, ethnici & Caties hanc
occupant. Huic proxima est Xacoxana decima, *10 Xaçoxana.*
à Gallibus infesta. XI. Aubgamensis paulo vl- *11 Aubgamensis.*
terius, cuius incolarum pars Christiani, pars
Mahometani, vti & duodecimæ huic proxi-
mæ, Bergamensis. XIII. Arisensis trans Nilum *12 Bergamensis.*
proprium agnoscit regulum, sed Saracenis ple-
na. Quarta decima & postrema vltra Arisen- *13 Arisensis.*
sem est Euarensis, quam tam Mahometani,
quam ethnici incolunt. Hæ prouinciæ regna- *14. Euarensis.*
que sunt Aethiopiæ Aegyptiæ, tametsi eiusdem
Imperator non nisi Tigrinum, Abagamedrinum
Dambeanum, Goromense, & Amaranum, &
aliquot alia regna in pace quieteq; possideat.

Flumina non nisi primaria maximaq; refe-
remus quæ quatuor numero. Primum & Fre- *Primaria Aethiopiæ flumina.*
mona proximum, à qua triginta milliaribus di-
stat, Taucea dicitur, ab Austro in Aquilo-
nem labitur. nullum eius ad nunc est ostium, *1. Taucea.*
sed procul à fonte, in vastis [illegible]
[illegible] alitere
transitus datur sed [illegible]
in cymbis [illegible] tamento
[illegible]tis. Qui e Tigrino regno [illegible] adeunt,
[illegible]
[illegible]
[illegible] *Mo[illegible]*
hodie [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

 [illegible]

2. *Oares.* Oares, amplum & aliquibus in locis Nilo lar[illegible]us. Zeilam petit, & omnem quam perlabitur regionem, irrigat, vt Ægyptum Nilus. Christiani Abyssini ipsum potare nolunt, quod Saracenos & pascat & potet, vtpote illorum agrum irrigans. 3. *Gabea.* Tertium Gabea, quod haud procul à Mombaza fluit. Hoc esse vulgò flumen creditur, quod Eduardi Menesii Indię Prætoris tempore, Lusitani nonnulli, oram Melin[illegible] & Mombazanam depopulantes, aduerso flumine duodecim dierum itinere, subiere, lacum è quo id oriri inaudierant indagaturi, sed re [illegible] rediere: qui si vlterius progressi essent, optatum forsan in Abassiam [illegible] detexissent.

4. *Nilus.* Quartum Nilus est tanti olim nominis, quem Abbacu Aethiopes appellant, qui septem in mare mediterraneum illabitur ostiis. Illius origo in regni Goromensis & Damu[illegible] confinijs, haud procul à modico colle [illegible] palustri, vt quidem Lusitanus, è quo hæc hausimus testatur; qui huc cum Lusitanis aliquot militibus forte cum venisset, sua in maximam fontis venam hasta inserta fundum non [illegible]git. E quo fonte & densos quosdam vapores sursum vidit ascendere. quod frequens hic admodum, vt referunt loci incolæ ethnici, qui ob hanc aliasq; causas hanc Nili scaturiginem [illegible] molatis victimis adorant, vt ex immolatorum animalium ossibus [illegible] colluent. Hæc quidem Aethiopiæ flumina: lacus [illegible] primarii quatuor. Primo nomen [illegible] Augo[illegible] [illegible], sed non vsq; adeo [illegible]

[illegible] [illegible] qu- [illegible]

Secundum

Secundum incolæ Dambea Baharem dicunt, id est, mare Dambeanum; quemadmodum apud Iudæos lacus Genesareth, mare Tiberiadis appellabatur; is haud procul à Gubbai, (quæ nostris modò regia) viginti in longitudinem, vix nouem ad summum in latitudinem leucas patet. A Nilo pertransitur, multasq; continet insulas. piscolentus est quàm maximè, & hippopotamos plurimos alit. Hunc cum duo sociorum nostrorum lintea cymba transcenderent, regem aditum, tantam belluarum harum [illegible] obuiam sunt, vt non sine singulari Dei protectione tandem euaserint. Si quem perduellium catephæorum habere viuum Abyssinus rex potest (sunt autem plurimæ & frequentes hæ commotiones) cui necem inferre non vult, ad insulæ cuiusdam in lacu arcem, amandat: in qua & regia asseruantur gaza, vti & summis asperrimisque montibus, quas natura vel eiusdem potius auctor Æthiopiæ solus propugnacula dedit, quæ incolæ nec volunt nec norunt construere. Tertius Zella in regno Oecino Adelem & Mombazam versus. Hic esse creditur, quem aduerso flumine ascendentes, vti diximus, Lusitani inquirebant Dei munere pater. Quartus Sacala haud procul à priori regno Oecino etiam vicinus, & eiusdem quoque capacitatis.

1 *Dambea Bahar.*

Hippopotamos alit.

Arx in insula intra lacum [illegible]

3 *Zella.*

4 *Sacala.*

Templorum hæc sunt celebriora; omnium primum ac summum Debra Libanos,

[illegible]

3. De la Libanos. nos, id est, mons Libani, idq; in regno Xoa no in quo reges olim Abyssini terræ mandabantur: incolæ Christiani sunt, & omnium vicinorum optimi. Alterum Marcoza Mariam, id est, à Maria electū, in regno Goyamensi. Tertium Dima, id est, Deiparæ, in regno Goromensi. Cœnobii templo proximi monachi, omnes contagioso exstinctos morbo, qui hoc in regno frequens, sepeliunt. Quarto nomen Macana Cellacem, id est, Trinitatis sedes, in regno Amarano. Quintum Laboca quod monti aureo æquivalet, appellatur, Michaeli Archangelo sacrum, in Goyamensi regno. Sextum S. Agapito dedicatum in Dambeano. Septimum à Saluatore nomen trahit in Abagamedrino, item octauum in Deiparæ honorem exstructum Eodem in regno centum quinquaginta olim templa in vno territorio decem circiter leucarum spatio, numerabantur, quæ Aethiopes olim, siquid à Deo obtinere contendebant, litanias decantando, adibant. ferunt orare illos solitos, vt in precationum exauditarum argumentum arborem arefaceret Deus haud procul ab illis dissitam templis. atq; ita cum fieret; illis ad orandum se componentibus, arborem ad pristinum, virorem interim reuerti soliam: itaq; petitorum se compotes fore intelligebant. Verum ex quo ab Ecclesiæ se Romanæ vnione separarunt, hoc cessasse sunt qui dicunt. In Tigrino regno plurima quoq; templa conspiciuntur. omnium primum Agosmo dicunt Castolar Virgini sacrum

2. Marcoza Mariam.
3 Dima.
4. Macana Cellacem
5 Laboca.
6. S. Agapiti.
7. Saluatoris.
8. Deiparæ.
150. templa vno in territorio.
Miraculum rediuiuarium.

ctum, tectum hoc erat variisq; constructum lapidib°, verum à Zeilano regulo & Saracenis, quos Lusitani dein profligarunt dirutum. vt nonnisi rudera & reliquiæ veteris splendoris indicia supersint, & plurimæ turres cæq; elegantes, in quarum vna reperta inscriptio Europæorum id opus fuisse indicat. In cœnobio quod templo proximum, omnes quotquot in vniuersa Aethiopia, tam boni, quam mali asseruantur libri, & veteres de Regibus Abyssinis annales, qui hoc in loco vngi coronariq; solent. qui porro hic coronam non accepit, non regum rex aut Imperator, sed rex dumtaxat vulgo dicitur.

Accumense templum à Saracenis dirutum.

Aliqua eius pars restat.

Hic reges Aethiopiæ vnguntur & coronantur.

Secundum templum Abagarima vocatur, etiam Deiparæ dedicatum: amplum id olim & magnificum, verum hodie à Saracenis vastatum, non ita tamen vt egregii templi nomen non retineat, cuius tectum pictum & colore ductili inductum. Synagogæ Iudaicæ quàm Christianorum templo id similius. Sepultus hic magnus sanctusq; vir, à quo Betta Abagarima ipsum dicitur, id est. Domus aut ædes Abbatis Garimæ. fertur fuisse de numero nouem Religiosorum, qui iam ab annis aliquot Roma ad Abyssinos Romanæ Ecclesiæ vincendos edocendosq; missi fuerant. hi sacra biblia ex Arabico in Chaldaicum, quo sermone libri omnes Abyssini conscribuntur, transtulere, quod cum hoc in cœnobio degeret & vita functus sit, ab ipso templum nomen habet. Omnibus porro templis cœnobia adhærent,

Templum Abagarima etiam pene destructum.

Abba Garima quis fuerit.

Cœnobia templis adhærent.

Idem Dynaſta ad P. Prouincialē Goam ſcripſit.

ſti) ſequentium remedio, cordium & nouarum amicitiarum, reconciliatori, à magnatibus culto, inter principes electo, Societatis Ieſu Prouincialis S. P. Soarium Surrati agentem videre ſummopere exoptaui, at ille mihi reſpondit; nefas ſibi eſſe ſine vitarum legem animæ Diuinæ ſequentium remedij, cordium & nouarum amicitiarum reconciliatoris facultate adeſſe. Quod vero arctam inter me ac Patres & omnem ipſorum nationem iniri contrahiq; amicitiam peruelim; æquiſſimum videtur facultatem illi fieri, quamprimum ad me aduolandi. Norit ergo vitarum illorum, qui legem animæ Dei ſequuntur remedium, Societas Ieſu Prouincialis, omni me officij genere vbicumq; petere, ipſum proſecuturum, & totum me Patrum obſequio dedicaturum obſecro etiam, vt non modo quæ ab ipſo contendo concedat, ſed quæ à me viciſſim petat, ſcribendo ſignificet. III. Menſis, anno regni Achebaris quinquageſimo. Illa literarum ad prouincialem ſcriptarum forma, hæc vero ad P. Gaſparem Soarium.

Idem ad P. Soarium.

Inter bonorum florem electo P. Gaſpari Soario. S. P. D. poſt varias miſſas ſalutationes & deſideria, quibus inter florem bonorum electi votis ſatisfacere volo, certiorem illum reddo, recepiſſe me illius literas, è quibus illum Surrati agere intellexi: quem cum coram conſpicere deſiderarem, ſcripſit prouincialis [illegible] iniuſſu adeſſe nefas, quod vero [illegible] v-teretur valetudine, literas [illegible] ci,

[illegible]

maxime diociter sum iisdem recreatus. Quod autem à morbo aliquot recreationi corporis vacare diebus se velle diceret, has illi sanato iam literas dandas spero: Oro tuq; ut hisce lectis quantocyus ad me aduolet, nihil omnino mali metuens at securus. Summopere quippe petes me hisce in locis agere illum volo, & talium consuetudine imprimis delector. Hinc & ad P. Provincialem copiam ut veniendi faciat, sentio, cui nec concedendi, nec electo inter bonorum florem, veniendi defuturam volũtatem existimo. Hæ sunt reguli huius literæ, & nouissima quę de Dieusis residentiæ fructu perscripta sunt, præter illa, quæ hinc ad Abyssinam Missionem spectantia derivata sunt.

CAP. XXXI.

De regnis, provinciis, & veteri AEthiopiæ imperio, de primariis fluminibus, lacubus, templis, & incolarum moribus.

TAmetsi iam supra aliquatenus Aethiopiam Aegyptiam ex aliorum scriptorum fide descripsimus, compertis tamen iam recentioribus certioribus; easdem his visum inserere, quod insignem post narrandis sint lucem allaturæ, tum etiam quod ab illorum prodeant officinis, qui ibidem & nati, & toto vitæ egerunt tempore & varia eiusdem peragrarunt loca. Imprimis Ioannis Gabrielis, militis Lusitani, qui Christophoro Gammea demum hic commilitia contraxere oriundi. Is plurimos Ae- *Relatio à domestiis rebus regio-nis*

thiopiæ reges in variis, advers⁹ perduelles susceptis expeditionib. ad varias regni prouincias secutus est, miles. Præerat quippe aliis Lusitanorum filiis, qui Regem ad bellum properantem semper comitabantur, erant enim hi copiarum nervus & robur, tametsi paucissimi. Mater eius sanctitate fuit illustris, nam leonibus ob fidei confessionem exposita, inviolata & sospes, ut alibi diximus, abiit. Ipse præter militarem scientiam, consilio & prudentia valet, & aliquã literatum prout in barbaro licuit solo, cognitionem est adeptus. Lusitanæ simul & Aethiopicæ linguę cũprimis gnarus est, hinc plurimos ex illa libros in hanc ad Aethiopum conversionem, & Catholicorum solatium ac profectum transtulit.

Auctor illorum fide dignus.

Quod vero suis ipse viderit oculis, quæ & ipse in commentarios retulit, & quæ Socii nostri ut vera post annum M D C I I I. in Europam transscripsere, his credendum existimo potius, quam fabulosis quibusdam narrationibus quas nobis Hispanus quidam recenter speciosio hoc titulo obtrusit, Ecclesiastica, Politica & naturalis, regnorum Aethiopiæ historia: cum nobilis ille Abyssinus, à quo quæ scripsit, hausisse hic se ait, ipsum mendacii coarguit. Eo enim tempore quo liber ille superior in lucem prodibat, in Hispana cum versaretur aula, scripto illi errores, ut viri fide dignissimi, tum in regia agentes & Abyssino huic perfamiliares, mihi retulere, aperuit & ad oculum demonstrauit. Præterquam quod is ipse Hispanus ostendere

Auctor recentis [illegible] historiæ de rebus Abyssinorum fabulosus.

dem conentur, Abyssinos nunquam haereticos, aut schismaticos fuisse, nec esse, at Catholicae, Apostolicae, Romanaeq; Ecclesiae, eiusque doctrinae semper adhaesisse, & etiamnum adhaerere. secus vero se habere rem ostendunt tū ea quae ibi ex scriptorū nuperorū retuli monimentis, tum quae post commemorabo. Vt taceā sexcentas fabellas, quas lectori propinat, quae nec veritate nituntur, nec aliquam verisimilitudinem habent. Haec praenotasse sufficiat, ne, qui in eandem inciderit historiam, adulterina & supposititia pro veris amplectentes, decipiantur. Certiora ergo nacti, prius regnorum & prouinciarum hoc imperio comprehensarum catalogum texemus, suos singulis limites ac situm dabimus, dein primarios fluvios & lacus, postremo templa celebriora recensebimus.

Aethiopia ergo, quae sub Aegypto continetur, id est ad Boream eidem conterminaest, in decimo octavo latitudinis Australis incipit gradu, ad Insulam Suachenum. Primum eiusdem regnum ad Boream & Orientem, Tigrinū vel Tigarenum est, quod ab inde Suachenum secundum oram maritimam, quam mare rubrum alluit, ad Orientem adusq; Damcalinum regnum extenditur, cuius initium ex opposito Mocan Arabia felic ex adverso sitae: sunt qui Tigarenum regnum Barnagazzum vel Barnagassum dicunt, quod pars eius mari proxima singularem habeat praefectum, qui a prouincia Tigarem putenti, iurisdictione, qui plenisque in rebus dependeat, quem Barnagassum, *Regnorum Aethiopiae nomina.*

 id

id est maris dominum,aut vulgato nomine Admiralium, vocant,ad unū duntaxat est regnum, in duas distinctum præfecturas. Quod vero Turcæ omnia maris emporia portusq; occuparint ad usq; mare præfecti huius potentia non extēditur. Duos habet regnū hoc port⁹ admodū frequētes,Suachemum scilicet & Mazuam, vel Dalecam,insulas scilicet minores à continente non admodum remotas Aethiopiæ hāc nonnulli Arcocum,vel Arquicum nuncupant, ita enim continentis Aethiopiæ portus ex harum insularum opposito vocatur. Tigrinum regnum pērmagnum est,& duo deviginti cōtinet tribunalia, & suum singula præsidem & præfectum.

Bamogasu quid deotet.

Portus duo celebres in regno Tigrino.

Incolæ illius omnium Abyssinorum sceleratissimi,portus siquidem occupant Turcæ interiora terræ Saraceni,reliqua Christiani & ethnici,ferri, æris,plumbi, sulphuris,argenti & auri hæc pars fodinas habet,gossipii & omnis frumenti, quod Europa progignit,est ferax at fructibus caret;non tamen uvis,quas profert, sed pauculas & insipidas.cidōea item & citrea poma,ac ficus Indicas. tellus tamen omnium ferax est,modo semen recipiat ;præsertim olivarum,nam silvestres hic plurimæ.Confragosa ac montosa regio,incolæ inopes sed laboris tolerātissimi & atro omnes colore. Primaria illorum in sale negotiatio, quod haud procul à mari velut minerale quoddam secari emittur. Illic velut dimidii pedis lapides adaptant, & mōstræ in Aethiopia loco est,sæpe denis quindenisq;

Idem magnum, fertilitas nulla.

Salinæ Aethiopiæ [illegible]

decemq; lapidibus mancipium comparatur. Amœnissimos habet fluvios, quos flores utrinque crescentes prætexunt, quorum & silvæ feraces sunt, ut & herbarum odoriferarum. Pisces alunt flumina quos Cabosos dicunt, quæ dum [illegible] in arescunt, si vel leniter terra effodiatur, aqua invenitur, atq; in ea & pisces. Terra fluvio proxima & fertilis & opima, adeo ut bis quotannis semen suscipiat. Aeris gaudet temperie, tametsi Zonæ torridæ subiecta, quod potissima anni parte Boreas hic sæviat, cuius non tantum hic quantum per Europam frigus. Hinc grandævi hic plurimi vegeti & integris viribus. Incolæ plerumq; agricolæ vel pastores, qui [illegible] non comedit. nam etsi fertile sit solum, plurimo tamen vestes cõparantur, nisi animalium quis exuvias induere velit. Interdum & locustæ omnem terræ sementum destruunt, & præsertim in regno Tigareno: ac tum omnium [illegible] alimentorum mira est penuria. hinc frequens hic fames & annonæ caritas, qua caret peste reliquæ Aethiopiæ provinciæ. Sed alia [illegible] regna decurramus.

Aethiopia aeris temperatura tametsi Zonæ torridæ subiecta.

Haud procul à Tigrino, meridiem versus in occidentem Erythræi regnum occurrit Damcalinum, ipsum exiguum & sterile. Secundum Sa[illegible] incolunt, sed Abyssino regi subiectum [illegible] pendentibus. Tertium est Angotanum, quod [illegible] Damcaluo. [illegible] Boanum aut Xoanum [illegible] & quintum. [illegible] Be-

[illegible]

 [illegible]

[illegible] Arinum, Quartum decimum huic limitaneum Barigarense, quorum incolæ Christiani [illegible]. Quintumdecimum Zingerinum quod inhabitant ethnici. Sextum decimum Ro[illegible]guzinum, quod ad Monbazæ larus Christianorum hoc sedes, sed Prestolanicum non agnoscentium, 13 Arinum. 14 Barigarense 15 Z[illegible] 16 Ro[illegible]guzinum

Inde ad Boream per continentem pergenti decimum septimum occurrit regnum Ro[illegible]num ab ethnicis hoc cultum Zingerino proximum est, [illegible] versus duodevicesimum [illegible] est Goyamense, hoc inhabitant simul cum Christianis ethnici, & Abyssini imperium agnoscunt. Vndevicesimum Nareanum, quod [illegible]; Monomotapam extenditur. Hoc Abagasnedianum magnitudine ter superat mosco abundat, ebore, auro, aliisq; mercib. ut nullum hoc regi Abyssino sit compendiosius (magnam enim quotannis auri vim in tributum pendit) & mercimoniis frequentius Christiani incolunt & Gentiles, sed Abyssino vectigales. 17 Rixa[illegible] 18 Goyamense 19 Nareani

Fremona (quod in regno Tygrino oppidum est) huc usque bimestre est iter. Vicesimum quod Zeunum dicitur huic conterminum, sed ad intima regionis vergentibus ethnicos habet incolas, sceptro Abyssino parente [illegible] proximum ac primum & vicesimum Conchê[illegible] XXII. Conchensi confine Mahania[illegible] [illegible] inhabitatur. Sequitur deinceps [illegible] num & vicesimum [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] 20 Z[illegible] 21 [illegible] 22 Mahania[illegible] 23 Con[illegible]

 [illegible]

una cum Christianis idololatræ. Hoc Nilo circumcingitur, ut peninsula sit. Hic inimici plerumque prælia solent, quod commeatu abundet quem ad bellum profecturi secum non asportant, sed obvio victitant. Tam fertile porro solum est ut, illis illinc messem ex agro colligentibus, hi eumdem hic arent & conserant.

24 Damotense. XXIV. Damotense. XXV. Suanum, quod

25 Suanum meditullium & regni umbilicus, olim regia.

26 Falcolense XXVI. Falcolense. Tria hæc postrema trans Nilum sunt Aegyptum versus, & postremum adusq; Memphim extenditur. Hoc peregrini quotannis in quadragesima transeunt Dambea, regni Abyssini metropoli, Hierosolymam petentes atq; hinc ad usq; Falcolense regnum quinquaginta dierum est iter. Mahometani hoc incolunt, qui cum Aethiopibus commercia ineunt. Hæc sunt regna, quæ iam olim Prestolanni paruere.

Ceteris imperii Aethiopici provinciæ. Erát insuper quatuordecim provinciæ, quæ regni non habebant nomen. Prima

1 Dubanensis Dubanensis, Tigrino inclusa regno, Cafribus & Ethnicis habitata, Abyssinum non agnoscentib. Secunda Xunchensis eodem in regno

2 Xunchensis sed Damcalino proxima, quã inhabitant Mahometani PrestoIannis iugum detrectantes.

3 Daravana Daravana tertia in regno Angotano; Christiani hanc occupant. Quarta Borana Tigrino &

4 Borana Abegamedrino regnis interiecta, Christiani & hanc incoluntsed perversi [illegible] & quintam Calamnã. Borana proximam & sextam Agamam. Septima Ar... nadicitur regno Dahafino ... ne, quam ethnici simul & Mahometani tenent

eidem subditi. Xancalana nona est, haud pro- 9 Xancalana.
cul à Zingemo regno, ethnici & Cafres hanc
occupant. Huic proxima est Xacoxana decima, 10 Xacoxana.
à Cambus infesta. XI. Aubgamensis paulo vl- 11. Aubgamensis.
terius, cuius incolarum pars Christiani, pars
Mahometani, vti & duodecimæ huic proxi-
mæ, Bagamensis. XIII. Arisensis trans Nilum 12 Bagamensis.
proprium agnoscit regulum, sed Saracenis ple-
na. Quarta decima & postrema vltra Arisen- 13. Arisensis.
sem est Euatensis, quam tam Mahometani,
quam ethnici incolunt. Hæ prouinciæ regna- 14. Euatensis.
que sunt Aethiopiæ Aegyptiæ, tametsi eiusdem
Imperator nō nisi Tigrinum, Abagamedrinum
Dambeanum, Goromense, & Amaranum, &
aliquot alia regna in pace quieteq; possideat.

Flumina non nisi primaria maximaq; refe-
remus, quæ quatuor numero. Primum & Fre- *Primaria Aethiopiæ flumina.*
mona proximum, à qua triginta milis dista
Kuer, Taucea dicitur, ab Austro in Aquilo-
nem labitur nullum eius ad mare est ostium, 1. Taucea
sed procul à fonte, in vallis [illegible]
[illegible] arenarum opinio [illegible] are
[illegible] sed hieme difficile [illegible] nonnulli
in [illegible] [illegible] stramento
contextis. Qui e Tigrino [illegible] adeunt,
[illegible] oportet. [illegible] procul inde
[illegible] natura aspe-
[illegible] *[illegible]*
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

2. Oares. Oares, amplum & aliquibus in locis Nilo latius. Zeilam petit, & omnem quam perlabitur regionem, irrigat, vt Ægyptum Nilus. Christiani Abyssini ipsum potare nolunt, quod Saracenos & pascat & potet, vtpote illorum agrum irrigans.

3. Gabea. Tertium Gabea, quod haud procul à Mombaza fluit. Hoc esse vulgò flumen creditur, quod Eduardi Menesii Indię Prætoris tempore, Lusitani nonnulli, oram Melindanam & Mombazanam depopulantes, aduerso flumine duodecim dierum itinere, subiere lacum è quo id oriri inaudierant indagaturi, sed re infecta rediere: qui si vlterius progressi essent, optatum forsan in Abassinum iter detexissent.

4. Nilus. Quartum Nilus est tanti olim nominis, quem Abaucu Aethiopes appellant, qui septem in mare mediterraneum influxit ostiis. Illius origo in regni Goromensis & Damorensis confiniis, haud procul à modico colle, è lacu palustri, vt quidem Lusitanus, è quo hæc hausimus testatur; qui huc cum Lusitanis aliquot nobilibus forte cum venisset, sua in maximo fontis venam hasta inserta fundum non attigit. E quo fonte & densos quosdam vapores sursum vidit ascendere. quod frequens hic admodum, vt referunt loci incolæ ethnici, qui ob hanc aliasq; causas hanc Nili scaturiginem [illegible] molatis victimis adorant, vt ex [illegible] animalium ossibus ingens acervus [illegible] liceret. Hæc quidem Aethiopiæ flumina [illegible] [illegible] quatuor. Primo nomen [illegible] Angotanu regno, sed non [illegible]

Nili [illegible] haud procul [illegible]

[illegible]

Secundum incolæ Dambea Baharem dicunt, 2. Dambea Bahar.
id est, mare Dambeanum quemadmodum apud Iudæos lacus Genesareth, mare Tiberiadis appellabatur; is haud procul à Gabbai, (quæ vrbs modò regia) viginti in longitudinem, sex nouem ad summum in latitudinem leucas patet. A Nilo pertransitur, multasq; continet insulas. pisculentus est quàm maximè & hippopotamos plurimos alit. Hunc cum duo Iesuitarum Abyssinica cymba traijcerent, regem adituri, tantam belluarum harum experti rabiem sunt, vt non sine singulari Dei protectione tandem euaserint. Si quem perduellium capitaneorum habere viuum Abyssinus rex potest (sunt autem plurimæ & frequentes hic commotiones) cui necem inferre non vult, ad insulæ cuiusdam in lacu arcem, amandat illum, in qua & regiæ asseruantur gazæ, vti & summis asperrimisque montibus, quos natura vel eiusdem potius auctor Aethiopiæ velut propugnacula dedit, quæ incolæ nec volunt nec norunt excindere.

Hippopotamos alit.

Arx in insula intra Dambea lacum.

Tertius Zella in regno Orcino Adelem & Mombazam versus. Hic esse creditur, quem aduerso flumine ascendentes, vti diximus, Lusitani inquirebant Nili ... parte. Quartus Necala haud procul à priori, regno Decmo etiam vicinus, & eiusdem quoque capacitatis. 3. Zella. 4. Necala.

Templorum hæc sunt celebriora; omnium primum & summum Deus Libanus, Templa Aethiop.

1. Debra Libanos. nos, id est, mons Libani, idq; in regno Xoa[illegible] in quo reges olim Abyssini terræ mandabantur; [illegible] incolæ Christiani sunt, & omnium vicinorum [illegible]

2. Marcoza Mariam. optimi. Alterum Marcoza Mariam, id est, à Maria electũ, in regno Goyamensi.

3 Dima. Tertium Dima, id est, Deiparæ, in regno Goromensi. Cœnobii templo proximi monachi, omnes contagioso

4. Macana Cellacem exstinctos morbo, qui hoc in regno frequens, sepeliunt. Quarto nomen Macana Cellacem, id est, Trinitatis sedes, in regno Amarano.

5 Laboca. Quintum Laboca quod monti aureo æqui-

6. S. Agapiti. ualet, appellatur, Michaeli Archangelo sacrum, in Goyamensi regno. Sextum S. Aga-

7. Saluatoris. pito dedicatum in Dambeano. Septimum à

8. Deiparæ. Saluatore nomen habet in Abagamedrino, item octauum in Deiparæ honorem exstru-

150. templa vni in territorio ctum Eodem in regno centum quinquaginta iam olim templa in vno territorio decem circiter leucarum spatio, numerabantur, quæ Aethiopes olim, siquid à Deo obtinere contendebant, litanias decantando, adibant. ferunt orare illos solitos, vt in precationum exauditarum argumentum arborem arefaceret Deus haud procul ab illis dissitam templis. atq; ita cum fieret; illis ad orandum se componenti-

Miraculum ordinarium. bus, arborem ad pristinum, virorem interim reuerti solitam: itaq; petitorum se compotes fore intelligebant. Verum ex quo ab Ecclesia se Romana vnione separarunt, hoc cessasse sunt qui dicunt. In Tigremo regno plurima quoq; templa conspiciuntur. quorum primum Axumi dicunt Gloriosæ Virgini sacratum;

enim; lectis hoc erat variisq; constructum lapi-
dibus, verum à Zeilano regno & Saracenis, quos
Lusitani dein profligarunt dirutum, vt nonnisi
rudera & reliquiæ veteris splendoris indicia su-
persint, & plurimæ turres eæq; elegantes, in
quarum vna reperta inscriptio Europæorum
id opus fuisse indicat. In cœnobio quod tem-
plo proximum, omnes quotquot in vniuer-
sa Aethiopia, tam boni, quam mali asseruan-
tur libri, & veteres de Regibus Abyssinis an-
nales, qui hoc in loco vngi coronariq; solent.
qui porro hic coronam non accepit, non re-
gum rex aut Imperator, sed rex dumtaxat
vulgo dicitur.

Axumense templum à Saracenis dirutum.

Aliqua eius pars restat.

Hic reges Aethiopiæ vnguntur & coronantur.

Secundum templum Abagarima vocatur,
etiam Deiparæ dedicatum: amplum id olim
& magnificum, verum hodie à Saracenis va-
statum, non ita tamen vt egregii templi no-
men non retineat, cuius tectum pictum &
colore ductili inunctum. Synagogæ Iudaicæ
quam Christianorum templo id similius. Se-
pultus hic magnus sanctusq; vir, à quo Berta
Abagarima ipsum dicitur, id est, Domus aut
ædes Abbatis Garimæ. Fertur fuisse de numero
nouem Religiosorum, qui iam ab annis ali-
quot Roma ad Abyssinos Romanæ Ecclesiæ
viuendi docendiq; missi fuerant: his sacra
biblia ex Arabico in Chaldaicum, quo sermo-
ne libri omnes Abyssini conscribuntur, trans-
ulate. quod vero hoc in cœnobio & egerit &
vita functus sit, ab ipso templum nomen
tenet. Omnibus porro templis cœnobia adhæ-
rent,

Templum Abagarimæ etiam penè destructum.

Abbas Garima quis fuerit.

Cœnobia templis adhærent.

rent, quorum olim mirus ſplendor, at hodie ſordere dicas. Sunt & alia templa 55. Trinitati Chriſto Ieſu, Saluatori, Cruci, Deiparæ, Diuo Michaëli aliiue ſancto, nulli tamen Apoſtolorum ne quidem D. Matthæo ipſorum patrono, dedicata. In Tigrino tamen regno templum videas, Valdeba Arbatu Anraca id dicunt, id eſt, à quatuor animalibus, quibus quatuor deſignant Euangeliſtas. eſt hoc flumini, quod Tacacen dicunt, contiguum & deſerto, in quo plurimi agunt, non niſi herbis & leguminibus victitantes, monachi.

Abyſſini à ſcel ribus ma oribus immunes.

Iam de Abyſſinorum nonnihil dicendum moribus, de quibus nihil hactenus compertum, ac præſertim de illorum in virtutem & pietatem Chriſtianam inclinatione, prout perſcripſere Patres Societatis qui inter ipſos quotidie verſatur: dum minus frequentia hic eſſe peccata dicunt, quam in plurimis Europæ locis, in quibus etiamnum fides integra. Inter ſe Generatim vt loquar mira ſinceritate & candore agunt, etiam in iis quæ ad corporis honeſtatem & caſtitatem ſpectant.

Ieiunii obſeruantur.

Ieiunio imprimis ſtudent, tametſi adeo ipſum rigidè ſeruent, nihil penitus vt deguſtent, niſi poſt ſolis occaſum: in quo ſæpenumerò diſcretionis prudentiæq; limites excedunt, ægros enim & peregrinantes à ieiunio non eximunt. quin nec piſcibus, ouis, lacticiniiſue vllis dum ieiunant veſcuntur, ſed

heibis

herbis coctis dumtaxat aut crudis, lentibus, aut alio leguminis genere similibusque, iisque nullo perfusis oleo, (carent enim, aut saltem non suppetit, cibi eodem vt condiantur) nec butyro. Etsi enim ipsum suppetat, die ieiunii ipsum non gustabunt. erga Pœnitentiam natura feruntur, & quamcumq; confessarius imponat, paruam illam esse aiunt, & maiorem se sponte assumpturos. Orationi dediti sunt; hinc pleriq; summo mane orationis ergo templa petunt. Egenis libenter stipem conferunt, & peregrinos tecto excipiunt, cum singulis in oppidis & pagis agri hunc in vsum sint, quos hac conditione villicis locant, vt pauperes peregrinos & aduenas tecto suo excipiant. Erga Saluatorem Iesum & Deiparam mirificè afficiuntur, vt siquid in horum nomine, vel etiam Dei rogentur, si vlla fieri ratione posset, concedant. Litanias priuatas, in communi decantant malo; vel in templis si quæ sint, vel loco publico. idque canentibus hinc viris, illinc mulieribus succinentibus. Diebus festis, præter diuini officii solennia, quædam cantica hymnique festo proprii, idque ad tympanorum similiumq; instrumentorum medulationem, concinunt. Crucem egregiè colunt, quam tametsi in montibus non figant, de collo tamen plurimi gestant aurea catenula vel funiculo byssino dependulam: magnates verò capiti & iubæ equorum eamdem affligunt. Magna celebritate sanctæ crucis festum

Ad pœnitentiam proni.

Et Eleemosynam.

Litanias quomodo decantant.

Crucem colunt.

Festum sanctæ crucis in Septembri magna pietate celebrant.

festum mense Septembri, more nostro celebrant, cui proinde à cruce nomen indidere, & vno antè mense ad ipsum se disponunt. Hinc eo ipso tempore pastorum pueri, quotidie sub vesperam pagum quisq; suum obeunt, quædam in laudem sanctæ crucis composita carmina decantantes, itaq; omnibus instantis celebritatis memoriam refricant. Si quis Abyssinus ad locum, in quo templum, peruenerit, ipsum mox adit: & si eques, satis procul equo descendens, pedes sacrum petit locum: ad cuius cùm cœmiterii coronã peruenerit, eiusdem lapides exosculatur, templumq; prius quam ingrediatur, foribus oscula figit. Nemo calceatus templum subit, ne q̃dem femina: in eo non spuunt, nec sedent, nisi fortè humi; in quo admodum religiosi. Si quem salutent, piis id verbis Christianisq; fit, dicentes seruet te Deus, Deus te iuuet, aut similibus. Idem seruare solent, si qua necessitate aut afflictione premantur, & dum ægros inuisunt, aut miseros consolantur. In quo suam egregie caritatem ostendunt. Nihil ergo Abyssinis ad perfectionem Christianam videtur deesse, si modò errores, quos ex Dioscoro & Eutychete hæresiarchis hausere, & quasdam superstitiones Iudaicas, quas Christianæ fidei permiscuere, exuerent: & mystico Iesu Christi corpori, quod est Catholica, Apostolica, & Romana Ecclesia, vnirentur. Quod si foret, non minus pietate hodie, quàm olim in primitiua Ecclesia, Æthiopia efflorescerct. Si enim modò, in doctorum & curantium penuria (pasto-

Templa quomodo venerentur.

Salutandi ritus.

Quid obstet quo minus, omnium Christianorum optimi sint.

(pastores enim, vt plurimum monachi, nonnisi pecus deglubunt) virtutem & pietatem ita colant; quid, si Europæorum more, docerentur, ac regerentur? Quod in pauculis illis Christianis, Patres nostri hîc agentes obseruasse se aiunt; quorum puritati hoc dant testimonium, Europæis etiam maximè pietati deditis hos nec in Sacramentorum Pœnitentiæ & Eucharistiæ frequentatione, virtutumq; & bonorum operum exercitio minimè cedere. quod & schismatici ipsi & hæretici agnoscunt, ac libere confitentur. Pleriq; enim ad Patrum templa venientes vbi sacris peractis concioneq;, à Catholicis audiunt, quanta ipsorum habeatur ratio, illi è cordis penetralibus suspirantes, omni se spirituali destitutos ope deplorant, seque oues pastore aiunt carentes. Adeò vt plurimi toto anni tempore Catholicorum adeant templa, & semper donariolum aliquod, velut thus, ceram, frumentum ad hostias parandas, & similia offerant: vt templum numquam donariis vacet, quæ ad pedem altarium deponunt. Solatio illis esse fertur, videre sacrum more Romano celebrari, illius ceremonias demirantibus earumque maiestati captis. Porro sacrum hoc opus palam, & ante oculos peragi lætantur: neque enim in Aethiopia sacerdos faciens à populo & conspicitur, sed post cortinas celebranti nullus adest nisi qui ordinibus sacris initiati. Sacerdos quoque non exauditur, quòd verba intra fauces

Abyssini etiam schismatici dolent esse n. ctore se carere.

Catholicorum templa adeunt, & donaria offerunt.

In Aethiopia Missa.

legendo cantandoue frangat, nec eadem nisi confusè admodum pronuntiet. Sacris Missæ solenniis mulieres non intersunt, quòd separatum à viris in templo locum occupent; & piaculum putant, loca hæc promiscuo sexu commisceri. Hæc sunt quæ hactenus, præter ea quæ alias dicta, de Abyssinis comperimus. Dispiciendum iam restat, quid post annum sæcularem ibidem memoratu dignum contigerit.

Sacris mulieres non intersunt.

Cap. XXXII.

P. Petrus Paezius in Æthiopiam transit, quid toto illi itinere acciderit.

Melchior Siluius cum Lusitanis consulit, quonam sacerdotes alii in Aethiopiam penetrare possint.

MElchior Siluius Goanus sacerdos, de quo tertio historiæ huius egimus libro, cùm annos aliquot inter Abyssinos egisset, accepto prius in mandatis inquirere, num sacerdotes aliqui, & imprimis Societatis nostræ viri eodem penetrare commodè possent; primarios Lusitanos, vel filios vel nepotes priorum in vnum conuocans locum, hac super re illorum sententiam expetiit. Ergo anno MDCII. postridie Kal. Iulias communi suffragio statuêre, quò impune & sine vllo maleficio Patres huc appellerent, ac nullum à Turcis damnum (qui iam reipsa necem aliquibus intulerant) seruitutem inquam aut mortem paterentur, nullum

nullum Bailurio videri portum securiorem, qui nonnisi duodecim à sinus Arabici angustiis, ad sinistram ex opposito Mocæ, leucis abest. Nam tametsi Mahometano pareat regulo, Tigrinus tamen præfectus scripturum se illi promiserat, benignè vt doctores quos aliunde Imperator peteret, exciperet & haberet. Et iam ante annos aliquot Imperator ipse ei perscripserat, eumdem vt erga alios, quam in Melchiorem Siluium, beneuolentiam ostenderet. *Quid hac dere videatur.*

Hisce Goam perlatis mira Patres societatis incessit lætitia & pristina ad hanc missionem redeundi nullo periculorum & difficultatem intuitu renouata desideria. Re ergo inter Archiepiscopum & Proregem agitata, visum est duas actuarias minores instruere, & singulis Patrem quemdam Societatis imponere, Bailurium deuehendos. Verum tum quidem effectu res caruit: etsi enim vtraque Goa nauis cum Patribus, sed serius & importuno tempore soluisset; displicuit tamen res præfectis naualibus, vt illorum alter è Diensi redierit sinu; alter verò, etsi Diensem tenuisset arcem, quòd temporis opportunitatem elapsam cerneret, Indiam repetierit. In quo non parum diuina eluxit prouidentia; alioquin in Saracenorum certò manus Patres incidissent. Indi quippe Mahometani *Archiepiscopus ac Prorex, & duos in Aethiopiam mittere Patres Societatu statuunt.* *Sed res effectu caruit.*

ſuos oram illam maritimam tuentes certiores fecerant. hinc Turcæ duas in omnem euentum ad ſinus initia biremes pararant, quæ Patres interciperent. Verum menſe Martio ſequentis anni res feliciter ſucceſſit, idque (quo diuina magis eluceſcat prouidentia) Turcarum, qui totis hactenus eam viribus impedire contenderant, opera. hoc porro res contigit modo. Suachemenſis, omnisq; oræ maris Erythræi, Turcarum tyranni nomine, præfectus, arcis Dienſis præfecti bona cum venia onuſtam mercibus nauem Dium miſerat; ſimul & famulum domeſticum cui nomen Rezoam Aga, Turcam, ſed bonæ indolis & perhumanum, quem è ſub rufa cæſarie & procera ſtatura, Belgam dixiſſes. Patres Societatis, qui ad omnem in Aethiopiam pergendi occaſionem diligentiſſimè excuſabant, Turcæ huius operâ, tutò ſe eodem penetrare poſſe credebant. Ergo cum præfecto arcis Gutero Monroyio hac ſuper re agere; ille occaſionem captatam dilaudare, quoque Turcam ſibi magis magiſq. deuinciret, officiis & obſequiis demulcere, idipſum & aliis mercimoniorum curatoribus iniungere. Patres quoq; Dienſes illum bene habuere. His Turca officiis captus, & præfecto patribuſque obligatus, Armenum aliquem pauperem & Christianum vnà ſecum in naui aſſumere rogatus, libentiſſimè id ſe, & quidem omnium cum ſatisfactione, ſpopondit facturum.

Verùm postea, hoc pacto.

Turca Baſſæ Suachenenſis famulus vnà ſumendus est.

His

His ita statutis, omnia ad iter abituri necessaria clanculo parantur. nam tametsi initio duos mittere visum esset, pòst tamen mutata sententia, vnum tantum mitti & periculo exponi placuit; Patrem scilicet Petrum Paezium, qui iam olim cum P. Monserrato eamdem expeditionem tentarat. Vterque porro, in ipso Aethiopiæ ingressu, à Turcis capti & inedia squalloreque confecti, idq; sexennio, (vt tertio relatum libro) ingenti tandem auri vi redempti sunt, & aliis ad animarum salutem rebus destinati. Verum iam inde à prima P. Paezii in hanc missionem electione, ita hæc eius animo infixa mansit, numquam vt eum spes eodem reuertendi deseruerit. vt cui hoc quodammodo reuelatum cælitus, hoc quo sequitur modo, fuerit. Primo ergo in Aethiopiam cum P. Monserrato missus, cum Maçatam Arabiæ felicis emporium, sed Armuziani iuris, peruenisset, in morbum incidit: vt Monserratus solus nauem conscenderit, ne commoda in Aethiopiam tum penetrandi è manibus elaberetur occasio.

P. Petrum Paezium scilicet.

Huic à Deo reuelatum eodem se peruenturũ.

Hinc cum Paezius tristitia conficeretur, consolatus eum est interno DEVS lumine, sibiq; vocem visus est audire, *Tu in Aethiopiam penetrabis non vero socius.* Ego hanc [illegible] ex tum [illegible] caput, & [illegible] pluris [illegible] quam socius [illegible] venimus [illegible] vt simul & [illegible] consecuti [illegible], si-

mulq; interciperentur, ita nempe res disponente Deo, quò alter alteri & reliquis captiuis, quos Dei nutu in carcere reperere, (vt alibi dicere memini) & quorum saluti mirificè profuere, solatio auxilio re foret. Verum, vt ad Paezium redeat oratio, vt reuelatum fuerat, illi contigit. Monserratus aliquot post redemptionem annis ad vitam meliorem transiit Laborum Christi nomine susceptorum mercede donandus. Verùm Paezio idem semper mansit desiderium, & assiduus ipsum tum à DEO tum à superiore precibus adimpleri petiit. Occasione ergo data Goa Dium missus est, coram, quæ in Aethiopiam penetrandi videretur ratio, exploraturus: Ergo oportunitate per Turcam hunc, quem diximus, oblata, quo exultarit Paezii mens gaudio, dici nequit. Quòd verò Armeni pauperis, in patriam reuersuri, habitu iter hoc emensurus esset, Armeno se induit schemate. Turcæ namque emporiorum ac præsidiorum maritimorum curatores, in Armenis tametsi Christianis transitum negando non adeo religiosi sunt, quàm aliis. Armenum igitur mentitus Paezius liberè tutoq; traiecit, vt iam iam referemus.

Iterum in Aethiopiam mittitur.

Vicesimo & secundo Martii die, anni tertii & sexcentesimi Dio soluit, noctem prius supremam totam vnà cum ceteris Patribus ante Ven. Eucharistiæ sacramentum, oran-

Dio discedit Armeni veste assumpta.

do tra-

do traduxit. Sub ipsam discessus horam, recitatis antè ab omnibus Litaniis Sanctorum, Paezius coram SS. Sacramento in terram Lacrymis suffusus, Deoque supplex, se prostrauit, ac deinde magna cum demissione ac reuerentia ciborium est exosculatus. Tum collegis supremum vale dicens, singulis hanc illi felicitatem inuidentibus, nauem conscendit, qua nonnisi Turcæ, ac Saraceni, & alii infideles vehebantur, præter ipsum Christianus nullus. Ipsius in Aethiopiam ingressum non minus felicem quàm admirabilem non melius describere, quàm verbis ipsius possumus. quem ad Patres Goanos XXIV. Iulii eodem anno perscripsit quas hic inserere litteras visum, quòd paucis singula complectebantur. Ait ergo.

Secundo & vicesimo Martii die ante lucem nauem conscendi, nullo assumpto socio, ne forsan nocuisset, aliquem qui me nosset apud me habuisse; satius esse ratus, ad oryzæ pauxillum parandum, Sarangæ, cui nauis Dominus Baneanes in mandatis dederat, vt Armeno pauperi in prora seruaret locum, aliquid dare is mihi intranti locum illo habitaculo subiectum dedit, inter aquæ amphoras; in quo tanta culicum copia, vt omnem diu noctuque quietem tollerent. Post meridiem nauem conscenderunt Turcæ, & statim vela data ventis. Postridie manè de me inqui-

Iliius de itinere & ingressu in Æthiopiam litteræ.

Cum Turcis nauigat.

 siuit,

Turcæ benè illum habent.

runt, & cum quonam laterent loco cognouissent, puerum ad me Turcam misere, qui suum me in cubile inuitabat. Quòd dolore diuexarer capitis, ne, quòd adesse non possem, ægrè ferrent, excusarent, oraui. Postridie iterum me arcessunt, adfui ergo, meq; illi benignè habuere, condimentisq; & electuariis refecere: cum bonam noctis partem cum iis egissem, abeundi copiam mihi fieri petii, at noluere, me apud se retinere cupientes; quod locus in quo agerem, incommodus esset. Gratias illis egi, dicens, si fortè alium mazua Bassam haberet, Baneanes forsitan hinc occasione sumpta, multis eum criminationibus oneraturos. Tum Rezoam Aga, hac de re ne sollicitus essem, respondit; effecturum se quippe, vt quocumque abeundi mihi fieret copia. At, si in tanta hominum agere turba nolim, acciperem saltem, quæ mihi in victum constituerat. Hoc quidem negare conor, sed euincere non potui. Hinc bis de die è sua mihi mensa dapes deinceps misit, quòd ceteri vectores non parum mirabantur. Decimo Aprilis tempestate iactamur, triduo pòst Guardafuium promontorium conspicimus; post triduum, terram conspicientes ad sinum deflectimus, quo ad oram Arabiæ applicaremus, ventorum acti impetu. XVII. die ante prandium videmus montes Adami. Hic nauarchus Rezoamo contractis se velis moderato

Et imprimis Rezoam Aga Bassanigotiator.

Ad sinus Arabici fauces peruenit.

rato ait cursu velle procedere, quo postridie sub noctem sinus ostia ingrederetur, hac enim id nocte fieri non posse, utqui LIV. ab eodem distarent leucis. de die vero metuebat, ne suā Turcæ navem inuaderent, eamque Mocam deducerent. Tum Rezoamus, Turcarum ne metu cursum abrumperet, sed quandocumq; posset sinum introiret, edicit.

Mocadonus & Saranga, (id est navarchus & præfectus) de die intraturos se negant, iam enim secundo navem à Turcis interceptam & insigni cum iactura Mocam abductam fuisse. Rezoam, navem suo ferri cursu voluit, & suo omnes manere loco, cervicibus se alioquin præcisis in mare repugnantes, deturbaturum minatus. neque enim Mocanas invasuros navem qua simul ipse veheretur, sed forsan si soli Baneanes. Quare sclopetos quamprimum parari iubet. Tum demum alii parentes suis navem ferri velis permisere. nocte intempesta ad lunæ splendorem videre ostiorum extrema, quæ intrare dum satagunt in sinum quemdam abrepti in scopulum impegissent, ni retro delitescens luna ipsum detexisset. Qui in prora versabantur clamorem tollunt & tantus omnium leve cōcursus fuit, navis ut antrorsum pre pondere propenderent, ut nonnisi post ingentes conatus, quod ventus incumberet, moveri potuerit sed post paulo egressi sinu, ostia optata sub *Sinum Arabicum invehuntur.* [illegible]m ingressi sumus, nullum Turcarum passi offendiculum. Littus ergo rasimus, & ex [illegible] audicimus nave, eumdem adhuc Bassam

 magnitu

Magistratu fungi,& haud ita pridem Suachemum petiisse. Hoc Rezoam Aga nuntio recreatus, mihi significat, Mazuæ Præfectum sibi notum esse, & iam olim secum in Bassæ familia educatum. Inde biduo post Mazuam (Insula est perexigua) appulere. Omnes hic exscendimus. Navem ipse subii, quam Rezoan Aga mittebat, qua simul adolescens Turca,Baneanum primarius,& alii duo vehebantur. Primarius suam me in domum abductum bene habuit. Vesperi Rezoamum adii, qui me etiam variis officiis coluit, Petii, præfectum ne loci compellare, opus foret. Is ait opus esse, at, quod æger esset, & raro solus, accersiturum me, cum commoda fandi appararent tempora. Sequenti ergo me accersit uespere, opportunum iam esse significans. Magna me benevolentiæ significatione Præfectus excepit, fœlicem mihi appulsionem gratulatus non minus hic me libere quam in patria quocunque commeare posse asserens ,&c, si vel in AEthiopiam vel Memphin, aut alio contendere vellem, quando alluberet, liberam mihi abeundi copiam fore. Gratias illi viro ingentes egi; addens, mihi,priusquam patriam peterem, fixum ac statutum esse, ad aliud me conferre opidum, visuro, num consanguineo demortuo hereditatem aliquam adire queam. Liberum mihi is esse respondit, quocumque pergere. post varia ultro citroque prolata, uiro vale dixi, munusculum mihi

Mazuã veniunt.

Præfectus Mazuanus Paezium benigne tractat.

Illius huma pitas.

nisi ex iis, quæ Dii aduer acceperam. Cur hoc illi munus mitterem, utpote, pauper. petit quare deferenti id Bancani, centum dare in victum meum Venetos voluit. at opus id esse negat Bancanes, quod paucis opus haberem & ipse gratis me aleret, & discedenti aliquid in viaticum supererogaturus esset. Inde Rezoamum rursus adii, eique de benevolentia à præfecto eius de causa exhibita gratias egi. Plura, ni male haberet, præstiturum illum fuisse ait, & in omnibus voluntati meæ accessurum. singuli tamen dies annus videbantur quod discedere & ulterius pergere mihi animus foret. Non enim quanta Turcarum inconstantia. at nemo ex Aethiopia apparebat, tametsi mox ut terram attigi, litteras simul & virum misissem. nemo autem ob prædonum frequentiam, qui, quo vel mediam panni ulnam diripiant, viatorem iugulant, nisi magno cum comitatu in viam se dare potest.

Augebat meum ilico abeundi desiderium, nocturnus Turcarum aliquorum, non procul à me cubantium, me tamen adesse ignorantium, sermo, & mirantium, Christiano liberam quocumque pergendi facultatem fieri.

Quarta Maii appulere quinque Christiani, qui tridui itinere ab eo aberant pago, ad quē divertere solebant Patres, & alius eiusdē pagi incola missi à Lusitā. duce ad petēdas literas q Mel- Quinq. Pagus Aethiopes veniunt Christiani

Cum ipsis abire vult. Melchior Silvius Sacerdos, Lusitanos aliquos quindecim ab his distantes dierum itinere, visum abiisset. Cum his ergo me in viam dare visum fuit, at quod quatuor hæretici forent, nonnisi ad triduum me comitaturos spondere voluere, ut tamen loco discederem, acquieui: Baneanes vero hospes duos mihi Saracenos, quorum ipse fidem perspectam habebat, comites dedit. Quin & literas ad loci in quo me illi sisterent, præfectum, amicum suum addidit, quibus mihi custodes & mulum quo veherer, dari petiit. Iam in procinctu eram, & ecce de nocte nuntiant abire me tuto non posse, iam nuper enim duos per viam à latronibus interfectos. *Obstaculum intervenit.* Discedendum ilico mihi esse responsdi. suspicabar quippe hoc ficte illos periculum obtrudere diutius eo in emporio commorari cupientes, donec quæ contulissent aliis cum mercibus commutassent; tametsi hospes parvo illis pretio omnia ad iter necessaria, mox ut appulissent, comparasset, ut ea ipsa nocte in viam se committerent: at ubi me paratum videre, ne verbo quidem contradixere. *Præfecti Mauza ibenevolentia.* Præfectus discedenti mihi mulam dari iubet, at Baneanes nimium hunc in paupere apparatum ac splendorem carpentes, opus esse mulo negant, quare asinum insternunt, per prædonum enim latibula hoc me commodius vehendum. *Et Rezo Amo ... ga.*

Ergo Rezoamo vale dixi, qui novis me officiis prosequens quantocyus ut redirem edixit, se si Memphin adhuc oporteat assumpturum

tum me comitem , & itineris sumptus præstiturum: sin minus, amico se suo de meliore nota commendaturum. Si diutius ibi morari contingeret. Mazuam non ante redirem suasit, quam se aut præsentem præfectum ibidem agere comperissem. Atsi abesset ipse, aut alius esset præfectus surrogatus, facultatẽ ante ab eo urbis adeundæ peterem, quam illo inscio venirẽ. Hæc illi ob consilia adeo necessaria ingentes egi gratias, & de singulis me ad Diensem præfectũ scripturum promisi, ut Diũ ipsi forte redeunti gratias Lusitanus ageret. Gratũ hoc sibi fore ait, utpote qui Lusitano plurimũ ob collata officia etiamnum deberet, ut cui parem hactenus tum humanitate, tum prudentia vidisset neminem. Verum Dium reverti non potuit, cum paucis post diebus demoritur, ut non diutius illum vivere DEVS voluisse videatur, quam ut me huc sisteret.

Rez[illegible]ami obitus

Quinto ergo May, Mazua discessi. Baneanum me primarius, & Turca illius familiaris, ad aliquos dies comitati sunt, ad usque locum, ubi me Christiani opperiebantur. illis à me recedentibus meum suum iter prosecutus, semilacera Saraceni cinctus Lacerna, & sine indusio vili quodam panno ob prædonum metum tectus. Nocte hac præter confragosam viam, tantus, ob prædones, comites meos metus invasit, ut, ne verbum, nisi submissa admodum voce, loqui auderent.

[illegible] in Aeth[illegible] ampe[illegible]

Paulo ante auroram ad quietem se componere

ponere volebant; at ecce, me humi deficientibus pedibus (totum namque prope iter pedes confeceram, asino me ferre non valente) considente, omnes sublato subito clamore surrexere. hoc ipse excitus respiciens, vidi leonem. Nonnisi octo is aberat à me passibus. sed hoc repentino clamore consternatus retrocedebat, lento passu tum denuo accedentem cominus saxis impetimus, sub spinetis & sentibus delitescentes Sequenti die toto assiduo cum latronum metu tam altos & confragosos montes conscendimus, ut etiam optimus hic asinus defecisset, Hinc sub noctis crepusculum ad quemdam Saracenorum perveni vicum, pedibus è diuturno itinere & calceorum incommodo deficientibus.

A Leone nullum patitur læsionē.

Vici huius dominus Baneanum primario notus erat, hinc illum Saracenus Comes orat, iumentum mihi ut pararet Asinum is dedit, sed altero nihilo meliorem, hinc alium ulterius profectis. ab alio Bareanis noto petere opus fuit. & tametsi hic paulo commodior foret, ingens tamen montes prominentes & intersectos ascendere fuit labos, ut bonam itineris partem pedibus, etsi cruentatis, conficere me oportuerit.

Quos in itinere labores passus.

Ipso Ascensionis Dominicæ festo incidimus in aliquot Christianos bubulcos quingentas Præfecti Tigareni vaccas qui custodirent. Illi dū me Turçam putant præ metu fugā iac-

Charitas & simplicitas quorumdā pastorum Christianorum.

neunt, at cognito me Christianum & sacerdotem esse, magno mihi iubilo manus exosculari, lactis quo refecti omnes sumus copiam protulere. Hoc canistris stramineis continent, cymbis enim carent, quod ubi coquere voluerint, inter saxa collocant æstu ardentia. Quod lasso mihi panem non porrigerent, excusatos se haberem petebant, rarum quippe hunc esse, quod procul adferendus. Postridie ante lucem discessimus: cumq; nonnhil iā processissemus bubulcorum illorum uxores, in altissimi montis vertice mihi nominatim inclamarunt. ipsas ut ad me properaturas exspectarem. Lacrymabundæ adsunt, dicentes superiori se nocte in latibulis delituisse, quod me Turcam crederent, orare ergo, benedictioem sibi ut impertiar: illæ manus exosculari, hæ pedibus advolui, ut reiicere commode eas non possem. Ad aliquod cum iis tempus collocutus, illas prout potui sum consolatus, illarum partim pietate recreatus, partim erroribus quibus post intellexi, illas imbutas esse, non parum contristatus. Inde per montes asperos pergimus, ascendendo semper & descendendo, pluvia adhæc ingruente divexati, hinc pedibus prosetpere me oportuit, etsi defatigatum & perplutum, per semitam adeo angustam & difficilem, ut non tres in latitudinem pateret pedes, & utrimque ita prominentem & accliuem, ut oculos deiicere, ne forte vertigine turbarer, non audeiem. Qua si descendere opor-

Vxorum illorum pietas.

Itinerum discrimina.

oportuisset, mihi hoc impossibile penitus futurum fuisse credo. Exanimes prope & cæcutientes tandem ad summum proserpimus: sed reperto post tramite planiori, brevi ad vicum Christianorum pervenimus, qui statim suas nobis cruces & libros protulere. Verum illorum errores tum quidem aperire nō potui (tametsi meo ipsi colloquio caperentur) quod Saracenus interpres, nonnisi quæ luberet dicere vellet. Parvum nobis illi tugurium ad divertendum assignat, commodum tamen nobis, quod pluvia mox vehementior ingrueret, qua oppressi haud dubie fuissemus ni ad hanc illi nos casam invitassent.

Christianorũ caritas.

Hoc è vico postridie X. Maii profecti Baruam opidum pervenimus, hic me deseruere comites, præter Christianum, qui litteras petitum venerat, & Saracenum, Baneanum primarii puerum, alii enim nonnisi eatenus me sequi tenebantur.

P. Paezius Baruam venit.

Ad Tugurium stramineum diverti, circa vesperam adest Saracenus, qui Barnagasii præfecti nomine hic portorium & vectigalia redimit. ille iratior Arabico me sermone compellat. Ecquis huc tibi penetrandi copiā fecit? An non Lusitanus? quid ergo in Barnagaso facturus ades? A Turcis mihi huc properandi facultatem datam respondi, & si præfectus, qui Christianus erat, adventus mei causam scire voluerit, me declaraturū. Paulo post abiit verum per Saracenum interpretem patria lingua à me aliquod sibi dari voluit munusculum,

Cuiusdam ministri Barnagasiorum inhūanitas.

si

modo ulterius mihi abeundi copiam fieri vellem. Pauperem ille me esse ait, ac quod donem nihil habere. Ille de me postridie, Dominica scilicet die, comprehendendo egerat, quod mihi significatum. Alius Saracenus, qui mecum venerat, & hic commorabatur, gallinam mihi coctam attulit, quo intrante, Christianus & Catholicus, comes meus, inde se proripit. Cur hoc fieret, petii, Saracenus puer ait, è gallina illum nihil gustare velle, quod Abyssini Christiani nefas putent gustare animal à Turcis occisum. Hunc mox arcessi iussi, & illo præsente Saraceno ob missum munus gratias egi, orant tamen ipsum ut referret: neque enim fas esse mihi comedere, adeo ut, ne Christiano scandalo essem, etsi viribus fatiscentibus panem biscoctum Dio allatum aqua maceratum sine ullo obsonio, comederem. Atque hic quotidiana mihi esca, quod enim ad necessaria vitæ comedenda aurum habebant, nulli mihi erat usui, hoc enim in regno, falsi lapides monetæ loco. panem quoque comitum, qui nonnisi massa quædam semicocta, sphærali forma, non ferebat stomachus. hunc enim cocturi, massæ calidum inserunt lapidem, quam deinde conglobantes, igni iniiciunt, adeo ut foris ustulata, intus minime cocta sit. hunc in culeis deferentes per viam comedunt.

Christiani Aethiopes nullum comedunt animal à Saracenis occisum.

P. Paezii in hoc inerc...

Ecce mensis Maii die undecimo hac in urbe supervenit Lusitanorum præfectus Io-

Lusitanorum præfectus illi occurrit

nostri sepulti sunt. Antequam huc pervenirem, tunicam, pallium, pileum, quæ hactenus teneram, indui. Multi me in ipso vici aditu præstolabantur, meque conspectó ingentem sustulere clamorem, hi pectus tundere, alii terram osculari, lacrymantes, Deoque gratias agentes, quod salvum huc mé & sospitem produxerit, & tot me periculis, qualia mihi imminuisse per viam qua veneram sciebant, eduxerit. In templum simul omnes ingressi sumus, & post DEO actas gratias, per interpretem paucis futurum me eorum pastorem & civem aperui omnes per viam toleratos labores hoc uno ratus gaudio compensari, quod apud Catholicos, veros, Romanæ Ecclesiæ filios, pietatisque sectatores, circumquaque frementibus hæreticis, versarer.

Adii deinde Sancti Patriarchæ domum, quæ instar pomi rotunda & stramento tecta, ut & omnes quas hactenus in AEthiopia vidi, quæ casæ potius quam domus dicendæ. Omnes enim luteæ & orbiculares, parvæ non distinctis cubilibus; præter regias & magnatum ædes in quibus distincta receptacula, quamvis terreæ & stramine tectæ: Patriarchæ domuncula viginti in diametrum patet palmos. Hinc libenter divertissem ob gratam Sanctissimi Patriarchæ memoriam, at tum minime licuit, quod Melchioris Silvii Sacerdotis reculis impedita esset. Ad Sacra celebranda deerant, vestes,

Patriarchæ & aliorum domuum forma.

contradictio tam in sacerdotibus, quam laicis.

Quocirca hunc DEO asserere decrevi, modo facilem mihi aurem præbeat, quam mihi daturum confido, quod cum Arabicæ linguæ peritis libenter agere dicitur, huius enim ipse gnarus est, & magnates ipsam callere magnifaciunt, quod qui modo hic Patriarcham agit, Arabs sit. Imperatori nomen Malac Segued, nonnisi decimum & quintum is agit annum, sed probe dicitur educatus. Menus illi DEVS aperiat oculos, ut errores in quibus educatus est, videat, de quibus iam cum pluribus egi, & sane quæ DEO laus nonnulli hæreses se abnegaturo polliciti sunt, & quidem iam circiter numero viginti. Quorum vnus iam decrepit⁹ ait, sibi etiamsi fidei errores ad oculum non ostendissem satis esse, habere compertum, quantum sexennio captivitatis & hoc ipso itinere laborum ærumnarumque, quo ipsos instruerem, subiissem, atque hinc se colligere dogma meum sincerum esse, nec decipiendi me causa huc penetrasse. Cum alio de suis egi erroribus, & præsertim de Circumcisione quam servant. Cumq; hac de re esse necesse differere negarem, cum in primo Concilio Ierosolymitano ab Apostolis hæc esset dirempta controversia, & asserat Apostolus Circumcisionem sectantibus non prodesse CHRISTVM: Ostendi insuper legali huic Ceremoniæ finem à CHRISTO impositum atque ideo eos qui hodie circum-

Magna regu Abyssini authoritas

Malac Segued Imp. Aethiopiæ nonnisi quindecennis.

22 Abyssini ad fidem conversio.

De circumcisione disputatio.

cidi se patiuntur, cum Iudæis dicere, Messiam nondum venisse, & ad legem omnem servandam teneri, tametsi eiusdem finis CHRISTVS extitisset. Ille his auditis obmutuit, non tamen hæresin eiuravit, abiens enim ait, non defore, qui mihi os obturet. At quoniam pauca norint plerique, sparsus ilico rumor, esse me eximium doctorem, atque hactenus idcirco nemo mecum disceptaturus venit.

Mulieris conversio eiusque quinque prolium.

Exinde mulier quædam ægra me advocat, confessionem eius ut exciperem, quod Catholico vellet mori ritu. Instruxi eam prout commode potui, confitenti noxas aurem dedi, cui corporis simul & animæ salutem dare visum DEO: Illa etiam adnitente, quinque eiusdem proles ad Catholicos accessere.

Melchior Sylvius sacerdos.

Postridie Kalen. Iulias appulit huc Melchior Silvius sacerdos integris quidem viribus, sed ex itineris labore nonnihil exhaustus. quod asperius & confragosius esse dicebat eo quo nos venimus, ac proinde maioris meriti, quod bis in anno conficiendum, eundo scilicet ac redeundo. & ipsum quidem viginti dierum Naninam usq; ubi potissima Catholicorũ pars commoratur. Integro hic mecum commoratus est anno, ut me & regionis mores & errores accuratius edoceret. Mitto R.V. Sancti Patriarchæ caput, tametsi integrum non reperiam, quod sæpius effossus esset. Addo tres Crãii partes, & maxillam cum octo dentibus. Vos mihi

mihi viriſſim in antidotum mittite imaginem Deiparę coceptionem repræſentantem,quinq; aut ſex palmarum,in templi huius imagine carentis uſum, quæ Chriſtianos ad pietatem excitabit. P.Franciſci Lop. ſii caput, adhuc piloſum in cervicali meo collocavi, quo vivacior ac præſentior mihi vitæ eius ſit memoria,quæ qualis fuerit,ex informationibus quas de eius & aliorum patrum vita fecimus, Reverent. V colliget. Quibus accedent nonnulla de P. Abrahamo, quorum ad vos nulla dum pervenit fama,omnia ſuo ſubmittentur tempore. Hactenus Pat.Paezii litteræ XXIV. Iulii, Anno MDCIII. datæ,at quid poſt ipſe geſſerit, iam diſpiciamus.

Quonam Paezius Goā miserit.

Cap. XXXIII.

Plura quæ Pat. Paëzius in AEthiopia geſſit donec Imperatorem adiret,deque turbis interim in regno excitatos.

INterim dum Fremonæ Paezius verſatur,inter cetera inſtituti ſui opera,doctrinam Chriſtianam in linguam Amaranam, quæ ceteris habetur elegantior & cultior,tranſtulit,quam deinde à Luſitanorum filiis nepotibusque hactenus doctore deſtitutis, memoriæ mandari voluit. Ipſo Div. Matthæi regni patroni feſto die duo libri capita publice à duobus in templo ſacris peractis recitari iuſſit, tanto Catholicorum omnino ſolatio ,

P. Paezius Catechiſmū lingua Aethiopica traductum pueros edocet.

præ gaudio ut lacrymarentur, ad rem hactenus inauditam stupentes, videntesque proles de tam sublimibus loquentes mysteriis. Quod vero hocce compendio primaria fidei nostræ capita continerentur, non à Catholicis tantum magno in pretio habitum & filiis sedulo commendatum, quin & ipsi si legendi periti erant, memoriæ mandabant, verum & hæretici & schismatici, imo & monachi, postquam è pueris ipsum audissent, magna illud contentione quo transcriberent petiere, & plerique ad audiendum conveniebant. Inter alios monachus regi perfamiliaris, Tygrinrm protegé negotiorũ causa aditurus ea ipsa de causa ab itinere deflexit, atq; ubi præclara à pueris recitaria audiit, non parum stupuit. Quæ illi tantopere placuere, ut quotiescunque huius Catechismi incideret mentio, non nisi quam honorificentissime de doctrina eodem contenta loqueretur.

Quanti Catechismum hæretici fecerint

Vir primarius patrem adiit, eique vaccam, & potionem è melle confectam dedit, (nam vinum è vite rarum hic) hic doctrinam Christianam biduo evolvit et intellexit, mnificeque commendavit. Oravit patrem de rebus ut illi divinis loqueretur, & locum ei aliquem Sacræ Scripturæ exponeret. fecit non invitus Pater Paezius, & in thema sumpsit illa Matthæi verba. *Euntes, docete omnes gentes. baptizantes eos in nomine Patris. &c.* Idq; ut commodius illorum de Sacro Sanctæ Trinitatis mysterio

Nobilis erroris suos agnoscit verum Catholicum se declarare non audet.

mysterio & baptismo errores refutaret singulis enim annis se baptizant. Hic cum aliquoties cum Paezio contulisset, tandem agnoscere se errores ait, quibus ipse & Abyssini omnes immersi erant, at non audere se palam catholicum profiteri, ne quod forsan detrimentum adeat, Patrem enixè obsecrans, vt sibi in Indiam concedendi rationem suggerat, vbi liberè fidem Catholicam profiteatur.

Monachus decrepitus sæpe Patrem cum adiisset, & per otium de rebus in quibus illorum sita hæresis, contulisset, errorem agnoscens interius Patris pedibus aduolutus, confessionem vt excipiat rogat, modò ne diuulget. Illum à terra Paezius sustollens petit, ecquànam de causa confessionem instituere vellet. Tum senecio: iam quinies de nocte sibi apparuisse quemdam virum venerabilem, dicentem, si modo salutem consequi velit, sacerdoti nostro confessionem perageret, quod ab omnibus absoluendi noxis plenam haberet potestatem, adhortantemq; illius vt consilijs acquiesceret. Vt somnium, hanc se visionem hactenus contempsisse, sed hac postrema nocte aparuisse sibi subiratum, & quòd iussa non esset executus, comminantem. Proinde se consternatum & excitatum Patri confessionem peragere velle, vt sibi viam ostendat salutis. Paratissimum se ad omnia Paezius ait fore, sed quidquid veræ fidei refragaretur, sedulò exuendum. Tum alter, omnino se posse relinquere veteres mona-

Monachus Abyssinus errorem agnoscit.

Visionem habet ...

Non acquiescit probe monenti. sterii sui circa Missam & baptismum ritus negat, quòd è veteranis esset, & omnium oculos secus faciendo incurreret. at quoties videretur, confessionem se clanculo peracturum. Frustra hanc fore ait Paezius; ita enim clanculo Catholicum, palam hæreticum fore vt ageret. Cùm verò qui dormienti apparuit, indixit, in omnibus vt morem gereret, & vnum, (confessionem scilicet) reipsa exequeretur, æquum videri, vt & reliqua adimpleret, quod hoc non minùs illo ad salutem necessarium foret. Quatuor ad deliberandum postulat dies, at numquam eo quo oportuit modo ad executionem processit.

Lusitanorum præfectus Paezio pòst narrauit, monachum hunc sibi domi obuium, etiam nondum eius aduentu vulgato, dixisse, præfecte, somniaui, aliquem Patrum vestrorum è mari prodiisse, duplici quidem cornu decoratùm, hinc aureo illinc argenteo, teque illi obuiam profecturum. Quod etiam euenit. nam aliquot post dies litteræ Paezii scriptæ Mazua redditæ, seque in viam ad illum conducendum dedit. Quod præfectus suo ipse pòst testimonio affirmauit.

Locustæ Aethiopiam vastant anno MDCIII. Anni MDCIII. hieme magna per hæcce regna rerum laboratum fuit penuria, & sub æstatis initium, frumentum læto germine florescens à locustis, omnem agri virorem addentibus, destructum: quæ p[illegible]stis longe [illegible]uis

tis omnibus accidit, Catholicos tamen, Deus, vt iam videbimus, tutatus est. Vici cuiusdam incolæ Catholici Paczium adeunt, nuntiantes, hanc agris suis pestem imminere, & ni Deus impediat, de rebus suis & messe actum esse. Hos ergo ipse quamprimum in templo adesse iubet, & sacris celebratis, ac litaniis recitatis, aqua Lustrali agros consitos lustrari. Nec effectu caruit consilium. Locustæ enim hæreticorum agros, à Catholicorum aliquibus in locis nonnisi fossa disiunctos vastarunt, horum verò ne attigere quidem.

Catholici illas ab agris suis aqua lustrali pellunt.

Vt verò rerum ab Ecclesia Catholica benedictarum vis constet euidentius; Lusitana femina, quæ duos inter hæreticorum agros consitos habebat, vnum aqua lustrali, non alterum cum conspersisset, hic, vti & hæreticorum à locustis exesus fuit, non autem ille quem aqua tetigerat lustralis. nam agris vicinis exesis, Catholicorum preteruolantes, aliò locustę euolabant. Hæretici duo, agros habebant contiguos, quorum vnus, viso Catholicum benedicto latice sata sua conspergere, sua etiam, petito eodem liquore conspersit; quam eius fidem alter hereticus explodens corripuit, quòd ab hominibus legem omnem ignorantibus aquam esset sacram mutuatus. Sed sensit vindictam. edacia enim animalcula sata illius exederunt, nō alterius.

Item Hereticus, qui agrum suum eadem irrigat.

Hæretici hoc quidem perculsi prodigio erant, sed vti solenne illis Catholicorū ritus criminari, eam aquę huic inesse vim negantes ac potentiam; huic à Patre quid immisceri dicebant,

Heretici miracula rident.

bant, quod pestem hanc natura sua abigeret: cui tamen is solam addere se benedictione Ecclesiæ aiebat. Sed frustra hoc peruicacibus occinebat hæreticis. Adolescens tamen primarii viri filius Paëzium adiut, & eadem se hodie oculis suis ait vidisse prodigia, quæ Patriarcham iam olim patrasse intellexerat. hinc quam docebat fidem veram videri, cum per eius sectatores tam eximia Deus opera efficeret. hic Patris asiduus auditor tandem ad mentem sanam rediit, confessionemq; peregit noxarum. quem secuti & alii plures, idq; concionibus, quas festis ille Dominicisque diebus ad populum habebat permoti; ad quas & plurimi hæretici confluebant, quòd suis in templis nulla vmquam habeatur concio.

Adolescens primarius conuersus.

Et alii.

Quidam primarius dux Paëzio, se illius & videndendi & audiendi percupidum nuntiat. erat tum Annuntiationis Deiparæ vigilia, quare templum adornari Paezius iubet. Dux ergo summo mane, multis stipatus equitibus templum adit, concionem audit attentus; ac templo interea dum sacra Missarum solennia celebrantur, egressus sibi concionem placuisse ostendit, dum Catholicos allocutus, ait, Quid ni optimi Christiani sitis, cum tam præclare, qualem etiam modò audiui, conciones vobis habeantur? Egredientem ipse templo Patrem, domum vsque stipauit, dicens, amicitiam se illius ambire & gratiam captare velle, quam ipse apud

Magnus vir P. Paezii concionem audit magno suo cum gaudio.

pud se iam inuenisset. nec multo pòst donarium benignè Paezio misit. Alius item dux, qui aliquod studijs tempus impenderat, Patrem accessit, cum eoq; de circumcisione aliisq; legis antiquæ ritibus, agit: Paezio è sacris illi scripturis manifestè errorem demonstrante, tandem victus opus esse negat scripturam depromere, constare sibi quippe, verissima esse quæ dicerentur; hoc vnum velle se dumtaxat, vt omnibus hoc aperiat.

Alius dux fidem nostram veram esse credit.

Circa septembris finem, dum Paezius ad Imperatorem compellandum se disponit, à quo veniendi facultatem acceperat, ecce tristis ac funestus subitò nuntius affertur: Imperatore scilicet capto, alium ad imperium euectum esse. Coniurationis huius auctor sororis eius erat coniux, cui iam olim rebellionem meditanti, & in carcerem coniecto pepercerat. Is sibi Libertatiq; restitutus, & in gratiam reuersus pristinoque donatus iure, nihilo quàm antè melior, quietior, aut fidelior fuit. Quare cum honore se & potentia valere cerneret, cum optimatibus nonnullis ab imperatore alienatis, de regno illi adimendo, vt qui spuria esset progenies, deque regis superioris fratre, iam septennio ne regno quod plerique illi adiudicabant, inhiaret, in carceribus vincto, illius in locum subrogando, clanculo tractat. Hunc ergo nihil minus opinantem carcere clam educunt. Imperator quidem illorum quæ agebantur

Imperator Malac Segued regno cautus.

Alius illi surrogatur.

bantur gnarus erat; at feriùs, vix vt equi, qui raptim cum fex comitibus fugeret habendi fuerit tempus. In regionem natura munitissimam, quam Iudæo matris consanguineo dederat, citato ille cursu nocte tota properat. at dum in vico quodam se recreat, è comitibus quidam, gratiam apud nouum regem inire dum sperat, loci incolis regem fugere aliumque eius in locum ad regnum euectum significat. quare manus in eum coniicerent ac vincirent: ni fiat, malum comminatur & cladem. Ergo vi facta comprehensum, ad nouum regem perducunt, qui arcte illum iussit custodire.

Fugit, sed proditione intercipitur

Duorum coniuratorum insolentia.

Interim duo coniurati, vt iustè illum in ordinem redactum ostenderent, in publicum (inscio eo quem ad regnum euexerant) adduxere, & stare coram in consessu accusantium iussum, variis cum criminationibus onerarunt; Imprimis quòd non Christianus, sed idololatra esset, eo quod in corporis custodem ethnicum elegisset, & ethnicis faueret. dein quòd regem non haberet patrem, sed quemdam de plebe Batium. Adhæc ille obmutuit; causamq; silentii rogatus ait, Quòd vos, qui subditi mei, iudicare me præsumatis. Hoc vnum autem dico, cum me regni impotentem &minoris ætatis, vt regē agnouistis & coluistis, iam maturo mihi & regni capaci non obiiciendum plebeium genus, & quidquid insolentia suggerit. Nouus Imperator hanc cum indignitatem didicisset, coniuratos illos acriter reprehendit,

hendit, imprimis quòd regem demortuum illi patrem negarent; si verò patruus, inquit, meus illum vt filium agnouit, ecquæ vestra audacia id pernegare? Verum vlterius non processit: at regem procul inde in Daniietam misit arctè custodiendum.

Interim Paëzius audito regem in ordinem redactum, iter distulit, donec quæ res exitum habitura esset, videret, quod nouæ vniuerso regno turbæ, regia turbata, orerentur. Tum Prorex Tigarenus ad regiam, è qua paulo ante regem deiectum venerat, properat; cui medio à Fremona die distanti cum aliquot Lusitanis Paëzius obuiam prodiit. Versabatur tum Prorex sub papilionibus. vt adesse Patrem comperit, ad se aduocat. post debitæ salutationis officia peracta, suo illum iussit insidere tapeti, ceteris stantibus. Multa tum de India sciscitatus est, & cur Lisitani sinum Arabicum modò vti olim non frequentent, anne ob metum Turcarum? Cui Paezius, quin potius Turzis Lusitani formidabiles, ædeo vt ad aduentus illorum famam omnes oræ maritimæ accolę ad interiora confugerent, vt Mazuę contigisse ipse nosset. Verum hanc ei[9] rei esse rationem, quod omnes ex India sinum hunc petentes naues suis è portibus soluerent, & pleræq; mercium quas veherent, ad Lusitanos spectarent, ideoq; sinum hunc illos petere minimè opus videri. Tum mutato sermone Prorex Paezii se aduentu mirè ait recreatum, aliaq; plura hunc in modum protulit, tandem dimisit,

Tigrini Proregis & Paezii congressus.

Prorex illum bene habet, & plura interrogat.

&c in papilione illi sociisq; diuersorum parari deq; rebus necessariis prouideri iussit.

Paezius visit templum Conegorum Monachorum.

Paezius autem comperto haud procul hinc templum Conegorum (monachorum genus est) distare, ipsos visere statuit. Illi de eius aduentu facti certiores, in vnum collecti, quidquid spectatu in templo dignum, spectandum obtulere. Triplici altare cortina distinguebatur, quæ vtrumq; templi, tametsi triplex habentis atrium, parietem complectebatur. Lapidibus antè quàm Saraceni ipsum demolirentur, tectum erat, sed iam nonnisi stramentis, atq; inde tenebrosum. crucifixi imago in lino depicta, velut eximium quid ostensa, at nullam pictura artem præferebat.

A illos de rebus loquitur diuinis.

Oratione persoluta, sedem illi substrato tapetio (erat hæc Proregis, cum sacris interat) parant, & vi insidere cogunt; ipsi verò & reliqui Lusitani humi considebant. orant ergo vt aliquos de rebus diuinis sermones misceat. Quibus ille morem gessit, & dicendo paucula quędam placuit. E regione portæ templi primariæ, in loco ad deambulandū olim composito, decē maiores conspiciuntur lapides, & quidem sciti. Horum medio insidere Imperatorem ferunt inaugurandum, sub laquearibus superinductis, ac tum singulos aureo byssinoq; insterni panno. Vlterius paulo tredecim visuntur lapides pyramidum in morem, quorum maximus duodecim ab vnoquoque latere palmos in latitudinem patet, & sexaginta aut amplius in altitudinem, multiplici

plici ambiente coronide. Tantam porro saxi molem huc dilatam, vtpote vbi nulla rupes aut lapicidina è qua integra excidi potuerit, miraculo simile videatur.

Postridie mane Patrem ad se prorex inuitat: nec mora, ientantem Paezius inuenit. Sumpto ientaculo omnes præter interpretem Lusitanũ loco iubet prorex excedere: tum ad Patrem cõuersus, de illo multa cum intellexerit, illius amicitiam se ait expetere & consiliis velle vti: sperare quippe ex voto sibi successura omnia. Post multa vltro citroque prolata, inter digrediendum, aperit illi Pater, iudicem, enormem à Catholicis auri vim extorquere velle, quod quemdam in agro Ecclesiæ proximo exanimem repertum occidisse dicerentur, quem morbo extinctum constaret, cui morienti adfuerat ipse illi confitenti aures daturus. Hæc se quidem Iudici aperuisse, at illũ auri quod hac ex cæde Catholicis imputata accepturum se sperabat, spe illectum rem declarãti, fidem adhibuisse nolle. Prorex ergo iratus per caput iurauit regium in hanc se iniustitiam animaduersurum. At Iudicis patrocinium suscipiens Paezius veniam illi offensæ impetrauit. Vetuit tamen, ne quis suorum imposterum iudicum, Catholicorum vicum causarum dirimendarum ergo introiret, at illorum Patrem iudicem, litiumque diremtorem constituit.

Postridie Prorex Paezium ad se euocat.

Illius amicus esse vult, & consilia sequi.

Inde Prorex aduersus quemdam præfectorum perduellem expeditionem suscepit: quo ad oppidum redeunte, castra haud procul à Catholicorum

licorum oratorio metatus est: hic illum denuo Pater adiit, & oblatis munerib. gratiam eius captauit. Hinc ille vicissim boues & vaccas, q̃ potissimæ Abyssinorum opes, misit, seq; illum locupletaturum promisit. at gratiis actis Paezius, non terrenarum se sed æternarum opum quærendarum, & Lusitanorum in Aethiopia commorantium docendorum sacramentisq; communiendorum ergo, huc ait properasse. Ergo quidquam à me renuis recipere, inquit Prorex, ne inique partum sit metuens? ad hæc subrisit Patris in contemnendis muneribus constãtiam miratus, longè secus ac Monachi Abyssini, muneribus inhiantes. At quid sub nouo Imperatore contigerit, iam videndi locus.

Cap. XXXIV.

Nouus Aethiopiæ rex Paezium in regiam aduocat: quid inter vtrumq; contigerit.

Noui Regis ad Paezium litteræ. IAm per vniuersam Aethiopiam Paezii nomẽ celebre erat, vt plurimi optimates mira de illo nouo regi enarrantes, illius videndi ipsi desiderium iniecerint. Is ergo virum missis ad se litteris euocat, quæ lingua Amarana conscriptæ hoc continebant. Regis Malac Ceged litteræ ad honorabilem Lusitanorum Patrẽ; cũ pace Dei veniãt. Qui vales? Hæc intellexi, & simul q̃ nobis bona cõtulerit Deus. Sæpẽ in carcere tanta pertulimus incommoda, vix vt narrari queat: at nostram Deus respiciens ærumnam, carcere erepto

ceptos nos ad regnum euexit, & omnium constituit caput, iuxta illam sententiam *Lapidem quē reprobauerunt ædifi antes, hic factus est in caput anguli.* Modo is quod in nobis cœpit, feliciter prosequitur. Audi adhæc. Velim mihi adferas lib. ū iustitiæ quam seruat Lusitaniæ rex, eius enim inspiciendi percupidus sum: simul & libros quos Patriarcha habebat & tu vna cum istis quantocyus adsis. Hæc regiarum litterarum ad verbum traductarum forma: quibus acceptis Paezius Proregi per litteras valedicens, in regiam se scripto ait euocari. at pro rex scripto respondere tum minime esse ratus virum ad illum mitit, à quo prius iuramentum exegit, quod declararet responsum, nemini reuelaturum. Dices ergo Patri, inquit, morbum vt simulet, & hoc tempore regiam ne adeat nondum enim id opportunum esse. Dein per monachum cui fidebat plurimū, illi significat, intellexisse se, regem exauctoratum à Principe cui creditus erat, in libertatem assertum, & magnis collectis copiis & clientibus etiam huius regis, stipatum aduentare. Ergo Paezius Regi significat mox sibi vt fuerit integrum adfuturum.

Suasit Prorex nondū vt regiam adiret.

Singulari porro Dei prouidentia factum, quod in aliud tempus iter distulerit: incidisset enim alioquin in Gallas gentem Cafrum instar barbaram & immanem, qui magna collecta manu vniuersum intestino laborans regum bello regnum depopulabant. Hos per viam, qua rex venire dicebatur, grassantes hauddubie obuios habuisset, & euidens mortis discrimen, alius

Deus eu[i]den[t]er ripit Patrem periculo.

non ita pridem hic iugulatis, adiisset. at hoc licet euasisset periculum, omni tamen non caruit metu, Gallis vicos Fremonæ proximos depeculantibus. Summo mane adesse barbari in vicino nuntiabantur. hinc trepidare opidani, pueros ipse & imbellem Catholicorum sexum (viri siquidem plerique cum Prorege procul aberant) sacris ornamentis assumptis, in montem excelsum non sine ingenti molestia perduxit. hic hæsere ad octiduum non cum frigore modo & rerum penuria conflictantes, sed perpetuo in pauore, dum omni adesse momento barbaros credunt, à quibus direptis omnibus iugularentur. Dei autem nutu factum, Gallæ vt redirent antequam ad montem Catholicorum azylum peruenirent. Qui si irruissent nulla eos repellendi spes erat. Dein per regnum Nareanum illorum rabies desæuiit: rex loci Abyssino vectigalis, potenti illis occurrit manu: sed castris in fluminis ripa collocatis, quæ leucæ vnius latitudine patebant, barbari de nocte partem ingressi regiam, regem simul & plurimos suorum interfecere. at superstites postridie in defuncti regis locum nepotem subrogarunt, qui hostem ex improuiso adortus fudit & profligauit, septingentorum equorum præda abacta.

Gallæ Fremonam accedunt.

Nareanum regem occidunt, à cuius successore profligātur.

Nouus dein barbarorum adsint exercitus, regem ipsum Abyssinum exagitaturus: verum prius cum duobus eius ducibus conflixere, quos simul & quinque Lusitanos viros strenuos confecere, quàm Regem aggrederentur. His cognitis, rex magnis aduersus eos triduo ipso itineri-

Abyssinum Regem adoriuntur.

itineribus contendit. at superioribus victoriis inflati barbari, nullo ad castra locanda otio concesso, ita eum adoriuntur, vt duces primum ducentes agmen in fugam coniecerint, solis Lusitanis pedē non mouētib. animosè impetum sustinuere. Tum rex prosiliens, & vna ensem vibrans manu altera clypeum tenens, ad fugientes conuersus ait, fugite si videatur, equidem pugnando occumbere paratus sum. Vobis saltem hoc probro futurum, regem vos vestrum, quem elegistis medio in certamine deseruisse, & fuga vobis consuluisse. Ruborem hæc incussere quibus aliquis adhuc circa præcordia saliebat sanguis, adeo vt in præliū redeuntes tanta hostem propulsarint vi, tandem vt victoriam mille septingentis interfectis barbaris, consecuti sint. Confecto prælio Lusitanos ad se rex euocat, illis solis honorem suum curæ esse satis se iam è superiori ait conflictu vidisse, perpetuo hoc sibi, quo mercedem rependat, in memoria fore. Interea aliud Gallarum agmen, prioris inscium cladis, aleam tentat, & confestim omnes in fugam plurimis necatis compelluntur. *Profligātur à Rege.*

Rex cum victoria domum rediens nouam aduersus se conspirationem detexit, dum aliquot coniurati exauctoratum regem iterum ad regnum prouehere contendunt. Hinc duces aliquot coniurationis reos, in carcerem coniecit. Ad regiam redeunti allatæ litteræ Pa[illegible], quæ illi fuere grat[illegible]ssimæ, quare omnes mox cubiculo egredi iussit præter quemdam perfamiliarem & nuntium, à quo easdem lingua patria

 con-

conſcriptas legi iuſſit. His lectis ad vicinos conuerſus ait; Ecce bona qui eius nobis ſe purgat hic Pater, verba. Eia age, inquit tabellario, die craſtina ad ipſum redi, & tecum fac virum adducas: illius enim deſiderio teneor videndi. Quocirca alias illi ſcripſit litteras, quibus confeſtim adeſſe iuſſit. Redditæ hæ Paezio pridie Paſcharis, quo tranſacto Proregem adiit, aliquot inde diſtantem leucas, quo illi valediceret. Orauit illum Prorex, ne tam cito ſe in viam daret, quod impedita eſſent itinera, vtque exſpectaret quo ſimul regiam, quam cogitabat, adirent. Ecce autem poſt dies aliquot in viam ſe dedere, ſed lenius procedentes, tum quod filiam ſecum Prorex duceret, tum quod regem didiciſſet aduerſus præfectum perduellem bellum ſuſcepiſſe.

Rex Paezii lectis litteris, ipſum venire ad ſe quamtocyus iubet.

Hoc in itinere varia Paezio Prorex exhibuit obſequia, ſæpe illum ad filiæ tentorium inuitando, ſemel quoque propria illi manu ad menſam miniſtrauit: quo nullum amicis exhibere officium maius Abyſſini magnates poſſunt. Voluit quoque Luſitanorum filios, quos ſecum Paezius ducebat, doctrinæ audire Chriſtianæ compendium recitantes. Factum id coram illo & plurimis aliis eius in tentorio. quam omnes docilitatem ſecum admirati, hiſce è pueris boni ſe Chriſtiani officia diſcere poſſe inter ſe dicebant. Cui recitationi cum proregis filia non interfuiſſet patrem orauit, eandem vt veſpera proxima audire ſibi liceret:

quæ

quæ tantopere illi placuit, vt aliquot post dies repetere illam opus fuerit. cui cum fortè tum intercesset vir quidam primarius, ad proregem conuersus, Tot, inquit, frustra monachos alimus, qui nihil omnino nos docent, quos vel hi pueri doceant.

Octauo Iunii die Prorex, cum haud procul à socru regina abesset, illam se inuisere tricenis comitātibus equitib. velle ait, orare se proinde, graue ne sit, comitari. Hoc namq; anui fore gratissimum. Paruit haud inuitus Paczius. hæc tum extra vrbem finis papilionib. versabatur, tametsi in exigua diuertens domo. Ipse cum prorege & Lusitanorũ præfecto interprete intrauit. Insidebat hæc lectulo byssino instrato panno, quod male haberet. Paczium Proregi assidere iussit, sospitem hanc in regionem illi aduētum gratulata, & alia officiosa verba proloquuta. Variis de reb. habitis sermonib. suum Patri erigi tabernaculũ voluit. dicenti vero Lusitano duci proprium id Patri esse, ait, velle se nihilominus, suum illi dari. cum enim is, inquit, meam in domum veniat, an non me eum vultis excipere. Tum ad Patrem conuersa, ad quietem vt se componeret, rogat. Quo egrediente de suo illi & comitib. cœnā opiparam misit. Postridie mane Episcopus quidam Patri illius se videndi cupidũ esse, nuntiat. Aderant cum illo monachi duo, quorum alter Patrem ex fama iam nouerat, & de Abyssinorũ erroribus scripsisse tractatum didicerat, quem sibi ostendi petiit. Cuius prælectæ illis pars summopere placuit, præterquam alteri monachorũ,

Prorex Paczium ducit ad socrum suam reginam.

Quomodo ipsa exceperit.

Disputat Pater cum monacho de Spiritus sancti processione.

qui vulgo scientia illustris habebatur: qui vnum hoc sibi displicere aiebat, Spiritum sanctum à filio dici procedere. Quocirca hinc de hoc errore disserendi occasione sumpta Paezius euidentius eum scripturæ auctoritatibus confutauit & fregit. Quod vero hoc ipso tempore à Regina accerseretur, ilico ad illam se contulit, apud quam cum Episcopo & monachis longe vehementior, de legis antiquæ ceremoniis (quarum aliquas ipsi seruant) orta est disceptatio, in quo quantum errent, è sacra illis ostendit scriptura: adeo vt nullum videntes effugium: omnia hæc verè ita se habere doctior diceret monachus, at hæc nonnisi litteratis cordatisque apetienda. Imo vero, inquit Paezius omnibus qui me audire voluerint. vestrum autem est omnibus id palam facere; in quo si negligentes deprehendamini, hanc ob caussam damnatorum à vobis exactissima exigetur ratio. Tum ad reginam conuersus monachus, videt, inquit credo, Maiestas vestra, ecquod humeris meis imponatur onus. Æqua Patrem petere illa cum dixisset. mutato sermone, quibus ipse cibis vesceretur à Lusitano petiit, vt illos pararet. Ille quàm paucissimis eum ait viuere & obuiis contentum. Suis tamen edixit, vt illius exacte cibum adpararent. Facultatem sibi abeundi fieri postulanti Patri libens illa concessit, Deo vt se commendaret obsecrans, cum diutius secum commorari non liceret. Magni Paezius hanc reginæ beneuolentiam fecit, quod & magnæ esset auctoritatis, & ad regni cum Romana ecclesia vnionem

Item cum episcopo.

nionem momentum non exiguum allatura videretur.

Inde ergo regem versus properauit, Proregi ante vale dicto, qui postridie iter erat institutu-rus. Diuertit illa vespera in vico cui tres domini præerant, è Græcia oriũdi, quorum duo ternas habebant vxores: quod illi nefas cum Patriarchæ suo aperuissent audiuere, satius esse domi illas asseruare, quam domo eliminare, ne forte honorem pessundarent, verum præter has alias non ducerent, & in his quidem se conniuere. Paezius verò hoc impium esse & nefas cum asseruisset, eos induxit vt ceteris repudiatis, vnam singuli sibi iungerent, & ad Ecclesiam Romanis cum vniuersis seruis numero plurimis, (nã numerosam tres hi fratres alebant familiam) reduxit.

Tres Græci Ecclesiæ cũ suis vniuntur.

Decimo septimo Iunii Paezius cum Prorege ad regiam peruenit. Hic prius quàm vrbem ingrederetur, nuntium regi misit, qui suum illi & Patris aduentum nuntiaret. Intrandi rex facultatem dedit. Ad primam aulæ vt peruenit portã, descendit: alius ad regiam nuntius missus, accedendi propius potestatem attulit. Ergo cum Patre vlterius introgressus, cum diutius ante ianuam alterius atrii esset præstolatus, ecce quidam regni præfectus prodiens Proregem in regiam interiorem perducit. mox & Paezium rex ingredi iubet. Sedebat is in solio sublimis, quem Prorex, alii magnates & aliquot monachi circumstabant. Manum illi Pater osculatus mox retrocedit. Cui per interpretem Lusitanum rex

Quibus ad Regem ritibus adeatur.

Quomodo rex Patrem exceperit.

sedendi te endique capitis facultatem fecit. Ille autem ad tempus & stetit & capite operto mansit: sed manu signo facto eum rex accedere iubet propius, & tapeti insidere. Tum quo rex Hispaniæ valeret modo, quem Lusitaniæ Proregē constituisset sciscitatus est. Dein quomodo in Aethiopiam penetrare denuo esset ausus, cum tanto tempore eam o causam in carcere vinctus gemuisset. Intererat hisce monachus, qui viso quem Prorex Patri cum illum in prouincia salutaret, exhibuerat honore expostulauerat, quod sibi is virum externum assi lere iussisset, & magnis obsequiis officiisque coluisset, magistros autem ac præceptores suos neg igeret. Quæ cum Proregem minime lateren, videreque a rege Patrem tam honorifice haberi, Lusitan præfecto in aurem ait, Quid iam, inquit, monachus ille, vbi hunc Patri à rege exhibitum honorem videbit: qui vel de mea in ipsum beneuolentia expostulauit. Post varios sermones dimissum ab se Patrem rex, quietem capere iubet, ac de omnibus illi necessariis prouideri. Postridie denuo Patrem in regia adesse volt, & in ambulacro soli, præsente viro nobili, locutus, iuxta se considere voluit. Percontatur dein num Lusitana statuta secum attulisset. Hęc se illic habere negat. Tum & alia interrogat, imprimis quæ sacerdotum nostratium tum sæcularium, tum regularium sit viuendi forma; & alia de ritib. nostris. atque hic ad vesperam vsque protractus sermo. Postridie summo mane rursus aduocat. Aderant tum illi quatuor monachi, &

Monachi honorē Patri exhiberi ægrè ferunt.

Rex denuo in regiam Paezium aduocat.

& laici aliquot, omnium doctorum antesignani. Iesum ergo rex sibi ad sinistram locat, ad dextrā sororis maritum, Monachos porro paulo remotius sedere voluit. Tum gratum sibi fore ait, aliquid de lege diuina inaudire. De qualibet se re agere paratum ait Pater. Ac tum monachus quidam è turba petiit, cur legem nos veterem, quā illi in plurimis sequuntur, minime obseruemus. Sæcularium dein quispiam rogat, cur duas in Christo voluntates, & Purgatorium asseramus? Hæc enim ipsi negant. Tribus hisce petitionibus doctissime Paezius satisfecit, & eorum errores sacræ scripturæ testimoniis confutando, & Catholicæ fidei veritatem confirmando. Etsi autem conuicti adhæc respondere nihil omnino potuissent, non idcirço persuasi manus dederunt, impediente scil. inueterata cordis duritie. Ipse tamen regius frater vir prudentia & sciētia insignis scripto q̄ dixerat Paezius, petiit cōmitti, quo singuli cōmode p̄legerent. Nec ille distulit ac patria eadē vulgauit lingua. Rex ritu nostro sacra sibi petiit, postridie, dominica scil. infra octauā ven Eucharistiæ, celebrari, vt poteq huius ritus vidēdi pcupid⁹ erat: At cōmode se celebrare nō posse Pater ait, deficiente vino. verū si sacrorū rituum vidēdorum desiderio afficeretur, aridum se, vt vocant, sacrum peracturum, ac de rebus diuinis sermonem habiturum. Tum rex amplum erigi tabernaculū ex opposito regiæ iubet, & in hoc aliud minus, in quo suum ipse solium figeret. Ara extemporanea erecta Pater sacra prout licuit celebrauit, eq̄ę Euangelio dici

Item tertiò, ac tum aduersus hæreticos assputat.

Hæretici conuicti, non tamen manus dant.

Sacra sibi celebrari & concionem haberi rex volt.

Luc. 14.16. diei ſumpto themate *Homo quidam fecit cœnam magnam*, de ſuperiore loco verba fecit. Intererant duces ac religioſi plurimi; & cum poſt ſemihoræ ſpatium finem concioni, veritus ne nauſeam regi & tædium afferret, vellet imponere: miſſo qui in aurem id clanculo ſuggereret, eam latius deduci & continuari rex petiit: ea enim ſe capi. Hinc eam vltra horam extendit: regi adeo quidem gratam, vt coram optimatibus & omnibus qui interfuerant, Patrem dilaudaret, & per puerum eum, poſtquam nonnihil quieuiſſet, adeſſe iuberet. At cum extemplo ad regiam ille ſe conferret, ad vſque veſperam diſtulit: tum demum intro vocatum tantis coram omnibus laudibus cumulauit, vt Pater erubeſceret. Quare, inquit, eo gratias age, quod breuiſſimo illo quo inter Abyſſinos verſatus es tempore, tantam ſis virtutis & doctrinæ apud omnes commendationem conſecutus. Tuum eſt reipſa opinioni reſpondere conceptæ, & meminiſſe cum carne perpetuum nobis bellum eſſe, & de inertibus ac ſegnibus illam triumphare. Egit ob præclara hæc regis monita gratias Pater, & ſperare ſibi cælitus ait gratiam dandam, qua & regis & omnium de ſe opinioni vſquequaque ſatisfaceret.

Rex illius concione capitur.

Quid illi rex dixerit.

Rogat deinde rex, vt pueros ſibi ſiſtat catechiſticos, didiciſſe quippe ſe, dignum id eſſe ſpectatu. Catechiſmo à pueris coram rege recitato quid opus, inquit rex, Patrem eſt cum monachis noſtris diſceptare, qui vix hiſce reſpondeāt pueris? Inde patet, nos nec doctrinā nec inſtructionem

Rex pueros de doctrina Christiana diſceptantes cū voluptate audit.

nem

nem, at ſolum Chriſtianum nomen habere. Petit dein ſcripto num Pater commiſſum habeat q̃ pueri dicerẽt. Habere ſe cum diceret, exemplar, quod ſcite deſcribi ſtudio in hanc rem iuſſerat, illi dedit, addens, Ioſaphat regem Iuda, Dei per vniuerſum regnum cultum reſtaurare conantem, Leuitas & Sacerdotes cum libro legis huc illucq; miſiſſe, quo eamdem omnes edocerent. Quod factum Deo adeo gratum fuit, vt, teſte ſcriptura, factus ſit pauor Domini ſuper omnia regna terrarum, quæ erant per gyrum Iuda, nec audere bellare contra Ioſaphat; atq; idem penitus in Æthiopia fore ſe augurari, ſi modò rex pueros per vniuerſum regnum ita edoceri fidem iuberet, qui parentibus ac maioribus rerum modo potientibus ſuccederent. Probe mones, inquit rex, atque ita diſceſſum eſt.

2. Par. 17.

Ad iuuentutis exhortationem regem Paezius excitat.

Imperatrix ſuperior hiſce auditis, Patrem orauit, vt in feſto Apoſtolorum principibus ſacro, coram ſe de rebus diuinis haberet ſermonem. quod Paezius non inuite obiuit, rege etiam præſente. At quod cathedra careret, in pedes ſtetit quod conſpicatur rex è ſolio ſe proripit, & ſcabello inſidens, Patrem ſuum in thronum inuitat, vt ex illo concionem haberet. Rarum profectò exemplũ, quodq; optimates oẽs in admirationem rapuit, quo, qua ſacerdotes & Euangelii præcones etiam à magnatibus ſint reuerentia colendi manifeſtè oſtendit. Concione finita Rex & Imperatrix in Patrem ad ſe vocatum mira deprompſere encomia.

Imperatrix concionantẽ audire Paezium vult.

Egregium de honore ſacerdotib. exhibendo exemplum.

Aderat tum Epiſcopus Abyſſinus, ad quem

rex

rex conuerſus, neſcio, inquit, quid nos ab hiſce nos diſiungat. Annon q̃ Pater docet cœleſtia ac diuina ſunt? Hæc erat Regis & omnium magnatum iam tum de Patre Paezio opinio: iam quomodo ſubſidiarios illi ſocios deſtinauit Deus, videamus.

Cap. XXXV.

Quatuor Patres alii in Aethiopiam penetrant, quomodo Turcarum eos opera huc Deus conduxerit.

Duo alii in Aethiopiã ſocii deſtinantur.

VT Paezius felicem ſuũ in Aethiopiam ingreſſum, regni ſtatum, & ſpẽ de Gloria Dei promouenda conceptam Goã perſcripſit: Prouinciali aliiſq; Patrib. viſum fuit ſubſidiarios illi ſimili Saracenorum opera in Aethiopiã Socios deſtinare. Etſi.n. id apertum diſcrimen foret, cũ vita Patrum iuratiſſimis nominis & fidei Chriſtianæ hoſtib. credenda eſſet: ſperabant nihilominus, eius, cui omnis creatura paret, nutu ac prouidentia, ſoſpites huc illos peruenturos. Nec fefellit eos ſpes, vt ipſe declarauit effectus. Nominati ergo in hác miſſionem P. Antonius Fernandius Oliſipponẽſis, & Franciſcus Antonius de Angelis Italus, virtute ambo eximii & animarum Zelo flagrantiſſimi, & ad labores hac p̃ſertim in miſſione tolerandos paratiſſimi: Goa ergo Dium mittuntur, & cómodam hic nauigandi occaſionem exſpectarent, & interim mediterionib. auſteritatib. aliiſq; virtutum exercitiis ſe ad difficile hoc iter cópararent. nec defu-

Dium veniunt, & hoc iter ſe diſponunt.

ere

ere illi officio, idq; per aliquot dies, ea quidem iura, vt Residentia Diensis moderator, excessum veritus, modum ipsis præscripserit.

Pridie quam nauem conscenderent, vicesimo scilicet & tertio Martii die, Armenam induunt vestem, atque inde cum reliquis domus illius Patribus templum subeunt, & clausis ianuis, coram venerabili Altaris Sacramento tum patulo. Anton. Fernandius in primario sacello, nudipes & lacrymis suffusus, inter singultus & suspiria q̃ imo deducebat pectore, hęc præmẽtis feruore effudit; In brachia me tua proiicio Domine, vt visum fuerit de me dispone; totum me tibi dedo. Eamdem & Franciscus Antonius sui Deo oblationem, vultu ad pietatem composito, manibus ad cœlum sublatis & procumbens in in terram, & lacrymas effundens, fecit.

Clam omnibus hæc res fiebat, Capucinorum tamen Guardianum ea non latuit; qui euidentibus indiciis auguratus P. Franciscum Antonium alò aspirare, supremum abeunt illi vale dicere voluit. Ergo cum socio suo, qui fratrem in Societate nostra habebat, quinta ad solis occasum hora, dum superior pedes illis abluit, domum nostram properat. Interim dum pedilauium peragitur, sermonibus distinentur: quo peracto ad templum deducuntur, neque enim viros virtute & prudentia claros hæc res videbatur celãda. Mox verò ipsa loci sanctitas ac pietas & Dei præsentis maiestas, [illegible]ram quo versa[illegible]tur, vt [illegible] aliena & vehemẽs, quo pugiles illi Deo se offerebant affectus, ita

A duobus Capucinis visitantur.

Pietas [illegible]rum.

eoldem

eosdẽ permouit vt in lacrymas ꝓruperint. Cum bonã temporis partẽ simul orando impẽdissent, orauit illos, superior finẽ vt facerent, pugilesq; admonuit, illis vt valedicerent. Tum magna vtrimque caritate alter in alterius ruit amplexus. Guardianus superiori tum ab aliis secreto. Hactenus quidẽ, inquit, in Societatem vestram magno fui affectu, hisce reb. visis maiore deinceps in eam affectu futurus. Vni valedicturus venerã Apostolo, & ecce reperio duos. Proh quanta amoris diuini vis est! ob hoc stimulante, eius cliẽtes non patriam modo sed & vitæ huius cõmoda, ob animarum salutem deserant, cumq; agni sint lupina se pelle vestiant, Turcarum vitã immanitati exponentes, vnica in Deum fiducia armati. Guardiani socius eos amplexatus, Obsecro Deum, inquit, Patres, nobis vt vires vos imitandi, & pulchra virtutis exempla sequendi cõcedat. Tũ superior, Imo nostrum hoc est, Patres reuerendi: nã nos nonnisi vestra sequimur vestigia: & tametsi totis virib. connitamur, vos tamen omnes nos præcedetis, & numquam nobis deerit, quod in vobis imitemur. His dictis discessere, ac tũ domestici omnes cũ peregrinis litanias Nominis Iesu, Spir. sancti, Ven. Sacramenti, & Deiparæ decurrunt. Vt discedendi tẽpus aduẽit, Antonius Fernandius à terra in qua ꝓstratus iacebat exsurgens, & coram ven. Sacramẽto in genua ꝓuolut' ait, Obsecro te Domine Iesu, ne me hac in veste, q̃ tui nominis ergo assũpsi, nõ agnoscas. sub hac. n. legem, crucem, & teipsum Domine gesto, nec vmquã deseram. Et si humana

Reciproca humilitas.

humana sibi imbecillitas te protegente aliquid spondere potest, libere profiteor, non compedes, non carceres, non vincula, non mortem me perhorrescere. Quo hæc proferebat ardor ac mentis affectus, vlterius progredi illum vetabant: sed vultu osculatus, coram Deo ad aliquod tempus prouolutus, mansit.

Antonij fornandi zelus & feruor.

P. Franciscus Antonius Deiparam & spiritus omnes angelicos ad secũ, Deo ob tam singulare beneficium, quod nempe in hanc se missionem selegisset, gratias agendas inuitabat, seque Deo ad labores, afflictiones, ærumnas, incõmoda, persecutiones, tormenta, mortem denique, quin & crucem, quo Christo similior reddatur, subeundam, ex animo obtulit ac deuouit. In me quidem, Domine si oculos conijcio, non nisi imbecillitatem intueor, at tuo nixus auxilio, nihil non possum, & cum Apostolo dicam, *Omnia possum in eo, qui me confortat.*

Item P. Frãcisci Antonij.

Iam nox intempesta erat, cum nauis præfectus tempus esse nuntiat discedendi. hinc etsi sacro se, viatico ante communire, quam nauem conscenderent, imprimis cuperent, id tamen, quod media nondum nox præterijsset, minime licuit. sed hinc charismate frustrati, gradibus altaris conscendentes magna cum reuerentia & animi sensu augustissimi Sacramenti vasculum exosculati sunt. Exhinc omnibus omnino socijs valedixere, singulos ex ordine complectentes. Vix vnam processerant leucam solo suppa[illegible]um excipiente, maioribus non explica-

Communione frustrati ciborium osculantur.

tis velis, cum in vnum propendens latus nauis periculum adiit, vt nauigia ſcaphasq; ex vrbe ſubmitti oportuerit, à quibus ſuũ ipſa in ſtatũ reponeretur. Tum vero tam felici viſa eſt curſu, vt bimeſtri ſpatio ſoſpes, non tamen ſine diſcrimine, Suachemũ appulerit. Singulari porro Dei prouidentia factum, hanc vt Patres nauem conſcederent, nam è quatuor Dio tum ſoluentibus, hæc ſola incolumis euaſit. nam è tribus Daleam petentibus (vnde in Æthiopiam tranſitus eſt, quarum vnam proinde patres conſcendere voluerant) duæ, quibus Patrum ſarcinulæ, & aliquæ pro Catholicis Abyſſinis datæ eleemoſynæ vehebantur periere, nihil quippe de iiſdem poſt compertum; altera vero Mocam appulit (eſt autem Moca Baſſæ monti Sinai præſidentis opidum, vbi P. Antonius Monſerratus & Petrus Paezius olim capti fuerant.) Et ſane hi duo eandem hauddubie ſortem ſubiiſſent, ſi huc appuliſſent, ſed Deo dirigente aliam conſcendere quæ Suachemum poſt varia diſcrimina tenuit. nam plenis lata velis in vada quædam impegit, ſed precibus interpellatus Deus, qui neceſſitatibus ſuorum adeſſe ſolet, his eam eduxit cum nulla humanitus euadendi ſpes affulgeret.

Suachemũ perueniunt.

Suachemum vt appulere & exſcenſionem fecere tantus omnium ad eos factus, puerorum præſertim, concurſus vt dici vix poſſit. Turcæ tũc per iter tum Suachemi benigne eos habuere. Verum quem putabant, Baſſam hic non repere, nam Mecam peregrinatum abierat,

uerat, at quem suo loco constituerat Vicarius, quam humanissime eosdem excepit. Singulis enim vestem dedit auro intertextam. qua donare Turcæ solent eos, quos insigni affectos honore volunt. Post mensem reduci Bassæ munus deferunt, à Præfecto Diensi transmissum quod illi longe fuit gratissimum. qui dein Patribus ait, quidquid ab ipso efflagitarent, velut domi & in patria liberrime proponerent. Nosse enim se, quo suum alias famulum honore Patres Dienses affecissent, & parem se his velle rependere. Aliud se velle negant Patres, quam ob præstita beneficia gratias agere, & abeundi veniam petere. Missurum se ad eos scribam suũ agit, huic eorum quæ vellent indicem darent daturum se operam, horum nihil & deesset, sed singula sigillo se suo confirmaturum. Postridie ad iter se cõpararent edicit, nam omnia se præparasse; misit adhæc vigintiquinque Venetos quadraginta facile æquabunt aureos nostrates, in viaticum. dedit insuper cohortem militarem quæ per viam tueretur, inter quos erat vir quidam primarius, cui ipsos inprimis commendauit, hisce additis ad tutelam literis.

Quo à Turcis honore excepti.

De rebus necessariis Bassa illis prospicit.

Omnibus Dominij mei ministris edico, Patribus in Æthiopiam proficiscentibus liberum, vt concedant transitum, quin & redeundi veniam do, toto illo quo hic agam tempore, si Suachemum venire voluerint veniant, vel etiam Dalceam; si in Hierosolymam, per me stat, de necessariis omnibus illis prospiciam. Ita illos deduci comitarique voluit, donec ad

Literæ salui conductus, quas Bassa dedit.

Catholicorum Abyssinorum stationes venissent.

Duo alij in Æthiopiam mittuntur.

Sequenti anno mense Martio duo alij Dio Patres in Æthiopiam soluerunt, Ludouicus Azeuedus,& Laurentius Romanus, qui Arabica schemate cum Saraceno Dij commorante, & Bassæ freti notissimo, item cum alio, qui eiusdem Bassæ literas exhibebat, quibus omni hominum generi liberam veniendi facultatem dabat,eo penetrarunt. Domus Diensis superior, item arcis præfectus munus Bassæ, aliisq; nonnullis miserunt. Bimestri post discessum in Suachemi cōspectum venere, at ante quā portum inueherētur, didicere Bassa in Patres alios adeo beneuolo veneno sublato, aliū successisse quem minime nouerant. Perculit hic nuntius & nauis præfectum & patres: quibus anxiis, quonam se Bassæ sisterent modo, ecce inopinato Baneanes, de illorum aduentu redditus certior, superuenit. Hic nauarcho & patribus salutatis, Bassam de omnibus fecit certiorem. quare postridie patribus, nonnisi carcerem expectantibus vt se vestiant,edicit,Bassam quippe honorifice illos excipere velle. Veste sumpta cum nauarcho & primariis victoribus Bassam adeunt, quos vestis exosculandæ gratia propius accedentes suo ille ritu amplexatus (vnaq; scilicet manu vultu superposita) ait *Maraba,Maraba*, qua illi formula amicissimos quosque compellare solent. Dein vt quo luberet modo considerent edicit, sciebat eum Lusitanis morem non esse humi, Turcico ritu, desidere.

Suachemi appellunt.

Bassa benigne eos habet.

dere. Dehinc eos ad refocillationem quamdam liquidam, & citriorum pomorum succo & saccaro confectam sumendam inuitauit. Prælibans ipse eodem è scypho illos bibere voluit. De valetudine aliisq; rebus percunctatus auream singulis togam dedit, quam induere illos extem plo iussit. Deinde cum omnibus, qui aderant exsurgens, oratione quadam numini ob sospitem illorum aduentum gratias egit. Ac tum abeundi copiam fecit.

Inde recedentes Patres, tres equos ad prætorij ianuam instratos reperere, quorum vnũ conscendens nauarchus, alios ipsi, multis stipantibus, domum nauarchi deducti sunt; quos paulisper Basſa requiescentes, læto Sambucarum, tubarum & tympanorum sonitu recreauit.

Postridie denuo cum nauarcho ipsum adeunt, & itineris ratione exposita, literas illi & dona dedere asportata, quæ illi longe acceptissima fuere; quare in Æthiopiam penetrandi, & cum videretur facultatem reuertendi dedit, idem se aliis à prouinciale submittendis Patribus priuilegium haud grauate concessurum. Interim scribæ suo edicit, de domo illis commeatu ac rebus necessariis prouideat, nauem instruat, eamq; de omnibus prospiciat. *In Æthiopiam eundi dat facultatem.*

Eo quo discessuri erant die, decimo scilicet postquam appulissent, eamdem illis quam ante humanitatem & honorem exhibuit, quæstori[illegible] committit, Mazuam vt deducat, quo nullum Æthiopiæ oppidum vicinius: singulis item *Mazuam eos deduci iubet.*

se curatoribus suis ac præfectis indixisse ait, vt quam possent humanissime ipsos haberēt. Petiit insuper, vt cum ad Christianorum peruenissent loca, de singulis ad se perscriberent, & quo sui ipsos subditi excepissent modo. Interea dum Suachemi commorantur primarij eos Baneanes adeunt, & melonibus aliisq; fructibus eos insigni cum beneuolentia donant. nec illi modo, sed & Turcæ commendatitias ad superiorem Sociorum Diensium literas petiere. Credunt quippe, Patrum se literis omnē gratiam & subsidium impetrare posse.

Sexto ergo Iunij cum Bassæ quæstore & aliquot militum præsidio, Suachemo digressi, septimo post die felici vento vsi Masuam peruenere; vbi Baneanum primarius, nomine Verdamon, Patrum inter Abyssinos agentium curator, suo illos excepit tecto, & velut fratres habuit. Interim dum hic cōmorantur, ossa ac reliquias P. Abrahami de Georgiis martyris indagant. at inuenire minime potuere, neque enim sepultus, sed auibus in Insula quadam deserta ex opposito Mazuæ, Bombardæ inde distante iactu, expositus fuit inter alia plurima cadauera, adeo vt Martyris à profanis ossa discerni nō potuerint, magno sane illorum cum dolore. recreati tamen nonnihil sunt viso & decollationis & ossium loco.

Mazuam veniunt, in reliquias P. Abrahami Martyris inquirunt ... illius ossa ab aliis discernere non potuere.

Arcis Mazuanæ præfectus honeste Patres habuit, quod hoc ab illo per literas Bassa postulasset, & omnia illis necessaria suppeditauit. In Æthiopiam discedentibus aliquot ad præsidium

equi-

equites ac pedites adiunxit, vt quadraginta in vniuerſum ſclopetarij forẽt, qui ad ea vſq; comitati ſunt loca quæ Turcas adire fas eſt. Inde excepere eos alij, quos Patres in Æthiopia agẽtes, de illorum aduentu certiores redditi, ſubmiſerant, & inprimis Pater Paëzius, qui ad Luſitanorũ præfectum Ioannem Gabrielem, qui tum cum viginti Luſitanis Baroæ Proregẽ Tigarenũ ſecutus, ſcripſerat, illis vt obuiam prodiret. Quibus ipſe cum vicenis illis obuiam magna beneuolentia & amore proceſſit. Diei & medij itinere aberant tum illi à Baroa, in quos 27. Iunij anno M.DC.V. inciderunt. His conſpectis ex equis deſcenderunt, Patresq; ſalutatione & amplexu, & manuum exoſculatione peracta exoſculantes, ſuas coëgerunt mulas integras & valentes cõſcendere, quorum ipſi exhauſtas & fractas conſcenderunt.

Patres Æthiopiam intrant.

Luſitani Æthiopici eos excipiunt & Fremonam conducunt.

Ipſo Petri & Pauli ſacro die Baroam appellunt; verum Proregem extemplo non adire, quod Turcarum nondum habitum depoſuiſſent. per Luſitanorum tamen præfectum illum compellantes, poſtridie ſe dixere adfuturos, vti & fecere. Hic cum ad octiduum hæſiſſent, recta, eiſdem ſemper Luſitanis comitantibus, fremonam petiere.

Alij Patres iis occurrũt.

Triduano itinere emenſo, vaſtiſſimum attigere flumen, ad cuius ripam illos alij tres Patres cum aliquot Luſitanis opperiebantur, à quibus maxima beneuolentiæ ſignificatione excepti, & præſertim Patribus, quibus inprimis gaudio fuit, ſe quinos iam in Æthiopia eſſe, in

qua iam ante quinq; alij eiusdem societatis pro diuina gloria, & salute animarum maximos subierant labores, vitamq; duxerant sanctissimam. Postridie fremonam adueniunt, ibi Lusitanorum filij palmas manu gestantes eos excepere; quorum hic linco quodam panniculo (nam hæc ob extremam penuriam illorum byssus) alter caprino exuuio medium tecti corpus, prodibant, vt singulos Ioannem Baptistam in deserto commorantem crederes. Parentes & Abyssim Catholici, in Ecclesiæ eos cæmeterio opperiebãtur: qui animi sui testantes gaudium, manus illis supplices & pie exosculari voluere. Hæc fuit duorum horum Patrum itineris ratio, quam Ludouicus Azenedius per epistolam transscripsit. Sed ad ea quæ interim in Æthiopia contigere, iam conuertamur.

Fremonam veniunt, quomodo hic recepti.

CAP. XXXVI.

Optimates aliquot aduersus nouum Imperatorem insurgunt, à quorum vno per nefas iugulatur.

Imperatoris P. Paezium studium

IS erat noui Imperatoris in Patrem Paezium affectus, & ob virtutem, doctrinamqu honor, ac familiaritas, maior vt à quoquam optari non posset. Interdum quippe familiariter inter se illis agentibus (quod pene quotidianum erat, & quidem ad tempus aliquod) si se Imperatoris clientem ac subditam Pater diceret, hic stomachatus nomen rex, aiebat, si ita mihi ipse amicus sit, vt tibi ego, non te subditum meum aut

[illegible]nt cliētem, sed Patrem ac regem dicito. Communicauerat is aliqua Paëzio, vt post videbimus, quæ regni huius cum Romana Ecclesia coniungendi spem dabant, in per funestam regis mortem quam suis ad P. Prouincialem literis Paëzius ante penultimæ Iulij ann. M.DC.V. datis enarrat, stetisset quarum hoc exemplar.

Mors illius funesta.

Superiori R. Vanno lætus & hilarus rerum Abyssinarum statum perscripsi, simul & spem fore, vt eædem ad maiorem Dei gloriam spectarent: modo vero maiori cum dolore funestum earum finem narrabo, Deo ob incomprehensibilia & profunda iudicia sua ita disponente.

Literis alio anno transmissis me cum Imperatore familiariter agere solitum, simul & eius in rebus sinceræ fidei audiendis & Ecclesiam Romanam studium & propensionem scripsi: atque idcirco factum, vt, cum copiam mihi ab illo fieri peterem, quo Lusitanorum Naninæ agentium, & triduo inde distantium confessionem exciperē (quodam pleriq; & ægri erant, & me enixissime ad se inuitabant, etiam diu illam non peregerant) & quidem sæpius, semper illam mihi & quidem plusquam ante denegaret, hyemem instare, & inflata flumina causatus. Respondi hæc officij necesse, & [illegible] dum quod poteram me teneri, quo miseris cōfiteri volentibus aurem accommodem; sed si inflata iter flumina remorarentur, eo vnde discessi rediturum. Placuit illi hoc responsum, &

Epistola P. Paezij de Imperatoris morte.

facultatem concessit, sed hyeme vt finita reuerterem. Præfecto suo imperat, magnam vt mihi auri & frumenti vim, in alimentum bimestre, (tantum enim temporis me absfuturum credebat) subministraret. Hæc ad me referente præfecto negaui vero aut frumento opus habere, verum si qua mihi in re regia maiestas gratificari voluerit, aliquam mihi terræ portionem in Dambeana prouincia (in qua & plurimum Imperatores commorari solent) in templi à ream, & Lusitanorum huc illucque incertis sedibus vagantium, & ab aliis se cunctorum habitationem & victum concedat, obsecro. Obstupuit pecuniæ contemplum præfectus, monachis indigenis eidem maximopere inhiantibus, mihiq; vt admitterem persuadere conatus, cætera tum Imperatorem facile concessarum est pollicitus. Pernegaui penitus, cum opus minime haberem, Imperatore in alimentum necessaria omnia suppeditante. His cognitis vocatum me Imperator interrogat, cur oblatum aurum repudiem, cum & quos petieram agros supererogaturum se promitteret. Non, inquam aurum & opes hoc in regno quæsiturus veni; sum enim religiosus, & quam paucissimis opus habeo, nec hos quidem agros petiissem, nisi ad Lusitanorum aliquot dispersorum collectionem, quo Maiestati vestræ essem propior, si quo me mittere, aut si qua in opera vti mea voluerit. Ea age, inquit, ito, te redeunte quæ postulas, obtinebis. Tum manus illi exosculatus, vale dixi. Me digresso, aurum hoc Lusitano cui-

Aurum repudiat.

Item secundo.

no cuidam dari præcipit, vt mihi deinde idipsum daret.

Medio ergo Iunio Nominam abij, vbi primo ægrorum confessionem excepi, & cæterum ipsum vt facerent allaborani, quo hyeme transacta ad regiam reuerterem. Sed Augusti initio citatus ab Imperatore venit nuntius, qui Lusitanos omnes exemplo annatos adesse iussit, quod Zezelazeus præfectus collectis aduersum se copiis properaret. Gregorius is fuerat miles, sed ob præclara facinora tribunus constitutus, eo tandem euectus est, Imperatoris vt affinem sibi matrimonio iunxerit. Imperator imperij admotus gubernaculis, Zezelazeum ab exilio, quo eum superior Rex damnarat, reuocatum, duabus lectissimis letius Æthiopiæ prouinciis, armatorum & quidem validorum maxime feracibus præfecit. His tamen affectus officiis arma aduersus eum sumpsit, & cum Eras Athanatheo, (id est, capite Athanasio, quod familiæ huius caput, hæres, & primus ab Imperatore sit) qui superioris Imperatoris sororem duxerat, vires coniunxit. Huic vero Imperator hic agrorum & iurisdictionis multum ademerat, quod parum fidum illum crederet, quod certis iam indiciis collegisset. Hinc cum Zezelazeo & aliis ducibus aduersus Imperatorem conspirauit, eum regno exuere conatus. Quo vero suum tegeret scelus, Zezelazeo palam cornua tollente, in Imperatorem se plus solito propensiorem ostendit.

Zezelazeus præfectus aduersus Imperatorem insurgit.

Cum Era Athanatheo se iungit.

Hinc

Hinc commiſſorum illi Imp. veniam dedit, & ablata reſtituit, quo illum ſibi magis deuinciret, tametſi maleuolum illius animum perſpectum haberet. Ad fidele illi obſequium Sacramento ſe aſtrinxit, quid ſi violaret, excommunicationis pœnam impoſuit, vti inter Abyſſinos mos eſt. Imperator aduerſus Zezelazeum ſe comparans, à quodam ſuorum certior redditus eſt, coniurationis conſcios, qui in regia verſabantur, ſtatuiſſe, poſtridie, qui dies 19. Auguſti erat, quo Deiparæ aſſumptionem Abyſſini celebrant, illum ad ſacra Miſſarum ſolennia properantem intercipere. Imperator ergo in rem inquiſiuit, & verum id eſſe certis argumentis comperit: verum conſcios comprehendere non potuit, quod ij numero plurimi, ipſeq; apud ſe quam pauciſſimos haberet, cum hyemis initio multos à ſe ablegaſſet, quod in regni extremo verſaretur, quod quia deſertum, tanto hominum numero alendo non ſufficiebat. Per hyemem vero hic diuerſari decreuerat, quo ipſum frequentius redderet. Quamobrem diutius hic manere cum nō auderet, Nominam extemplo relaxandi animi cauſa ſe contulit octingentis dumtaxat ſtipatus annatis; cæteri namque ab eo receſſerant. Comitabatur illum Athanatheus, ſed Imperatore fluuium traiiciente cum media copiarum Imperatoriarum parte retroceſſit, quibuscum impedimenta & ſarcinas aggreſſus ipſis intercepit. Duodecim circiter arcas torquibus aureis, monilib. veſtibusq; pretioſiſſimis refertas ſecum

Conſpiratio de Imperatore intercipiendo dum templum adiret.

Nominam Imp. con[illegible] dit v[illegible] Pa[illegible] [illegible]

secum trahebat; at omnibus cedens traiecit, quod cui fideret nesciret. Cum haud procul a me iam abesset, me per nuntium ad se euocauit in pagum, ad quem nocte sequenti diuersurus esset; quippe communicare se mecum de rebus suis velle. Tam prope illũ adesse nesciebam, hinc quã potui celerrime per agros properaui, & in via illi occurri, dũ vna à loco designato leuca abesset. Misertus sum viri, nam alter Dauid à facie perduellis Absalomi per desertum fugiens videbatur, vbi me rapidum is ac latum transuadere fluuium vidit, misi è suis, qui mulam meam vtrimq; tenerent lupatis, ne in aquam præcipitarem. Vt appulimus, descendit, & suo in tentorio sibi me assidere voluit. Tum vultu ad tristitiam composito, Viden, Pater, quænam à subditis patiar, quod suum cuique ius conseruare studeam, & maiorum in minores insolentiam retundam. Quid mihi faciendum consulis. Consului, optimum videri, vt interim dum copiæ colliguntur, in tutum se reciperet locum, atque exinde fore omnes vt illi obsequerentur. neque enim turbarum auctores nonnisi quatuor esse, cæteros iussis parere. Recte, inquit, mones. In siquidẽ omnes sum concitant populum. Hic ergo præstolabor, donec ad resistendum copias conuocauero. Qui cum dudum cum egissem, dimisit [illegible], Deo rem vt persuffragia commendaturum precatus.

Illum ad se euocat.

Consulit Patrem, & quid ille consuluerit.

Postridie mille quingenti ad regem venere, quibuscum Eram Athanatheũ in Nili ripa castra-

Suppetiæ Imperatori veniunt.

ſtrametantem adoritur, at is per exploratorē factus certior, noctu ad alteram ripam cum omnibus copiis conceſſit,& nauigia eodem pertraxit.huc cum Imperator veniſſet, rei inuecta diſceſſit: Nihis enim intumuerat.Hei inde digreſſus diei itinere caſtra locat ab eo loco in quo verſabar, atq; hic paucis poſt diebus mille rurſus ad eum acceſſere. Poſt cōfectis cratibus Nilum traiicere conatur. Interim Luſitanus in regno Goyamenſi commoratus à me petit, ſecum vt venirem, habere ſe quippe prolem admodum numeroſam; quæ huc proficiſci commode non poſſet, atque hanc iam ab annis aliquot confeſſionis Sacramentum non ſuſcepiſſe. Adeſſe me poſſe negaui, quod Luſitani omnes ab Imper. in caſtra eſſent euocati,& ignorarem, num me ſecum habere vellet. At ipſe mei euocandi auidus, Luſitanorum præfectum orauit,ab Imp.vt peteret,num me in caſtra proficiſci oporteat.

Luſitanus Goyamenſis Patrem accerſit.

Id certis de cauſis opus eſſe negauit Imperator, ſed interim ad dies aliquot in Goyamam concederem. Hoc ille reſponſum ad me retulit,lætus. At ſubſequi niſi poſt aliquot dies non potui, tum quod ilico ipſe recederet,tum quod Luſitanorum ad caſtra vocatorum prius denuo excipere per confeſſionem noxas expedire cenſerem. Illis autem digreſſis in maximo verſatus ſum periculo. Quodam enim die ad veſperā didici, barbaros qui aqui dicuntur(qui tribus inde leucis inter loca ad eo confragoſa cōmorantur, vt nec ab Imperatore perdomari queant)

Magnum Paezo ab ag[illegible] diſcrim[illegible]mine.

queant) nocte sequenti ad locum in quo versabar, expilandũ vastandumq; venturos. Nonnisi duo mihi aderant tum pueri, & quo me verterem nesciebam. neq; enim minus de nocte proficiscẽtibus à latronibus discrimen imminebat, statui loco non recedere, sed casam meam, etsi stamineam aduersus barbarorum impetum tueri: solent enim Aqui, si vel minimum defensionis impedimentum inueniant, præterire. Quare aliquos vicinos indigenas, Lusitano cuidam subditos oraui, mecũ vt hac nocte versarentur. Decem in vniuersum adfuere, & quidem ita iactabundi, vt Aquorum impetũ riderẽt, sed ante noctẽ mediam me deseruere. Hinc ad vsq; aurorã cõtinuo in pauore vigilaui. At Deo permittente, nocte illa non adfuere. Verum post dies aliquos certo certius adfuturi nuntiantur; quorum aduentus cum certa habuissem indicia, cum indigena, Lusitanis amico hinc digressus sum, qui suã me in domũ inuitauit. Nec defuit officio: cũ nocte me intẽpesta per cliuos & valles, cœno aquaq; oppletas cõmode mulæ incedere non possent, deduxit. Triduo apud illũ dum delitesco, adsunt Aqui, qui direptis omnib. nõnullos interfecere. Deo tñ prolegente factũ, vt ad q̃ ante concesserã domũ vel Lusitanorũ aliquam, non attingerent. Lusitanorũ præfectus, cum aliis nõnullis mihi vrbe dicturus, quod Imperatorẽ ad bellum properantẽ sequi oporteret, consuluit vt In Goyamam confestim me cõferrem, quod itinera postmodum parum tuta futura essent, & hoc

Sed educitur.

Regnum Goyama adit.

& hoc inprimis. Ilico ego me in viam dedi, & triduo ipſo per confragoſa & aſpera loca profectus, tandem Luſitani huius domum perueni, in qua etſi procul ab aquorum eſſem inſolentia, Gallæ tamen metum iniiciebant, nulli ſerui aut ætati parcentes.

Interim dum Imperator ad Nilum traiiciendum ſe comparabat, Zezelazeus ingentes indies colligebat copias; easq; ad nouarum rerum molimina, variis confictis in Imp. criminationibus exſtimulabat, quod ſcilicet patria fide ac religione deſerta, Luſitanam ac Romanam ſectaretur, æquiſſimo proinde iure omnes aduerſus eum ſubditos, ſi modo aliquo patriæ legis zelo tangerētur, arma poſſe capere, adducturum ſe verum ac legitimum Imperatorem (is erat quem ſuperiori anno in Vareana prouincia comprehenſum arci incluſerant) hinc quotidie nouos per ſpeciem tabellarios ſubmittebat, qui eundem iam in proximo eſſe & numeroſas adducere copias nuntiarent. Acuit hoc plurimorum animos, vt ſacramentum de Luſitanis omnibus Imperatorias ſectantibus partes neci dandis palam conciperent, & fama erat, me inprimis à Zezelazeo depoſci omnium ſcilicet turbarum cauſam, quaſi ipſe Imperatori ad patrios ritus deſerendos & Romanos ſuſcipiendos auctor exſtitiſſem, ait hoc ſe è magna Imperatoris erga me propenſione colligere, & certiorem eiuſce rei ſe per Saracenum factum, quem Imperator ad Indiæ Perregem cum literis, quas ipſe interceperat, deſtinarat.

Imperator putatur Catholicus.

Non-

Nonnulli ex optimatibus Imperatori nunciarunt, si modo propius abesset, illi se iuncturos. Ergo re apud suos disceptata, num scilicet extemplo iter suscipiendum, an vero maiores exspectandæ copias erant, qui iter suaderent, dissuadebat Lusitanus præfectus, quod cœnosæ adhuc & viæ equis impedimento forent, & quo minus auxiliares copiæ confestim appellerent. Placuit hoc Imperatori consilium, & ipsum secutus esset, in Lacamalian consiliariorum facile primus, ob commeatus penuriam, castra mouenda suasisset, quod copias Imperatorias, ad hostilem excipiendum impetum sufficere crederet. In quam ille sententiam variis tandem rationibus Imperatorem violēter pertraxit. In procinctu cum iam Imperator esset, Lusitano duci ait, adesset vtinā Pater Paëzius, qui confitenti aures daret morituro breui, vel superstiti futuro. Quod eius votum de salute animæ optime sperare nos cogit, cum vbi fidem veram & persecutionem & hostile ferrum perpessus sit. Nilum cum traiecisset nonnisi ad sextum ab hoste lapidem remotus, castra metatur, dum vndequaque commeatus defertur. Propius etiam accedunt coniurati cum magna vocatorum manu. Zezelazeus quippe alium Imp. magnis itinerib. ad castra properare numquam non iactabat, & conflictum nisi se præsente iniri vetuisse; non videri tamen diutius illius aduentum exspectandum; sat enim sibi esse virium ad hostilem aciem excipiendam, & confecto iam se prælio ouantes illi obuiam pro-

Patri Paezio confiteri vult ante conflictum.

Imperator conflictum iuit & cornu sinistrum dedit Lusitanis.

dituros. Instituit ergo aciem Imperator, & sinistrum Lusitanis dedit cornu, qui in vniuersum vix centum erant, quod ob continuam hyemem hinc indè dispersi & à se, noctuo nimiopere remoti, plures colligi non potuissent. Additus illis dux alius cum valida manu; qui cōiunctis copiis, tanta vi inimicū adorti sunt, vt vix semihoræ spatio, hostilem aciem perfringerent. Lacamelian cum aliis nōnullis Imp. tuebantur; sed in primo ipse certamine cum alio duce & gregariis aliquot occubuit. hinc Imper. cornu cedere. Ipse quidē in confertam se dare aciem volebat, sed à suis prohibitus est. Interim fauente prelio, Anahel, nobilitate inter Æthiopas notus inprimis ad Imper. pro more dicēdo *Ingredior, ingredior*, trāsiit, quē secutus & filius cū aliquot seruis. At quoniam Anahel Imp. antequam Nilum is traiecisset, deseruerat partes; ferūt illum hoc iam conspecto inclamasse. Pro perfide veterator, fraudulenter me deseruisti, & fraudulenter modo ad me reuerteris, dein ferro in caput adacto interfecisse. Patris casa perculsus filius tragula collum Imperatori traiicit, & ex equo deturbat.

Necat. trās-fugam.

Hinc turbari omnis acies, & Anahelis filius, suppetias ferentibus seruis, acriter decertare. superuenit interim cum equitibus aliquot Zelazæus, & submota turba ad Imperatorem vsque penetrat, quem hasta, secundum vultum ferit & Saraceni mactant. Nouem in mortuo corpore reperta vulnera sunt, qui Anahelem ab Imperatoriis interemptum aiunt, aduersus quos

Illo interfecto cæteri fugam capessunt.

quos dum filius eius decertat, Zezelazæus cum equitum ala superuenientem, primum Imperatori vulnus inflixisse. Cæso Imperat. cæteri non fugam capessunt, coniurati instant, adeo vt Lusitani & alij, qui cornu expositum perfregerant, ad locum suum reuersi, quo confertam aciem premerent, iam in postrema acie versarentur, & Imperatoriis tabernaculum euersum & turbatos ordines conspicerent. Lusitanus viso imperatorium insigne suo adhuc fixum loco, comitantibus aliquot suorum, eodem aduolãte, Imperatorem inuenire sperantes, sed in Eram Athanathei manus incidere, qui ipsum inuaserat. hinc nonnulli fuga tibi consuluere, alij capti, desideratus nemo, vulneratus vnus, quod miraculi habitum loco. Nam Lusitanorum inprimis neci omnes inhiabant. Quorum duci, cum antę Eram consisteret, gregarius necem intentabat, quasi Imperatorem in suas is partes pertraheret. At impediuit Eras, sua illi galea, ne quis illum læderet, imposita. Imperatoriorum plurimi aut in conflictu, aut in Nili traiectione interfecti. Triduo Imperator nudus in campo iacuit. Lacamaliani mortuo dentes confregit non nemo, dicens, scelestе, tu Sabbathi fracti ac violati causa. Græcus, familiaris meus, qui vtrumq; coram cadauer insepultum cõspexit, retulit, Lacamelianis & Anahelis deformia ac putrescentia fuisse, at Imperatoris pulcherrimum alij, suauissimum spirasse odorem. Quod etiam verosimile videatur, quod in Catholicæ

Lusitani capti sed nemo occisus.

Imperatoris cadauer triduo insepultum nec grauem odorem dedit.

fidei, quam illum suscepisse suspicabantur, odium in mortem illius perduelles conspirarint. Quidam nudum Imperatoris corpus conspicatus, panno ipsum velauit; at alij Zezelazeo gratificaturi detexeruut, contumeliis exanimē proscindentes. Hoc itaq; pacto triduo nudus in campo iacuit, qui paulo ante aureis nitebat vestibus: donec à primariis viris tribus panno semilacero tectus, sine pompa & prope inglorius, terræ mandatus est.

Cap. XXXVII.

Quid post Imperatoris mortem contigerit, de duobus eius successoribus.

Reliquum Tragrœdiæ Paëzius prosequens ait: lugubri hac catastropha peracta, quæ per vniuersas prouincias secuta lamenta & eiulatus, perscribi via potest, plorabāt interfectos coniuges vxores, & filios parentes, Imperatorē omnes, vtpote suis etiam optimatibus carissimum, præterquam quatuor; quorū etiam duo illo interfecto nō parum ingemuere: nam nōnisi illum cōprehendere, voluntas erat. Quem mihi mors eius attulerit dolorem, quantumq; etiam modo grauis sit, verbis nequeo exprimere, & hoc vnū dixero, *Iudicia Dei abyssus multa,* dum Imper. imperij huius à tot iam annis prostrati reductionis & spiritualis boni flagrātissimū, ita siuit occumbere peccata scil. & scelera populi diuinæ insiuam misericordiæ videntur occludere. Quin & morte eius grauem Lusitani iacturam passi sunt: nam vnum omnes ipse in lo-

Imperatoris mortem dolent omnes.

in locum colligere & in victum sufficientes viritim agros dare decreuerat.

Non ergo variæ per vniuersum regnum exortæ turbæ, & motus, quiq; ante simul in Imp. conspirarant, mutuis dissensionibus distracti sunt; vni parti præerat Zezelazæus, alteri Eras Athanatheus, hic proinde in Goyamã, in qua tum ipse versabar, contendit; ac prius q̃ appelleret, duos præmisit, nuntiantes loco ne discederem; illum enim colloquiũ meum expetere. Quare vbi domũ, quinq; à me dissidentem leucas, peruenisse illum comperi, virum audij. In Imperatoris olim me hospitari voluit cubiculo, & de sua aluit mensa. In primo cõgressu Imperatoriam à se necẽ excusando amoliebatur. Nemini, inquam, id constare melius, quã propriæ conscientiæ. consului itaque, eam vt excuteret; hanc si ream deprehenderet, veniam à Deo commissi postulans, digna ipsum pœnitentia expiaret. Nam diuinam alioquin vltionem imminere. Sanguinem quippe Imperatoris magno scelere effusum, Abelis instar, iustitiã deposcere, & Deum proculdubio eius vindicem fore. Deum se metuere, & omnem vere mouisse lapidem, respondit, ne neci is daretur. Dein de Lusitanorũ rebus agere cœpi, quorũ omnẽ fortunã dixi euersam, vtpote agris sublatis. Ille multos suorum ab iis in prælio interfectos cõmemorat, & ante se denuntiasse iis, vt ad se transirent. quod si fecissent, nullum futurum cõflictũ fuisse; sed ipsos renuisse. Respondi illos, si cu[...] faciendo, Lusitano nomini iniu-

Inter coniurationis coryphæos orta dissensio.

Eras Athanatheus apud P. Paezium se excusans.

rios futuros fuisse, & à Rege Lusitaniæ, & à se etiam non agnoscēdos. Saltem, inquit, glandes plumbeas sclopis indere nō debuissent. Imo ne hoc quidem, inquam omittere potuere, vt nec omnes, qui pro principe suo decertāt. At quoniam id infectum nequit fieri, vnū hoc quod proposui, à te supplex cōtendo. Annuo, inquit, Eras, & ab hoc tempore, tui causa, omnium illis agrorū possessionem sartā tectam concedo. Gratias illi agens, vnā adhuc ab eo gratiam fieri petij, vt Lusitano, qui litem inter alios ortam diremptur us fortuito quemdā neca at, libertatem ac veniam concederet. Concedere se ait, modo quæ viduæ deberi iudex pronuntiauit, persoluat, siquid amplius ab ipso exigere vellē, libere proponerem, repulsam me nō laturum. Hoc potissimum nomine illi gratias egi, & hominis libertatē obstupui, scire auidus, quid me vellet.

Lusitanorū pristinam restitutionem obtinet Paezius.

Alio quodam die solum me adesse iubet, & disputationum quas olim coram Imp. illo præsente habueram, memoriam refricans, dictorum nonnulla vere ita se habere cōfessus est; & aliud se non velle, quam vt semper, eius docendi gratia, sibi adessem; monachos quippe indigenas bardos esse, & siquid forte nossent, id ob animi abiecti angustias propalare veritatemque aperire vereri, Persimiles Pharisæis, præter sanctitatis, qua tamen carent, famam ac nomen, nihil captātibus. Nihil mihi fore responsi gratius, at venisse iam nuper duos ex India Patres, hos mihi adeundos; horum vnū

Paezium cur apud se habere velit.

Excusat se Pater.

Tiga-

Tigaram, alterũ Naninam, quo Lusitanorum curam susciperent, mittere debere, ac tum cõfestim ad ipsum reuersurum. Suasit vt iter hoc seponerem, & quid fieri vellem, literis significarem. Quid agerem, hærebam anxius: etsi enim libenter ei morem gerere voluissem, tum quod primum imperij post Imperatorem caput, & totius Imperij vnio ab ipso summopere pendeat, tum etiam quod scientia clarus haberetur, tamen illinc à Zezelazeo illum, qui septennio imperarat, quique me Æthiopiam ingrediente regni gubernacula administrabat, sed à suis post in ordinem redactus & captus Naream missus esset, in quem potissimum populi studium propendebat, regno restituendum videbam. Erat autem Athanatheus Sazinosium quemdam, Imperatoris superioris cognatum, sed populo non adeo gratum, quod cum Gallis esset assiduus, ad regnum omni satagebat arte euehere. Propterea satius mihi visum procul turbis agere, quem tanti res momenti exitum habitura sit, quidque Deus fieri velit, eminus prospecturo.

Interim dum de me secũ habẽdo agit, literas ab Imperatrice, socru sua accipit, quibus me ad se illo mitti postulabat; mei enim videndi se desiderio teneri. Abeundi ergo copiam fecit, pollicito prius, quam citissime (quod mihi sane longe gratissimum) me redditurum. Valedicenti mulam mihi dedit, & omnes in viam sumptus necessarios præstitit; pauca se dare asserens, quod bello plurima impendisset: at vbi

Imperatrix Paezium ad se accersit.

redirem, nihil mihi defuturum. Multi loci incolæ, qui aſſidui vel concionũ vel doctrinæ catechiſticæ auditores erant, diſceſſu meo indoluere, dicentes, ſi diutius hic cõmorarer, cõfeſſionẽ ſe delictorũ mihi facturos, quod monachi ipſis imponerent, nec veritatẽ docerẽt. Inprimis Imp. interfecti conſanguineus, inſignẽ de fide Catholica opinionẽ concepit. nam toto illo tempore quo hic ſubſtiti (ſubſtiti autẽ pene bimeſtri) quotidie ad me veniebat de eadẽ mecum collaturus; ſed parentũ ſe aiebat oblocutionibus impediri, quo minus Eccleſię Catholicæ ſe vniens confeſſionem perageret. Kalẽdis Nouembris è Goyamẽſi diſceſſi regno, & poſt ſeptem ipſos dies Gabayam Prouinciæ Dambeanæ opidum, vbi tum Imp. erat, perueni. Ad regiam properãti occurrit Zezelazæus, qui benigne me habuit, & Imperatrici me adeſſe nuntiat. Illa me ingredi iuſſum, ad caput lectuli, in quo ægra decumbebat, conſidere vult, Zezelazæo paulo remotiori. De valetudine humaniter me percõtata, iam diutius mei ſe cõſpicandi deſiderio teneri ait. Tandem hoſpitiũ aſſignat, & de ſuo me ali voluit, nec defuere in deferendo miniſtri, ſæpe etiam è ſuis nonnulla dapibus ſubmiſit. Zezelazæus etiã munera dedit, meq; adeuntẽ officiis coluit. A quo agros viciſſim aliquot patentes Luſitano cuidã, olim duci, ereptos reſtitui petij, difficilem ſe initio præbuit, quod variis ſe à Luſitano hoc iniuriis diceret affectũ, & hos ſe iam viro cuidam nobili dediſſe. ſiquid mea peterẽ cauſa, nihil omnino ſe denegaturũ reſpon-

In Goyama quem fructũ faceret.

Quomodo illum exceperit Imperator.

Zezelazæus officiis illum colit.

respondit. Gratias egi ob delatum obsequium, neq;. n. multum ab ipso exspectabam, & ex iis quæ mihi tum fecit, ꝙ de ipso inaudieram, me scilicet deposcere, ꝙ superiori Imp. adeo familiaris exstitissem, falsum esse collegi, aut saltem illum maxime mutatum. Quotidie Imp. quod ita ipsa vellet, adij, quæ mei se conspectu satiari non illa posse apud suos profitebatur, ac si diutius me apud illam versari contingat, rebus omnibus relictis, monasticē professuram. Adeo scilicet sermonibus illa capiebatur meis.

Imperatrix delectatur illius sermonibus.

Quadam die intellexit, Imperatorē mihi huc primum appellenti aliquos dedisse agros, olim ad se dum præesset, spectantes: at cōperto eosdem me repudiasse. Negare, inquit, nemo potest, quin omnis quæ haberi potest, inter vos habeatur honestas, & asserere ausim, si hęc cuiquam meorum fiat oblatio, ea fore minime vt repudietur. Quod vero sæpius me adesse iuberet & officiis coleret, suspicari mecū ipse cœpi, de rebus ad animæ salutē spectantibus mecum illam agere velle exploraturus, paucis ei post diebus significaui, Tigaram me, ad duos Patres iam nuper India appulsos visendos, facultatem modo ipsa concedat, euocare. Copiam quidem fecit, verū propediem vt redirem imperat; me namq; apud se cōmorari volebat, ac tum præsertim, cum Imperat. creatus esset. Hinc ergo & Zezelazeo valedicens, cum Lusitanis aliquot & Tigareni Proregis famulis in viam me dedi. Via mediū confeceram iter, cum inter confragosos mōtes ex improuiso de latibulis nos adorti ali-

Tigaram abeundi veniam postulat Paezius.

quot, necem illaturi, dum Zezelazæum Tigaçam abeuntem esse credunt. at cognito Lusitanos esse, qui Imperat. superioris partes secuti erant, indemnes abire permisere: at Zezelazæũ & comites omnes obtruncassent. Biduo post aliud discrimen adiimus: de nocte siquidem ingens hominũ manus irruit, eundem Zezelazæum adesse rata. at in quendam comitum nostrorum, qui post subsequebatur, incidentes, Lusitanos nos esse didicere. Nocte tamen tota eum apud se detinuere, donec exorto die ita rẽ esse cõperere. Ac tum nos cõpellaturi adsunt, & petum adferunt, dicẽtes suis Deum nos manibus eripuisse, ac Lusitanis, quod Imp. adhæsissent, se esse amicissimos. At quam exspectabant prædam, mox in manus eorum incidit. Quidam enim è Zezelazæi ducibus post paulo cum peditum equitumq; numero copioso, inter quos quadraginta sclopetarij & bastarij cõplures, transiens, post initum conflictum, fusus & cum omnibus profligatus est. Inde digressos alio nos Deus periculo eripuit, à numerosa scilicet prædonum manu, qui ad nos expilandos coiuerant. at amatos nos esse rati & instructos, accedere non sunt ausi: verum si nos adorti fuissent, pares non fuissemus. Tandem omnibus hisce periculis defunctus, prima octaua natalis Domini Fremonam appuli, vbi Patres reperi, quorũ ita sum aspectu ei colloquio recreatus, vt recreari par erat eum, qui in amplissimo hoc imperio solus agebat.

Periculum euadit.

Mox etiam aliud.

Copia Zezelazai profligantur.

Fremonam Paezius venit.

Post discessum meum nuntiatum est, ab Era

Atha-

Athanatheo ad imperium euectum esse Sazinosium, & Zezelazæum magnis aduersus eum copiis cōtendere. Velitationibus aliquot commissis interfecti vtrimque nonnulli, sed aperto Ma te in campo non est decertatum, quod Imperatorem Narea indi s Z zelazæus exspectaret, quem missis literis vt aduentum maturaret, concitabat. Sazinosi s vero sperabat fore, populus omnis sibi vt sacramentum nullo commisso certamine, diceret.

Rebus ita constitutis, dux quadam Zezelazæi æmulus in prouinciam Aqueranam patentissimam, cuius incolæ Imperatorem occisum exagitarant, irruit, itaq; exagitat & depeculatur, vt cadauera intra domos reperta passim devorarent, qui eadem sepeliret, non superesset. In quo diuina iudicia euidentissime elucent, vt nimirum, qui Imperatorem triduo insepultum abiecerant, ipsi præter luporum viscera, sepulcrū non nanciscerētur. Dambeani quoq; vindictam nō euaserunt, nam potissimā Dambeę partem alius quispiam vexauit, ac plurimos incolarum neci dedit.

Punitur prouincia in qua Imp. necatus.

Zezelazæus passim cuncta diripi ac vastari cum conspiceret, & impetum omnium toto se regno extollentium redundere se posse diffideret; primariis factionis suæ sociis conuocatis, coram aperit, quænam hoc interregno vniuerso immineant imperio mala, quæ damna, viderent proinde vt eum eligerent, eum qui in Narea ageret, nondum adesset. Omnium in Sazinosium suffragia propendebant.

Sazinosius electus Imperator.

Quo-

Quocirca extemplo legatos ad illum misit, qui & de pace sancienda agerent, & ipsi velut Imp. Sacramentũ præstarent. Verum nõ multo post Zezelazæo nũtiatum est, Imperatorẽ tanto exspectatum tempore adesse. Quare equitibus aliquot comitatus, magnis ad eum itinerib. contendit: hós secuti & pleriq; Sazinosij comites, quos vltro properantes retinere ipse nõ potuit. Ergo ab omnibus desertus ad Gallos, vnde venerat rediit, & alter è Narea reuersus pristrinũ sine turbis regnum adiit. Primam imperij prouinciam vt attigit, prius quam vlli suorum scriberet, honorificas mihi literas misit, quibus me ad Deo gratias ob post tot pericula & casus regnum, ꝙ tanto suorum scelere amiserat, sibi restitutũ, agendas imitauit. Merito quidẽ Deo agere grates illũ oportebat, ꝙ illo auspice tot esset periculis defunctus. Nam tametsi Naream perductus, statim in libertatem à loci regulo affectus esset, post tamen apertissima discrimina adiit, huc illucq;, ne denuo comprehẽderetur, fugiens. Quin etiam modo reuocatus, etsi nõnisi trecẽtos apud se haberet, plusquam bimestri tamen spatio eum barbaris quibusdã, transitum negantibus conflixit. Tandem cum Gallis nonnullis fœdus sanciens, magno vitæ cum discrimine, illorum regiones pertransiit. Post mensem & amplius, quas mihi scripsit, litteræ redditæ, ꝙ qui eas ferret tabellarius, in itinere interceptus esset, vnde biduo post hasce acceptas, redditæ aliæ, è metropoli regni sede conscriptæ. His me quantocyus ad se euocauit, mei enim

Iaccbo aduentãte Sazinosius deseritur.

Magna Iacobus rex adiit discrimina.

enim videndi ſe percupidũ, vt grauiſſimis defuncti ærumnis & laboribus alter alterũ ſolaremur. Quod vero bruma inſtaret (cuius initium hic ſumus mẽſis) inflatis torrẽtib. ac fluminib. & nauigiis nõ ſuppetentibus, tum quidem adeſſe minime potui, ſed hyẽme tranſacta venturum me ſcripſi. Viſum eſt hiſce inſerere rem ſane memorabilẽ, tametſi eadẽ indubitanter niti nõ oporteat; quo.n. prolata ſit ſpiritu, mihi nõ conſtat. Narrauit mihi anno ſuperiori Luſitanorũ præfectus, eo ſcil. tempore quo hic in ordinẽ redactus & alter illi ſuffectus eſt, Imp. Malace ꝙ huiusce reſtituti patrẽ, à Gallis pene oppreſſum, ab optimatibus admonitũ, ab Indicis Luſitanis vt ſuppetias peteret. Quibus ille id minime opus eſſe negat: nam tametſi, inquit, eas ſummopere petam, modo quidẽ non venient, ſed in mei demortui locũ Iacobum filium ſubſtituite, eiusq; nomine ſeptẽnio Imperium vaſtabitis; dein Sauenquil ipſum exercetur, & poſt illũ Sazinoſius, poſt vero venient, & omnis tum quiete gaudebit regia. Horũ pleraq; ꝓut prædicta ſunt, contigere, Iacobus.n. cum comprehenderetur, optimates Imperiũ ipſo ſeptennio, quo regni ipſe impotens erat, comederant. ſucceſſit dein Sauenquil (quẽ Athanas Saqued dicebant, is ſcil. quem interfectum diximus) ac tredecim ac medio mẽſibus imperauit. admotus dein gubernaculis Sazinoſius. Vtinam cætera vaticinij capita compleantur, & noſtri, vel temporales, vel ſpirituales Ieſu Chriſti milites, cõcionatores inquam & præcones Euangelici, huc

Præſagium de imperij ſucceſſoribus.

huc libere commeent, vniuerſum regnũ pacē gaudeat, & Eccleſiæ Rom. vtuntur ſperamus, vniatur. Cęterum hæc omnia à monacho quodam eremicola, quem vulgo & virum ſanctiſſimum colebant, prædicta fuere. Hactenus literę P. Paëzij è quibus imperij Abyſſini ad vſq; annum M.DC.VII. aut circiter ſtatuta collige: ẽ poſſumus. Iam quę poſt contigere commemoremus.

Cap. XXXVIII.

Imperator Iacobus à Sazinoſio bello vincitur, imperioq; exuitur, qua illius & omnium eius prouinciarum ad Catholicam fidem reducenda ſpes affulgeat.

Succincta rerum ſuperiorum relatio. DIximus iam ſupra, Iacobum Imp. exauctoratum atq; imperio deiectum, in regnum Nareanum, conſpiratione nõnullorum optimatum, regnum illi, quod ſpurius ꝫ abiudicãtium, relegatum diximus eius in locum ſuffectum Sauenquilem, Iacobi Patris ex fratre cognatũ, regnoq; ſi Iacobus illegitimus, proximum, ſed hunc poſt tredecim menſium imperium, interfectum. Illius ſucceſſorem deſignarunt nõnulli Sazinoſium illi ſanguine proximum, qui nonniſi quadrimeſtri imperauit: ab aliis enim Iacobus reuocatus in regnum reſtitutus eſt. Sazinoſius autem à pleriſq; ſuorum ad Iacobum tranſeuntibus deſertus abiit quidem, ſed omnem de regno capeſſendo cogitationem nõ abiecit. Quod vero animoſus eſſet, vt qui maxime vires collegit, & clientibus ſociiſq;

eiisq; adiuuantibus, multas imperij huius prouincias vastauit flagrabat id tum intestinis dissensionib. donec post quotidianas anni vnius velitationes, aperto marte, decimo Martij die anno M.DC.VII. ambo principes decertarunt. quo in prælio Sazinosius, licet armatorum numero impar superior euasit, & Iacobi copias internecione deleuit & ipsum, vt vero fit simile (nam post non comparuit) interemit. Hęc Sazinosij victoria si non mirabilis, saltem viriũ vtriusq; principis collatione facta, plane felix. Vnde ex iis quæ hactenus vidimus, euidenter colligere est, Deum singulari quadam ratione, illius conatibus adfuisse, & diadema quodammodo capiti illius, ob præclaram facilemq; indolẽ, & alias Imperatore dignissimas doles imposuisse. Tricesimum & quintum forte agebat annum, prudentiæ, consilij, & scientiæ militaris laude insignis vt qui à primis annis bello assueuisset, atq; tribunum militiæ laudabiliter egisset. Munificus, comis, fidelis, & promissorum seruantissimus (quod inter Abyssinos rarissimum) erat, idcirco quæ conceperat non ante prodebat, quam reipsa exequeretur. Opibus non inhiabat; quod tamen Æthiopibus agnatum. At singularis eius in Catholicam, Apostolicam & Romanam fidem, ex quo ad imperium euectus est, affectus, euidentius ostendit, hunc à Deo selectum, qui vniuersum hoc regnum Ecclesiæ (quod inprimis ipse, vt post videbimus, cupiebat) vniret.

Sazinosius Iacobum prælio vincit & regnum adit.

A Deo ad imperium euectus videtur.

Illius dotes.

Vt sibi regni tradita videt gubernacula, magna

Prudenter in regno se confirmat. gna, se prudētia in eodē prouinciis fidelissimos quosq; præficiēdo confirmare cōtendit: hinc tribus primariis regnis Amarano, Bagamedrino, & Tigareno singulis prępoſuit fratres suos, Goramensi generū virum optime strenuum; ipse in illorum medio sedem constituit.

Nonnulli aduersus eū duces insurgunt. Verum nonnullo post aditum regnum, aliquot ab eo præfecti defecere, alios regium nomen affectantes sesquiannuo bello pressit & subegit. Hinc anni M.DC.VII. bruma transacta, ingentem in aciem produxit exercitum, quem primo aduersus ethnicos iugum excutientes, & ducem quemdam perduellem fruentes direxit. Hos ipse tametsi bellaces, & natura loci munitos (in densissimis enim agunt syluis locisque palustribus) profligauit, & perduellem illum supplicem ad genua habuit. Exinde Iudęum cum pluribus Iudaicarum superstitionum cultoribus, tametsi Abyssinis, in frigido & montibus septo, fertili alias loco, Tigarenum & Dambeanum regnum interposito, commorantibus ad obedientiam reduxit. *Ad officium redigit.* Hæc dum conficit, ecce duo reges vectigales, qui iugum excusserant, vincti ad ipsum perducuntur. magnas enim copias miserat, quæ ad officium ipsos redigerent. hic in Tigareno, in Bagamedrino regno ille versabatur. Horum vni ceruices præcidi iussit, alterum in gratiam admisit. Lætum victoriarum cursum, turbauit Gallarum Tigarenorum in regnum Goramense incursionis nuntius. Agaos enim illi (Christiani cādidi sunt) oppressum venerāt,

vt

vt hos ſubactos dein Saracenis, permagni illos facientibus diuenderent. Occurrit illis Imperator, & quadruplici conflictu fudit ac profligauit. Hac expeditione defunctus ducem quemdam, parere detrectantem, & diadema ambientem ſupplicem habuit, cuius non felicior quàm præcedentium ſors fuit. Quin & à Zezelazæo, quo nullus in Aethiopia potentior & animoſior, & duobus regnis præerat, Deus illum tutatus eſt. Hic vti è P. Paezii, litteris ſuprà commemorauimus, cum aduerſus Imperatorem Sauenquilem, quem occubuiſſe in prælio diximus, conſpiraſſet, Iacobum, regno optimatum ſtudio deturbatum, è Narea euocatum ad imperium reuehere ſatagebat. Verùm cum Iacobus æquo longiorem moram traheret, in Sazinoſium, de quo iam agimus, propendit, & miſſis legatis fidelitatis illi ſacramentum præſtitit. Verùm Iacobo interim aduenienti obuiam prodit, & quibus poteſt copiis iuuat. hinc nonniſi quadrimeſtri tum quidem imperio potitus eſt Sazinoſius, & Iacobo, vtpote maioris potentię, ceſſit. Verùm hunc cũ prælio ſubegiſſet, vt ſuprà retuli, regni poſſeſſionem adiit: metuens porro ne Zezelazæus non quieſceret, in Goromenſe illum regnum vinctum miſit, arctéq; cuſtodiri iuſſit. at mulieris ope, cum ſe contagioſo infectum morbo mentitur, euaſit. Mox ducentis collectis vniuerſos ad rebellionem concitat. Iuſto autem Dei iudicio factum, vt dum agricolas boues direpturus, quibus ſe ſuoſq; aleret, diuexat; forte

Qua trũplici prælio Gallas frangit.

Zezelazæi potentia.

Vinctus arte quadam è custodia erumpit.

vir quidam inclytus, Sauenquilis regis, quem Zezelazæus ipse confoderat, cognatus adesset, & agricolas ad confligendum animaret. hi tanto comites eius adorti sunt impetu, vt in fugam se coniecerint. ipse minimè cedens,& contrà obnitens lapide ictus ad terram prostratus est. Tum irruentes in se agricolas orauit,mortem ne inferrent,sed viuum Imperatori sisterent.Tum quidam de turba Imp. abesse ait longius, vt in humeros sublatus ad ipsum deferatur.satis fore,si vel caput cædis illius iudex, adferant. quare ille refectum Imperatori mox detulit. Recreauit regem & vniuersum regnum hæc Zezelazæi viri scelestissimi cædes, vt qui reges ad arbitrium se deponere & sustollere posse iactaret, quemque vnum magis quàm ceteros omnes simul iure optimo Imperator metuebat.

Obtruncatur ab agricolis.

Hic ergo bellorum ciuilium finis. Iam verò qualem se erga Patres nostros, Lusitanos, & imprimis erga fidem Catholicam, & imperii ad Ecclesiam Rom. reductionem rex nouus exhibuerit, videamus.

Iacobus rex Patribus & Lusitanis amicus.

Iacobus verò regno, Sazinosio recedente, restitutus, Patrem Paezium Fremone tum agentem litteris ad se euocauit. Is ergo parendum ratus,vna cum Antonio Fernandio, & P. Laurentio Romano ad Imperatorem se contulit. Benignè eos habuit Imp. & Lusitanos à Montibus Naninæ qui in regno Goromensi, in quibus iam abhinc annis aliquot commorabantur, ob continuos motus, in montem

Mara-

Marabam, haud procul à regione quæ à Iudæo nomen habet, transtulit, & penes se habere voluit, quod illorum fidei & robori fideret plurimum. Quapropter & hic sedem fixere Patres, licet, ob continuos belli inter Iacobum & Sazinosium tum excitati motus tum incommodam. Vt modò hoc, modò illuc, tum ad motus & turbas declinandas, tum ob maleturam Iudæorum Marabensium viciniratem, qui in Christianos vicinos quotidianas faciunt excursiones, fugere cogerentur.

Item Sazinosius post deuictum Iacobum.

Sazinosius autem, Iacobo profligato, numquam quidem Patres viderat, sed fando multa de ipsis inaudierat; hic comperto illos haud procul abesse; ad se euocauit & munificè humaneq; habuit. Donationem agrorum à Iacobo Lusitanis factam & ratam habuit & adauxit. in habitationem item assignauit illis locum Gorgorram, haud procul à regia dissitum, vt si quando de rebus ad salutem spectantibus, illos consulere vellet, præstò haberet. Nec multo pòst suum in Romanam Ecclesiam & regni ad eamdem reductionem studium propensionemq; aperuit. Quod cùm illis sæpe desiderium clanculo exposuisset, tandem eadem de causa litteras ad Summum Pontificem & Regem Hispaniæ mittere constituit. Nulli hoc mortalium ille aperuit; sed Patribus ipsis litteras credidit, remq; quam occultissimè, ne suorum odium incurreret, peregit. Cognito tamen quanti referret hæc optimatibus consciis & annuentibus fieri, vnum in

Patribus suum aperit consilium.

locum conuocatis rem propoſuit. Variis hic ſententiis & opinionibus certatum eſt; perplexus ergo & anceps hæſit, quò ſe verteret neſcius; omnes quippe idem ſentire & velle cupiuiſſet. In illius ſententiam propendebant, præter tres fratres & cognatam, alii complures, & imprimis Eras Athanatheus, qui imperii totius cum Rom. Eccleſiæ vnionis cupidiſſimus videbatur. Is viſo Imperatorem ob opinionum diſſidium, nonnihil turbatum, animum illi addidit, dicens, ſi donec eiuſdem omnes tui opinionis ſint expectes, nihil boni vnquam in regno effeceris. Quod tibi vni videbitur exequere, nec de aliorum ſuper eo iudicio labora, neu omnium conſenſum expectes opus eſt. Mittantur tantum ea quæ petimus, equidem operâm dedero, vt abhinc anno Rom. Eccleſiæ fidem omnes ſequantur. Huius & trium fratrum & cognatæ conſenſu incitatus (tametſi aliis repugnantibus) imperator palam ſummo rem Pontifici & Regi Hiſpaniæ aperire per litteras aggreſſus eſt. Hæc quidem in eo conuentu decreta: quin & Eram Athanatheum & Caſlealem Tigarenum tum proregem eadem ſcribere voluit. Litterarum autem Summo Pontifici perſcriptarum hæc fuit ſeries.

Vnionem regni cum Eccleſiæ Rom. quærit.

Littera Imperatoris ad Summum Pontificem.

Epiſtolæ à Malaſegued Imp. Abyſſino miſſæ, ad S. P. Romanum Pontificem cum pace Ieſu Chriſti Domini noſtri, qui dilexit nos & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnum & ſacerdotes DEO &

Patri,

Patri, perueniant. Pax hæc cum ſanctitate veſtra & vniuerſa Eccleſia Chriſtiana maneat, Amen.

A multo iam tempore Chriſtianos partium illarum inſigni proſecuti ſumus affectu, quod Imperium hoc plurimis ab eiſdem affectum fuit beneficiis, cùm ipſum olim Luſitani Saracenorum tyrannide eripuerint, & in priſtinum ſtatum ac quietem reſtituerint. Maxima eorum pars poſt vna cum patre meo occubuit, qui quod maiores ſacramento ſe facturos ſpoponderant, reipſa exequi decreuerat. Quocirca mox vt ipſe, diuina fauente clementia, Imperii huius habenas moderari cœpi, hanc cum fideli Ieſu Chriſti populo amicitiam ac fœdus renouare decreui. Ea enim imperii noſtri eſt vaſtitas atque ob præterita bella ruina, vt etſi aliquot hoſtes domeſticos ſubegerimus, alii etiam potentiores foris ſuperſint, Gallæ inquam ethnici, qui non exiguam regni partem ſubiugarunt, & templa plurima incendio conſumpſere; quin & quotidie nouis nos excurſionibus laceſſunt, viduas, paruulos & ſenes infandis modis exagitant. Quæ illorum rabies nonniſi fratris noſtri Luſitaniæ Imp. auxiliis retundi poſſe videtur. quare ab ab illo contendimus, vt quæ maiores eius anteceſſoribus noſtris olim miſere auxilia, mittere ne grauetur. Quo verò maioris ſint ponderis preces meæ, Sanctitati veſtræ vtpote fidelium omnium Patri ac Paſtori,

perſcribere viſum fuit, vt fratri noſtro per litteras quod petimus, ante quam Gallarum creſcat potentia, ſignificet. In regnum noſtium facilis patet aditus, qui enim maris noſtri clauſtra ſeruant, debiles & impotentes ſunt. Quòd verò de Sanctitatis V. auxilio, quod ipſa rei depoſcit neceſſitas minimè dubitemus, pluribus non inſtabimus. At Patri Paezio iniunximus, vt Sanctitati V. latius Imperii noſtri ſtatum perſcribat, & quo in ſuperſtites Luſitanorum filios affectu ſimus, aperiet, ſimul & quanto in Patrum templa ſtudio: quibus non minorem quàm litteris noſtris fidem dari velim. finem ergo faciam, Dominum Ieſum deprecatus, vt in vniuerſæ Eccleſiæ bonum ad omnes plurimos ſanctitatem veſtram incolumem conſeruet. Ex Aethiopia XIV. Octobris die, anni MDCVII. Hæc regiarum ad culmen Apoſtolicum litterarum forma. Iam quas ad Philippum III. Hiſpaniarum regem tranſmiſerit videamus.

Litteræ ad Regem Hiſpaniæ. Epiſtola Imperatoris Mala Segued, ad Hiſpaniæ, terræ ſanctæ S. Petri, Doctorum Eccleſię Catholicę Domini noſtri Principis & capitis de qua ait Apoſtolus, *Deſpondi vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto*, Imperatorem perueniat. cui gloriæ, idq; exemplo puriſſimi nuntii Grabrielis, qui Deiparam virginem ſalutans ait, *Aue, Dominus tecum*; & Ieſu Chriſti, qui in Dominicæ veſpera poſt reſurrectionem Apoſtolis vnum in locum congregatis ait,

ait, *Pax vobis*. Atq; vt in omnibus Epistolis Apostolus Paulus scribit, Pax Domini nostri Iesu Christi sit cum maiestate vestra, fratre fidei, quam tempore quo Christus discipulos per orbem mittens dicebat, *Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti*, Sanctus Petrus edocuit.

Quomodo maiestas vestra & vniuersum eius valet imperium? Nos quidem sancti Petri, Doctoris vestri & nostri intercessione rectè valemus. Bonitas, misericordia, & beneuolentia quam Iesus Christus inter nos cæpit, per ipsum conseruetur & firma maneat; cum omnium ipse & initium & finis sit. Prima harum vobis scribendarum causa fuit, ingens inchoatæ societatis & communicationis temporalis & spiritualis, quæ iam olim inter Maiestatis vestræ prædecessores Lusitaniæ reges & nostros coaluit, continuandæ desiderium: per quam, simul & spiritus sancti adoptionem non parum nobis dignitatis accessit. Quocirca Maiestati vestræ supplicamus, vt strenuos nobis milites ac bellatores transmittat, quorum ope hostes emporiis & claustris maritimis insidentes pellamus. Nos vicissim ad eosdem armis, munitionibus, aliisque rebus necessariis, nihil vt quantum quidem poterimus desit, iuuandos parati futuri sumus. Vtpote cum satius videatur, vestram hic Maiestatem quàm sanctæ fidei hostes sedem figere cuius de-

Petit auxilia ad Turcas ora maritima insidentes pellendos.

cessores iam olim validas nobis submisere copias, cum à Saracenis & fides & imperium nostrum periclitaretur. Nostris quidem hos viribus & infidelium tantum regum Euangelii ignarorum ope profligare modò possemus; quodq; animum suggerit, rerum cœlestium memoria & commentatione; quòd filii Dei, teste Ioanne, simus, dum ait. *Quod ex carne natum est caro est, & quod è spiritu, spiritus:* At aliis aduersus quotidianos hostes, quos Gallas dicunt, quiq; cœptis nostris obstant, bellis distinemur. V. ergo Maiestas quàm fieri potest citissimè generosos nobis bellatores, fidei nostrę Catholicę Zelo ardentes transmittat. Nos quidem, iam dudum parati sumus. ipsi verò cum appulerint, facilè quæ desideramus efficere poterunt. nam amoris quodam vinculo, velut anima vna & vnum corpus connectemur. Christus enim Dominus noster & vestrum & nostrum caput est, cuius proinde membra sumus; & cælestis nos pater in vno baptismi vtero, non è semine corruptibili & finem habere nato, genuit. Quod porro nos scribere obliti sumus, diuinis suis ad Maiestatem V. litteris Paezius spiritu sancto repletus scribet. Aethiopia 10. Decembris anno à Christo nato MDCVII. Hactenus Imperatoriæ litteræ.

Eras Athanatheus ad Regem Hispaniæ & Indiæ Proregē scribit.

Possemus hic interserere Eræ Athanathei ad Regem Hispaniæ & Indiæ Prætorem eadem de re missas litteras: at quòd eiusdem sint cum superioribus argumenti, in quibus nimirū

aliquot

aliquot ab utroque Lusitanorum millia efflagitat, & obsequium utrique deferat. visum est prætermittere.

. Non satis porro Imperatori fuit ad Summum Pontificem & Regem Catholicum misisse litteras: sed & de legato ad eosdem huius ergo comitante uno Patrum, mittendo cum Patribus egit. at quod nonnisi difficillimè ex Aethiopia pateat transitus, tum quidem hanc rem seposuit, voluntatem tamen non exuit.

Hinc quæ regni huius cum Ecclesia Roman. uniendi spes sit, simul & è magnatum tā Ecclesiasticorum quam sæcularium de fidei nostræ veritate opinione colligere est. Imprimis namque Imperator ipse eidem promovendæ ac fovendæ inprimis studet, exemplo sit quod iam commemorabo. Quidam fidei nostræ adversarius monachis instigatoribus, apud Imp. expostulat, Patres Gorgorranos templum æquo vicinius horum cœnobio habere; utpote quibus hæc vicinitas non parum obesset, omnibus monachos deserentibus, & in Patrum æde, sacra concionesque audiendi gratia convenientibus. Cui rei si suaMaiestas non refragetur, fore omnes, ut ecclesiæ Romanæ fidem, Abyssina deserta sequerētur, quod Dominicis festisque diebus singulis concionem Patres haberent. Imp. non propterea Evangelii prædicationem ait omittendam Patribus videri, vel templum aliò transferendum. Si potius quam monachis patribus plebs adhære-

Imperator Patres adversus æmulos defendit.

ſcat, dent operam illi ſuis ut concionibus eandem detineant ac foveant.

Abamaria monachorū Abyſſinorū doctiſſimus.

Alias monachi nonnulli eandem ob cauſam apud Imperatorem expoſtulabant, ac magna ſui cum iniuria eumdem illis benevolum eſſe conquerebantur. Quibus Ille: Quid hiſce DEI famulis à me fieri vultis? in oceanumne dē præcipites. imo vero officiis colere illos me oportet. nullius enim tanta in me ſunt merita; Quodam die cum optimatibus nonnullis, præſente Abamaria (quo nullus in univerſa Aethiopia maioris nominis aut famæ) de rebus fidei agens Imperator ait: Væ regi Zerabo Iacobo, qui nos à fide Luſitanorum (ita Catholicam, Apoſtolicam & Romanam nuncupant) divulſit; apud inferos pœnam huiuſce rei illum luere par eſt. Hic enim Eccleſiæ illius ſchiſmatis auctor & occaſio fuit, & Iudaïcis eam ſuperſtitionibus polluit. Tum monachus, Quid regem coronatum apud inferos agere? Imo vero, etſi coronatus, reſpōdit rex, ad Orcum devolutus eſt. qui enim tantum nobis malum attulit, & fidei perdendæ cauſa fuit, inter beatos agere non poteſt. Dein cœptum ſermonem proſequens, & quidem iratior. Quid, inquit, impedit quo minus eamdem omnes fidem ſequamur, & cum Luſitanis excommunicem? Cui monachus, equidē, ſi modo Maieſtati veſtræ videatur, primus omnium cum iiſdem communicabo. & ſane, poſtquam cum Patribus egiſſet, in Rom. Eccl. fidem propenſiſſimum is ſe exhibuit. hic cum ſupe-

In Cath. licā fidem propenſus.

superiori Reginæ Anno Millesimo sexcentesimo sexto demortuæ à confessionibus esset, illorũ doctrinæ minimopere adversabatur: at illorum rationibus auditis, ita mutatus est, ut palam fidem nostram deprædicare, omnium primus non vereretur. Hinc cum quodam die cum Patribus regina eadem audiente disceptasset, tandem hisce prolatis verbis digressus est, Quæ Pater ait verissima sunt. In Christo Iesu duplex natura et unica persona divina Circũcisio & Sabbathi observatio iam desiere. nec per ambages dubius loquor, verũ aperte ac manifestè. Idẽ & alias ait, postquã audiente Athanatheo cum Paezio contulisset, qui finita concertatione, Patri ait, Quidni ergo omnes eandem sequamur fidem? Quia (subridens respondit Pater) refragatur Abamaria. Itane, inquit monachus; cur refrager? Quod Pontificem Rom. Eccl. universæ caput esse neges. Nihil minus, inquit Abamaria, ipsũ totius eccl. caput esse & fateor & credo. ꝙ vero monachꝰ hic scientia illustris & permagnæ sit apud omnes auctoritatis, ꝑmagni etiã est eo virũ pertraxisse.

Pontificem Ecclesiæ con fitetur esse caput.

Cæteri omnes, aut saltem plurimi, monachi mirifice erga patres afficiuntur, illi præsertim, qui laudabilem vitam instituunt; aliis n. vitæ licentioris, quod terræ & carni adhæreant divina ac cœlestia desipiunt. Pleriq; veritatem agnoscunt, & eãdem confiteri aut sequi verentur, quod alter alterum metuat, hinc antistes inclytus, vitaq; commendabilis, quadã die clã culo Patres adit quod monachos suos veritus

Monachi in statu sperãtes in patres propẽsi.

palam

palam id facere non auderet. secutus est eum alius regio prognatus stemmate, duobus comitantibus; duo audiere, sacra concionem unà, & omnes erga divina affici se ostenderunt adeo ut primarius interim dum sacra & concio haberetur & cum Patribus ageret, lacrymis nataret. Digredientes Patres orant, sanctum ut Evangelium scripto sibi tradant. Abyssini quippe erga sacra Evangelii verba maximopere afficiuntur, eademque ut symbola & amuleta de collo brachioue gestant. Dant insuper agnos cereos patres, grana benedicta, & Veronicas, quo monachi munusculo recreati ad desertū redeunt hilares, propediem redituri Quod vero Monachus hic magna apud universos auctoritate polleat, magnam quoque rebus fidei nostræ apud Abyssinos auctoritatē conciliavit, permagni easdem faciens.

Abyssini Evangelii verba de collo gestāt scripta.

Missus ad Patres à Religiosorum plurimorum Antistite, quidam Ecclesiæ Abyssinæ rituum callentissimus, Romanos ut ritus & doctrinam edisceret, hos ut edoceret antistitem. Ipse enim adesse non audebat. Hic ergo in Patrum æde, sacro & concioni interfuit: rogatus dein à Patribus conviva ut esset assentire noluit. Cuius rei causam petentib. indignum se esse ait, qui tam privatim cum iis ageret, dicens, Quomodo ô famuli DEI, me sacerdotem tot prolium patrem, convivam vestrum esse vultis? atque his dictis totus in lacrymas resolvitur. Illius humilitatem demirati sunt Patres, cum Abyssini nefas vulgo esse negent sacerdotes ini-

Illorum sacerdotes uxores ducunt.

inire connubia. Didicere dein ab illo ritus sacrorum Abyssinorum, qui cum nostris & Græcorum cæremoniis in plerisque coincidunt. Non omittere visum est litteras monachi cuiusdam eremicolæ qui vulgo sanctitatis fama clarus erat, Anno millesimo sexcentesimo quarto, patribus, haud multo postquam advenissent, scriptas. quæ hic ad verbum insertæ;

Verbum missum à monachis deserti terræ Masbanæ, numero plusquam mille, ad monachum Abibam, cœnobii Baganensis in regione Sarzetana antistitem. Hoc cum pace Dei in patrum Romanorum, Fremonæ agentium, qui carissimi nobis fratres & amici sunt, manus perveniat. Audite, Domini mei; scriptionis meæ causa est, quod mihi Reverentiis vestris scribendi provinciam illi iniunxerint, uti iis DEVS revelavit, & eiusdem in vestras reverentias misericordiam viderint. Octavo enim Ianuarii noctu Spiritus Sanctus in Reverentias vestras descendit, aitque, omnem qui vobis vitæ noxas confitebitur, & sanctissimum Altaris Sacramentum vestris è manibus recipit, salutis compotem fore. Hoc in mentis speculo mille deserti monachi, qui ab omni hominum conversatione sequestrati agunt, viderunt. qui hanc vobis me scribere epistolam voluere; quorum me precib. etiam commendo, exultate etiam eo magis quod tēpus quo Lusitani Aethiopæi auxiliatū venient nosq; hostiū manibus erepturi, instet. Ecclesiæ vestræ,

quæ

quæ Spiritus Sancti habitaculum, pax esto.

Hæc monachi huius epistola; & tametsi patres hac de revelatione dubitarent, utpote cum certo iis minime de eadem constaret; addidit tamen animum tam præclara à monachis tam illustribus de ipsis doctrinaq; tradita concepta opinio.

Nec apud monachos modo, verum etiã optimates & populum præclare de fide ac dogmate Romano sentiri cœptum est. Vt vero nihil de Era Athanatheo, qui primus à rege erat, dicam, cum iam ante eius opinionem viderimus; tres Imperatoris fratres, qui tum primarii Aethiopiæ proceres, fratri in præclare de Catholica Religione sentiendo suffragabantur; & imprimis q ætate aliis anteiret & Amara plis abundantis rex fuit constitutus; ac proinde aliquot secum patres eodem ducere volebat. quod cum fieri cõmode non posset, aliquẽ saltem sibi librum, qui in templis publicè legeretur, dari petiit. Non illibenter id fecere Patres, dederuntque qui de quatuor ageret novissimis. Porro frater hic regis patribus eorumque doctrinæ hactenus adversatus erat: at postq̃ cũ illis corã egit, longe alius factus est. de aliis duob. suo loquemur loco, ac præsertim de illo qui Tigaræ præpositus erat, quo aut pleriq; proceres Abyssini Patres studio & officio colãt, dici vix queat; præsertim q præclarã de illorũ vitæ puritate, opinionem conceperint: quod, quos ut magistros ac patres spirituales habent, ab ea-

Quo in te-
tres sint stu
... proceres.

ab eadem nimium quantum alieni ſint. Hinc & illuſtriſſimi quique, ſi Patres per viam obvios habeant, & vel eminus conſpiciant, mox ex equo deſcendunt: idem tamen ſibi viciſſim à Patribus officium exhiberi nolunt. imo eumdem illis quem Principi & Imperatori honorē oſtendunt.

Denique & omnes in univerſum Abyſſini, Eccleſiæ Romanæ ritus & dogmata, quin & Patrum doctrinam & virtutem permagni faciunt, & nonniſi honorificentiſſime de iiſdem loquuntur, tum ob ea quæ coram inteuntur, tū v. ob ea quæ in aliis vel ipſi viderunt vel narrari audivere. Doctrinam quam tradunt, optimā cenſent, monachorumque traditionibus anteponunt. Iuventutis inſtitutionem quam, vel bonos mores, vel doctrinam Chriſtianam Patres docent, laudabilem putant: quā de eadem inter ſe diſputare, & tradita tam feliciter memoriæ mādare mirantur: hinc pueros omnib. monachis ſuis ſcientia res confiteri non verentur. Res ſacras & ab Eccleſia conſecretas, quales ſunt Salvatoris aut Deiparæ imagunculæ, agni cerei, reliquiæ, benedicta grana, aqua luſtralis, aliaque maximo honore proſequuntur, & affectu qui, quod illorum adminiculo mirabilia interdū operetur Deus, indies creſcit: nā agnorum cereorū contactu ægri plurimi ſanitate reſtituūtur, ac præſertim ex partu laborante matres quæ frequēter à præſētiſſimo mortis periculo (quod in Æthiopia commūne puerperis, liberantur,

liberantur. Sępe etiam locuſtarum peſtem, quę in Aethiopia pene annua, per aquam luſtralem ab agris diſpellere DEO placet; hinc plerique etiam hęretici eadem conſitos agros conſpergunt.

Si vero commode Abyſſinis, quæ efflagitant auxilia mitti poſſent, quibus Turcas, Saracenos, ethnicos, & indigenas unioni cum ecclesia Rom. adverſantes profligarent, brevi ſane res, ut quidem videtur, DEO dante, conficeretur. Atque ita Ieſu Chriſti & Eccleſiæ imperio mira fieret acceſſio. neque enim antiqua hæc Eccleſia, quæ in ſui primordio adeo effloruit, priſtinum duntaxat ſplendorem ac primęvam pulchritudinem recuperaret: ſed & hinc ad alias regiones vicinas, quas vel ethnici vel Saraceni incolunt, Evangelii docendi gratia excurſiones commode inſtitui poſſent. Sed hæc generalia, ad ſingularia iam deſcēdendū.

Cap. XXXIX.

Traduntur nonnulla quæ & Gorgorræ & Fremonæ circa divinum cultum contigerunt.

Nonniſi quinque ad annum uſq; MDCIX. in univerſa Aethiopia ſocietatis Patres verſabantur, in duas diſtincti reſidentias, Fremonenſem ſcilicet quæ in regno Tigareno, ubi plerique Luſitanorum commorantur, & Gorgorrenſem. Primo hanc percurremus, dein ad aliam veniemus.

Puer quidam, opulento natus patre, à Deo inſpiratus

inſpiratus, quo vocantem ſequeretur Abrahæ ad inſtar, patria, Domopaterna, conſanguineiſque omnibus procul egreſſus eſt, quo ſe conferret ignarus. verum quocumque locorum, Patrum quærendorum ergo profectus, tādem Gorgorræ eoſdem invenit: quibus cum deſiderium divinamq; vocationem, qua ad Catholicam, Apoſtolicam & Romanam Eccleſiā vocabatur, aperuiſſet, ipſi ea qua meritus erat caritate illum apud ſe diuertere voluere, & fidē edocere cœperunt. Amiſſum gemens filium mater, præ triſtitia in morbum grauiſſimum incidit: Pater partim uxoris ægritudine, partim filii amiſſione motus, per uniuerſam regionem filium quærit. Gorgorram tandem cum ueniſſet illum haud procul à Panem domo ludentem reperit. Viſo patre filius mox in domum ſe abdit, patrem adeſſe ſui abducendi cauſa nūtiat, ſed ſequi ſe nolle. Parens ergo noſtrum cum eſſet domicilium ingreſſus, benigne eum ſocii habuere, & filiū aduocarunt, hic illis ſuadentibus, manus genuaque, patri pro more patriæ exoſculatur. Pater blande illum & lacrymabundus compellans: Curita nos inquit, deſeruiſti fili, quid ut fugeres tibi fecimus? Mater tui cauſa mœrore confecta, morti proxima eſt, dum te mortuum putat, quæ niſi te conſpecto propediem conficietur. Hæc ergo te cum genuerit & educarit, manus illi exoſculatur benedictionēq; ſupremā priuſquam exſpiret, te cepturus, mecum ueni. Hæc robuſtiſſimū & obnitentiſſimum perſtringere animum poſſe

Vocatio diuina pueri cuiuſdā ad fidem.

Pueri conſtantia.

verba videbantur; puer tamen his ne quidquã motus est, sed siccis oculis & infracto animo, ita patri respondet: pro matre Deũ deprecabor, sospitatẽ illi ut restituat, perpetuo autem quoad vivam eiusdem memor vivam: verum eamdem à me videri minime opus est. Hic increscere lacrymæ & paternus geminari affectus. quare acrius insurgens, Aut filius, inquit, meus, & caro mea es, aut non? si filium esse neges, lacrymans domum abibo, cum me patrem non agnoscas. si vero me agnoscas, eum qui te genuit educavit, & hactenus ad annum usque XIV. nutrivit, comitare. Tum puer, Pater meus es Domine, & talem te esse fateor, ut tali tibi manus & genua osculatus sum intranti. at novum tibi videri minime debet, si te, qui nonnisi corporis mei pater, animæ Patrem Deum quæsiturus quo salutem in tuto collocem deseruerim. Ab hoc ergo vocatus, vocantem quæsivi; & inveni, succensere aut ægre ferre proinde non debes, si illius te causa reliquerim. Tãtam filii in loquendo prudentiam pater demiratus, tametsi invitus, re irrita discessit, & de omnibus ad uxorem retulit. Doluit illa initio non parũ, sed filii sibi precibus sanitatem redditam credens, acquievit. quare uterq; tandẽ parens filii proposito contẽt⁹ fuit, sed filius multo magis. Alius eiusdẽ ætatis puer, regio stemmate oriundus Gorgorram cum avunculo cum venisset, & pueros de Catechistica doctrina aliquoties disputantes audisset, ita captus est, ut eamdem sibi à Patribus tradi petierit. Annuunt patres, annuat modo avunculus, ut ad

Puer nobilis a Patribus doceri vult.

aliquod tempus hic commoraretur. Est hic enim parvulorum seminarium. Rem ergo avunculo cum proposuisset is annuit.

Erat tum puer hic monachi cuiusdam discipulus, & iam totum Psalterium, Epistolas Paulinas Chaldaico sermone, quo libri omnes Abyssinorum conscribuntur, memoriæ mandarat. Avunculo digresso, vix mensis spatio omnem doctrinam Catechisticam comprehendit; nemo autem interim de alia cum ipso re agebat. Viso tamen cæterorum alumnorum instituto, & quam Patres conscientiæ ante somnũ excutienda, confitendarum noxarum orandique tradebant ratione; quadam die de morte cum sermo incidisset, ita interius commotus est, ut confessionem peracturus lacrymabundus ad patrem nostrum venerit. Consolatur tum quidem hic afflictum mente, sed in aliud tempus confessionem distulit, quo desiderium eius magis magisque exacueret, & quid facturus esset, dispiceret. Cum enim Viri principis esset filius, q̃d exinde futurũ esset, nesciebat. At adolescens moræ impatiens, institit eo acrius. Interim monachus, sub cuius hactenus disciplina egerat, apud avunculum de ablato sibi discipulo cónquestus est. cũ apud eum monachi valeret expostulâtio, Gorgorram venit puerum repetiturus, brevi illum se reducturum pollicitus. Digreditur cum avunculo puer, licet invitus; sed paucis post diebus per fugam elapsis, Gorgorram redire constituit, at veritus ne inde reduceretur, satius esse putavit, *Monachus illum revocat.*

Fremonam, centum à solo patrio leucis distantem concedere. Verum cum viarum ignarus esset, recta Dambeam, cognito aliquos hic agere Lusitanos, petiit, ut ab ipsorum quopiã Fremonam duceretur. Tamen quod hyems esset media, & ita intumuissent amnes, ut peritissimi natatores eosdem tranare non auderent (in Aethiopia enim in traiciendis amnibus navigiorum non est usus, sed eosdem transuadant) ad amnem cum venisset, mergi veritus Gorgorram clanculo redire statuit, & cum patribus agere, Fremonam ut ab aliquo duceretur. Interea ad colonum quemdam avunculi olim famulum divertit, apud quem cum triduo latitasset, recta Gorgorram contendit, & Fremonam deduci petiit. Sed adsunt submissi ab avunculo famuli, & reluctantem dolentemque longe quã ante magis reducũt. Reversũ compedes inicit monachus ne secundo fugam capesseret; at patribus sæpe interim nuntiat, corpus quidem, non vero animã vinctam teneri, utq; bono se perseverare de fide tuo, nec ipsum, tametsi corpus destrueretur, perditum iri. Quid huic dein factũ sit, compertum non habemus.

Avunculũ deserere sed patres redit

Iterum reducitur & compedibus stringitur.

Vir primarius, qui Rom. Eccl. fidem corde sẽper foverat, nocte quadam in mortis se periculo constitutum cum cerneret, etsi confiteri uni Patrum summopere vellet; eosdem tamen ne turbaret, molestiave afficeret, noctem magnis in angustiis peregit, Deum precatus, ut in extremũ vitæ tempus prorogaret, quo noxarum confessionem peragerat. Audiit preces omni-

potens; orta luce patrem advocat, Eccle. Rom. reconciliari unitq; petit, & confitenti aures sibi dari, videre sibi quippe instare vitæ finem, nec in Abyssina se fide, sed Romana, quam solam veram esse norat, mori velle. Morem gerit sacerdos, confitenti aures dat, tametsi consanguinei & affines obstarent. ergo ad Roman. & Apostolicæ Ecclesiæ gremium reductus animã paucis post diebus Deo reddidit.

Vir nobilis ecclesiæ redditur sub mortis horã

Matrona nobilis, quæ primum duci cuidam Imperatorio nupta, deinde Lusitano viro illustri & locupleti, tamen quod hæresin suam mordicus tueretur, hactenus Rom. Ecclesiæ ritu connubium inire noluerat. Hoc comperto Patres sæpe Lusitanum commonent, uxorem ut Catholicæ Ecclesiæ asserat. Illa monacho cuidam magni nominis, sibi sanguine iuncto confitens ab ipso audit; Cum tibi fidei veræ, quæ in Roma Ecclesia invenitur, suscipiendæ, se obtulerit occasio, neminem ut qui tibi resistat, metuas, quin illam amplecteris? Hoc ipse tibi consulo. Probe consulenti parere tum quidem detrectat, verum tandem firmiter re proposita Catholicis accessit, ac pacifice cum marito vitam duxit. Alia non adeo digna seponentes, Fremoñæ quæ contigerint disquiremus.

Nobilis matrona conversio.

Hoc in loco primarium Patrum & templum & domus est. habent hic quoq; seminarium licet exiguum, in quo pueros tum ad virtutem tum ad artes humaniores informant. norant quippe quantus à seminariorum tum in Europa, tum in India, erectorum alumnis vineæ

Fremonæ patrum seminarium

dñi fructus, præsertim in suorum civiũ conversione accedat. Hi alumni, uti & patres ipsi, eleemosynis ex India transmissis victitant; quæ quod tenues pauciores etiam alı queunt. qui tamen hic agunt, insignis fructus spem promittunt, ut qui & in virtutibus, linguarumque variarum cognitione mirifice profecerint. *Abyssini pueri monachis instituendos tradunt.* Abyssini quippe pueri optimæ sunt indolis, & maximæ integritatis & innocentiæ quas instructio informat & nobilitat. Atque ut Aethiopia etsi quantum ad doctrinam rudis nondum bona quæ ab Apostolis eorumque successoribus hausit principia, omnino oblita est; ita mos etiamnum, hodie hic obtinet, ut parĕtes, & præsertim optimates in monachorum disciplinam filios tradant, quibus satis non est filios universam scripturam memoriæ mandare nisi etiam a filiabus pensum hoc exigant. hinc nulla pene universo regno matrona nobilis est quin plurimorum sacrorum librorum & inprimis Psalmorum Davidicorum, & epistol. Pauli textum calleat. Quod permagni ad populi huius reductionem momenti futurum speramus. *Templum Fremonense frequẽtatur* Fremonensium Patrum templum nõ minus à sæcularibus quam Ecclesiasticis, ipsis etiam religiosis, à locis etiam remotis, partim ad Romanæ Ecclesiæ ritus inspiciendos, partim quo cum Patribus de animæ salute agant, confluentibus, frequentatur. Circa hebdomadam maiorem maximus hic fieri concursus solet quo officium passiõis & concionem de eadem tum haberi solitam audiant. In Abyssi-

nis enim ecclesiis nihil tale fieri solet; nisi quod forsan monachus aliquas iis ipsis diebus è libro prælegat homilias. Hinc rituum nostrorũ pietatem & maiestatem mirantur, & iidem perspecti consolationi illis & exemplo sunt.

Auctoritatem Patribus eorumq; doctrinæ parit crebra procerum, iam inde à regno Tygareno, uti proregis, & Barnagasii, qui prima ria eiusdem capita, & Abyssinæ nobilitatis antesignani, ad eos aditio & veneratio. Prorex enim ut plurimum regio natus est sanguine. hodie Imperatoris Germanus est, & illi nomen Sella Christos, quasi Christi Iesu imaginem dixeris. prædecessor eius erat Cassealeus vir illustris, Imperatoris circa annum MDXCV. post quatuordecim circiter imperii annos, defuncti gener. Alterum regni huius caput Barnagasius dicitur, id est dominus maris, q̃ o im uti supra dictũ, antequam maritimã Aethiopiæ orã quam sinus Arabicus alluit Turcæ occupassent. hic eidem oræ, rebusq; navalib. præesset. Verũ ex quo hanc illi violenter invalere, potentia eius & accisa, & in continentẽ translata est. Hic tametsi se regem dicat, illiq; inaugurato corona imponatur, multis tñ in reb. nõ modo Imp. verũ etiam Proregi Tigareno subiectus, & quoad iurisdictionem subordinatꝰ est. Cassealeo Prorege, qui Barnagasium agebat, eiusdem Cassealis filiã duxerat, prudentiæ & iudicii, singularis fœminã quæ una cum amita proregis sorore, & cognata eiusdem amitæ filia Rom. Ecclæ. imprimis studiosæ erant, ut Patres orarint,

Patres à proceribus visitur & coluntur.

Maxime à Proregibus Tigarenis.

...rarint, ne, si forte, ipsis ægrotantibus quo adessent vocarentur, adesse gravarentur, quo Romæ illas Ecclesiæ reconcilient, & confessionē priusquam exspirarēt, audiant. Caflcaleus cuiusque gener Barnagasius exterius etiam patribus favere eorumque rebus studere videbantur, tametsi revera illis adversarentur quam maxime.

Et præsertim à Sella Christos Imperatoris fratre.

At illorum successores, ex animo sincereque erga eos afficiuntur: præsertim ipse Prorex Sella Christos Imperatoris Sazinosii frater. Annum is ætatis agebat quintum & vicesimum Anno M DC VII at prudentiæ roboris, generositatis singularis, aliisque Duci necessariis dotibus insignitus; ducem quippe egerat Bagamedrini Prorex, & insignem de Gallis victoriam retulerat. Litteris excultus erat utcumque & in Abyssinorum libris versatissimus. Tanto in Patres affectu & studio, ut illis ipsum cum provinciam primum adisset compellandi gratia regiā adeuntib. diceret, non ut Proregem se, sed filium erga patres suos obsequentissimum cū illis acturum, & quacumque in re posset reipsa auxilio protectionique futurum: non modo quod ita ab Imp. fratre in mandatis haberet, verum etiam quod hoc ipsum illorū merita deposcerent. Haud procul ab eorum se domo ac templo sedem aiebat velle figere, sæpe ut cum ipsis de S. Scriptura, librisq; sanctis conferret. Patri ipsum adeunti velle se illorum dicit in templo sacris interesse, id graue ne ducerent orans; diemq; designans summo manę adfuit.

Sacrum in æde ipsorum audit & illorum convivio usus est.

Sa-

Sicut peractis & concione, inuitant illum Patres secum vt cibum sumat. Placuit illi castitatio, & quæ videbat, præsertim altarium ornamenta, hostiarum sacrificii forma (neque enim Aethiopicæ eam formam præferunt) quin & instrumenta quibus coquuntur, vtpote cum curiosius singula inspicere voluisset. Tum verò ait, Ecquis vos ô Patres, non magni faciat, apud quos cuncta tam scito peraguntur ordine? Putabam sanè Saracenos nobis impiæ suæ sectæ prorogandæ conatu studioq, præcellere; at video etiamnum hodie Christianos esse, qui regni Christi Iesu eiusque Euangelii proferendi zelo flagrent: quod me summopere delectat. Ni per meorum improbitatem, ac metum, ne forsan vobis futurus sim grauis, staret, nullus abiret dies quã non vos adirem. Domum reuersus, vxori tredecenni singula ex ordine retulit, quin & ipsam refectionis sibi propositæ participem fecit. Orauit illa coniugem sibi vt liceret sacrum & concionem bona eius cum venia in Patrum templo audire, quam ille libens concessit. *Item proregina eius coniux.*

Verum cum in dies maritus eam singulos differret, pro eo quo ardebat iuuencula desiderio, Patrum quemdam, qui fortè Proregem adibat, patronum apud maritum adhibuit, qui factæ vxori promissionis illi memoriam refricaret. Re proposita, suis extemplo edicit Prorex, vxorem vt stipent. Videns porro illos repugnare, quòd Sabbathum foret (quod sin ul

& Dominicam tam exactè seruant, vt nefas eis credant; diebus quopiam proficisci) securos esse iubet; neque enim peccatum esse, cum Laodiceno Concilio sabbathi sollennizatio sublata sit. Proregina ergo ad templum cum venisset sacrum cum concione audiuit, ac deinde apud Patres magno suo cum gaudio prandit; nihilominus oblationem à se nullam datam dolens, purgat se, quòd iam recenter è peregrino rediisset solo, verum venturum aliquando tempus, quo aliquam daret. Quod verò Proregi templum adeunti tempus non suppeteret quo pueris catechisticis audiendis vacaret, illos in prætorium missos Patres coram ducibus & assessoribus disputare voluere, quod omnibus audiuisse volupe fuit, & imprimis reginæ, quæ satiari hac concertatione nescia, ad cœnam vsq; eosdem detinuit, ac cœnæ adhibuit. eadem finita iterum disceptare voluit, donec nox ingrueret. Quamdiu Pater cum Prorege agebat, de rebus diuinis atq; sacris libris, quos cum nostris coincidere per gratum illi fuit, item, de Abyssinorum cum Ecclesiæ Rom. vnione, vt illi Imperator frater coram insinuarat, qui huncilli monachum de quo suprà, ad sacræ scripturæ expositionem dederat, omnis illorũ erat sermo. Hic porro monachus adeo in fide firmus erat, vt Imperator à Zezelazeo interfectus, illum, P. Paezio suadente, in doctorem præceptoremq; elegerit. Hæc Proregis Tigreni in Patres beneuolentia.

Barnagassus porro, quinquagesimum iam agens

gens annuum, & vir strenuus, qui eamdem o- lim prouinciam gessit, magna item in ipsos be- neuolentiæ signa exhibet. Hinc è regia in pro- uinciam primum proficiscens Fremonam Pa- tres aditurus obsequiumq; delaturus, deflectit. Illius porro amicitia & beneuolentia Patribus pernecessaria, quòd quæ ex India submittitur sustentatio, in illius manus primum incidat, quam accidere, si modò vellet, vti prædecessor solebat, posset. Sed, vt quidem exterius præfert, id minimè videtur facturus. Patres etiam atq; etiam orauit, suum vt filium erudirent. quod se quàm libentissimè facturos promisere. Hæc procerum Abyssinorum in regni vniuersi cum Romanis vnionem propensio. iam notabiles aliquas conuersiones Fremonæ locisq; vicinis factas enarremus.

Barnagassum in Patres beneuolus.

In Tigareno regno centenarius propè mo- nachus agebat, carus omnibus; & summo apud plerosq; honore, vtpote procerum multorum aliorumq; præceptor. Is semper Patriarchæ a- liisq;, qui cum ipso in Aethiopiam appulerant Patribus, refragatus erat, adeo vt ipsos velut Turcas reiiceret. Atq; hic ipse est, qui inter so- mniandum P. Paezium rubro emergentem mari vidit quod ille Lusitanorum præfecto somnium, antequam de eius aduentu quidpiam comperisset, narrauit. Postquam ergo Paezius Aethiopiã ingressus est, Fremonæ ipsum adiit, illi noxas per confessionem aperturus; vtpote à viro quodam venerabili ad eam dẽ & quidquid suaderet faciendũ, si modò saluari vellet, sæpe

Notabilis monachi senis conuersio.

noctu

noctu compulsus. At quod impias superstitiones quas seruabat, verbi gratia, quotannis rebaptizando eos, qui huius ergo ad ipsum se conferebant, reiicere nollet; turpe sibi & probrosum fore dicens, si quod hactenus seruarat, fecerat & docuerat, in senectute desereret; confitenti dare aures Paezius noluit, vt suprà dicere memini. Idem cum de nocte vir denuo dormienti appareret, & quæ suaderet facere vrgeret; secundo Paezium adit senex, sed ob eamdem rituum obseruationem, confessionem peragere fuit impeditus. Ipsum tamen Paezium sæpiùs adibat, pluribusque faciebat, quàm alios hactenus. Idem dormienti tertio se vir stitit, sed vultu terribili ac minaci dicens vt quæ salutis intererant maturè secum perpenderet, &, si modo æternæ particeps reddi beatitudinis velit, Patri nostro noxas aperiret, & piè monenti crederet, quod cathedræ Petri potestatem haberet. Hic senex manus dedit, & tremebundus Patrem adit, confitenti aures det obsecrans, mandata se facturum. Detrectat initio Pater constantiæ illius facturus periculum. In genua prouolutus alter instat vehementius, dicens, Noxas omnes confiteri & quidquid DEI nomine iniunxeris exequi sum paratissimus. Facilem ergo te præbeas obsecro, meæ alias animæ à te rationem deposcet Deus. Confessione peracta, in morbum incidit; & octiduo superstes aut amplius, quotidie noxarum confessionem instituit.

Tertia apparitioni tradit

Quid

Quod verò cunctis notissimus foret, permultum illum & catholici & hæretici ægrum visitarant; quibus palàm dicere non veretur in Rom. se fide decedere, quòd sola illa vera esset, per quam salutem nanciscerentur mortales. Plurimi illum monachi, olim discipuli, etiam adiere; sed nullum admisit, his opus se habere negans, sed vnicis Patribus Romanis confessariis suis. Vitæ tandem finem inuenit, in Catholica fide decedens, multis salutis argumentis. Magni momenti hæc fuit conuersio, & diuinæ gloriæ incrementum addidit: nam qui illum antè, velut alterum Saulum paternarum traditionum ardentissimum æmulatorem nouerant, vbi illum circa vitæ extremum mutatum videre, facilè iudicabant fieri minimè posse, vt tanti vir nominis à Patribus sibi imponi pateretur: verum à Deo interne commotum fuisse, vt quæ antè mordicus defenderat, repudiaret; & quæ reiecerat, vltrò amplecteretur. *Quanti momenti hæc conuersio.*

Alius item monachus ætate prouecta mira quadam ratione ad fidem transiit. Is etiam puer in Lusitaniam abductus erat seruus, ab alio forsan per Lusitanum emptus: at liber in patriam per Indiam, Prorege Constantino, rediit. cumq; Patriarchæ qui tum in Aethiopia agebat, cohabitare nollet, Abyssinam vxorem duxit, cum qua ad tempus vixit. hac demortua anachoretam egit, reliquos Abyssinos quoad fidem sequens, donec eo quo dicam pacto Catholicis aggregatus est. *Conuersio alterius monachi senis.*

Visus

Visus de nocte sibi est inter dormiendum Deiparam videre virginem, ab eaq; quod Ecclesiæ non vniretur, confessionemq; institueretur, reprehendi, quin & baculo quem manu illa tenebat secundum talum percuti. Experrectus pedem læsum reperit. vnde ad menses aliquot ex pede laborauit. verum mox vt eundi reddita facultas, Patribus confessus ad Catholicos conuersus est.

Item viduæ pauperculæ. Non minus admiranda fuit vetulæ octogenariæ conuersio. Hæc marito ex quo septem liberos susceperat orba, magna cum inopia conflictauit, vti viduæ in Aethiopia ob sterile solum plerumque solent. Gallis ergo vniuersam regionem vastantibus & depeculantibus, ipsa cum septem liberis in munitum abiit locum; at inuentes barbari & septem necarunt liberos, & matrem inseruitutem, præter alia nefanda admissa, abduxere. Hæc, Galla à quo abducta, dormiente, fugam iniit, & intra silvarum abdita delituit, Deiparæ sese quàm enixissime commendans. nam erga hanc Abyssini, etsi Schismatici, mirificè afficiuntur. Audiit preces pia mater, & maiora quam petebat, dedit. neque enim satis fuit, Gallarum illam fugie item manibus eripuisse, nisi & leonum, tigrium, leopardorum, luporum, aliarumque ferarum, quibus Abyssinæ abundant siluæ, vnguibus & faucibus educeret. Quin etiam tot subductam discriminibus Fremonam conduxit, vbi Patrum missas,

ſas, conciones, & doctrinam audiit. Viſa porro Catholicorum pietate & zelo, cæleſti ita luce perfuſa eſt, quam à filio ei Deipara impetrabat, vt magno animæ gaudio ad Rom. Eccleſiæ fidem tranſierit. Ne quis verò, ob eleemoſynarum ex India ſubmiſſarum, quò inter inopes Catholicos diuiderentur, participationem, hanc ad fidem tranſiiſſe crederet; ſuum interim dum illarum fieret diſtributio, animum aperire noluit. at poſt declarans rogata, cur non antè mentem reuelaſſet quo & eleemoſynarum partem acciperet, id à ſe ſtudio factum ait, ne emolumenti alicuius & ſtipis ſpe ab Abyſsina ad Rom. Eccleſiam tranſiiſſe vulgò crederetur. Addamus his & alias duas conuerſiones ſingulares.

A Deipara varius eſt. pitur periculis.

Ex amore Dei ad fidem conuertitur.

Adoleſcens vicenum circiter annorum, hæreticis natus parentibus in morbum grauem cum incidiſſet, & de nocte ſymptoma ſuperueniens mortem minaretur, parentes orauit Patrem aduocarent, cui noxas aperiret, vitæ ſibi quippe inſtare terminum. Abnuunt illi, cùm quòd Hæretici tùm verò quod intempeſta impediret nox. Vrgente tamen filio ſacerdotem noſtrum pater aduocat, cui cum plenis ſenſibus iudicioq; maturo confeſsionem adoleſcens peregiſſet, poſt ſemihoram exſpirauit, animam vt creditur Deo in pace recipiente. Sed ecce hic aliam in vitæ fine conuerſionem, licet paulo mirabiliorem.

Adoleſcens ſub mortem horam conuertitur.

Luſitano

Lusitano viro honesto seruus erat, quem sæpe herus vt ad veram transiret fidem delictaq; confiteretur; commonebat; at lasciuus seruus amoribus impeditus, heri explodebat consilia. Immisit dissoluto morbum Deus, qui mentem dedit. Viso ergo vitæ instare finem, & rationem eiusdem iudici mox reddendam, herum orat, Patrem vt accersat. huic enim se confiteri velle. Renuit ille initio mentem ægri exploraturus, aitq;. Cum hactenus vt lubuit vixeris, etiam modo in legē quam seruasti decede; neque enim in nostra qui moriaris dignus es. Quibus ille mancipii desiderium inflammare magis magisq conabatur. orat ille dominum iunctis manibus, hac se ne deserat hora, vt qui tanto illum hactenus amore & fide coluerit; sed priusquam exspiret; Patrem aduocet. Tum herus, Mihi alias confessionem suadenti an non insultabas? cur modò, quod tum ridebas, tanto ambis studio. Tunc, inquit seruus, Cæcutiebam & vt cæcus loquebar. at modò longè alius sum. Iam enim mors instat, & ad oculum video, non posse me salutem, nisi in Lusitana id est Romana fide morrendo, adipisci. Herus qui aliud non desiderabat, Sacerdotem ilico accersit, cui seruus. Ecclesiæ se iungens, confessionem peragit, & non multo post ex hac vita migrauit. Alia quidem quo ad animarum conuersionem, hisce in locis admiranda contigerunt, sed propositæ nobis breuitatis studio eadem præteribimus. Iam de aliquibus quæ Catholicos hic ex-

Et serui Abyssini.

gitarunt

gitarunt, malis & aduersis nonnihil agamus.

CAP. XL.

Catholici Abyßini cum penuria rerum confligunt, ab hæreticis exagitantur, at suo Deus illos protegit auxilio.

QVod Patres & Lusitani inter Abyssinos agentes, eleemosynis ex India quotannis submitti solitis ali potissimum soleant, quibus deinilli & Abyssinis Catholicis aliisq; succurrunt; vbi has intercipi aut non submitti contigerit, maxima ambo premantur inopia necesse est. Vti biennio continuo adueniit, quo eleemosynæ illis defecere; quòd qui eas deferret Mocam comprehensus abduceretur: vbi Christiano eiurato, Bassæ Turcico, & regioni illi præposito, nomine Athanaseнamo, traditur, qui quidquid ferebat abstulit. Tanta porro hic immanitate & feritate erat, vt post vniuersam Arabiam direptam & exhaustam, primatibus eiusdem regulis se inspectante, pellem viuis detrahi iusserit; quos ad vsq; corpus medium excoriatos lento torrebat igne, donec omnes ab iis facultates extorqueret; alias item crudelitates feris quàm homini, nedum Christianis orto parentibus, conuenientiores exercebat. At iustus iniquitatum vindex Deus, hoc impune scelus esse noluit: nam non multo post direptam hanc Abyssinorum eleemosynam repentina morte Mocæ, vbi hanc direptionem fecerat, decessit, recta ob scelera & tyrannidem ad *Crudelitas Bassæ Turcici, olim Christiani.*

ad orcum deturbatus. Ceterum hac in inopia paternam erga miseros Deus prouidentiam exhibuit, dum illis alia prospicit via. Nam eo ipso tempore tam lætus in regno Tigareno fuit prouentus, similem vt à multis annis non viderit Aethiopia. Horum annorum altero, quo solis fuit defectus, magna per Aethiopiam inusitere bella, vastatio, ac prouinciarum direptio, Imperatorum mutationes, plebis & pseudoregum emotiones; morbi graues & præsertim contagiosus, qui pagos & opida colonis omnibus viduaret, præsertim in Tigareno regno. at in Fremonenses vt patrem se gessit Deus: nam vicinos omnes peste adedente, hos solos conseruauit, nullus vt Catholicus exstingueretur: quodq; longè admirabilius Abyssinum, qui à longo iam tempore hic commorabatur, & agnoscere errorem aut hæresin nolebat, solum eadem corripuit, nec vlterius processit.

Deus Catholicis inopia pressis succurrit in Aethiopia.

Sazinosius vt Iacobo demortuo, imperium adiit, pleriq; ducum & regulorum suppositítiorum, aduersus eum insurrexere, & in Tigareno regno bini aut terni. Inter hos haud procul à Fremona seditionem mouit quidã, qui viginti ipsis annis egerat anachoretam, & in vasta illa solitudine, regiam didicit affectare dignitatẽ. Et, quòd hisce in locis pleriq; nouis studeant rebus, & motionum quàm pacis studiosiores sint, præsertim qui nonnisi rapto & latrociniis viuunt, non deerant asseclæ & sectatores. Horum enim est nonnisi turbida piscari aqua, vt prouerbio fertur. tum verò magis quòd qui

Monachus regem se dicit.

protegem

proregem prouinciæ ageret, ad hæc certis de causis dissimulãdo conniueret. Hinc quotidie latronum perduelliumq; increscere numerus, simul & latrocinia. Accessere ad eum duo prædonum ductores, plurimis stipati. Horum alter Catholicorum Fremonensium iuratus erat hostis. quamobrem socio suasor fuit vt noctu trecentis aut quadringentis suorum comitantib⁹, Frenconam pergerent, templum domumq; Patrum euerterent, auri sibi spondentes aceruos. at assentire socius noluit, omni se ratione impediturum dicens eos, qui vllam Lusitanis, Patribusue quos veros Dei famulos credebat, iniuriam irrogaret. Hinc socio renuente vlterius alter tum quidẽ progredi non est ausus. Comperto tamen haud multo pòst, regem quem sequebantur Fremonam contendere, is ipse latro cum suis Patrum domum expilare de nocte statuit. hinc pridie haud procul à flumine, quod nonnisi media Fremona aberat leuca cum sociis clanculo consedit. Sed fortè, Deo disponente, pertransiens Lusitanus dum hosce sicarios agnoscit, illorum ducem adit, cuius è verbis & agendi ratione facilè quam in templum & Patrum domicilium conceperant rabiem, intellexit. Adhæc, stramineum hunc, quem sequebatur regem, quemq; post biduum aduenturum aiebat, domum ipsorum inuasurum, atq; sibi velut in prætorio de omnibus dispositurum. Patribus hæc ipse ex ordine refert, dein omnibus Lusitanis Fremonæ commorantibus (qui in vniuersum non-

Quem sequuntur duo perduellis latrones.

Horum alteruter domum & templum Patrum diripere conatur.

nisi viginti) & reliquis Catholicis, numero pauculis, qui ad mortem vsq; pro templo & Patribus decertare constituerunt. Quocirca sumptis armis ad domum Patrum se contulere, & nocte tota excubarunt. Latro porro, horum per exploratores factus certior, mutata sententia aliò rabiem conuertit. Ipse etiam men...itus rex pridie eius diei, quo in Patrum domo direx pridie eius diei, quo in Patrum domo diuertere statuerat, à quodam Imperatoris præfecto, aduersus ipsum cum copiis misso, interceptus est, & altæ & munitæ inclusus turri, in qua ferro & mœrore grauis diuertit.

Deus illos tuetur.

Eodem ipso tempore, quo prædones & illorum rex adfuturus dicebatur, tres proceres, tribus aut quatuor armatorum millibus præfecti, Patribus auxilium & opem obtulere; & si quando illorum opera indigerent, cum copiis se præsto futuros polliciti sunt. Gratiis actis Patres, hoc sibi opus modò esse negant auxilio, quòd scelestus ille latro aliò concessisset. Erant hi proceres oriundi ab illis, qui Christophorum Gammam, dum cum Lusitanis Aethiopiam à Turcarum manibus vindicatum venerat, olim exceperant. Tandem ergo latro viso, se omnibus exosum esse simul & sex fratres, eò redactus est angustiarum, vt fuga clanculò inita delituerit, interim dum duo ad Imperatorem missi fratres sibi fratriq; veniam procurant. Alius fratrum sene quodam, consanguineo suo, comitante, Patres adiit, veniam petiturus, obsecrans item ne aut apud Imperatorem de illatis iniuriis expostularent,

Tres illis proceres auxilium præstituri.

aut precibus sibi iratum Deum redderent. Addebat senex, notasse se, iam inde à Patrum archæ in Aethiopiam introitu, nullum vnquam bene successisse, qui aduersus templum hoc quidquam moliretur; ac negare nemo inquit, potest, quin magnæ vestra apud Deum sit efficaciæ oratio cum nonnisi tres monachi, inermes, omnes aduersarios vestros superetis. Hoc ergo pacto suos hoc ecce discrimine subduxit Deus. iam longè grauiorem quæ ceruicibus illorum impendit, procellam examinemus.

Vis orationum Patrum.

Inter Catholicæ fidei assertos adolescens erat Fremonensis habebat is auunculum hominem & scelestissimum & errorum patriorum tenacissimum; quare cognito cognatum Ecclesiæ Catholicæ vindicatum, omnem ad illum peruertendum mouit lapidem. Sed vbi se operam in adolescente videt ludere, Patres adoriri illisq; aduersari statuit. Ergo Admoconem, qui Proregis magistratus, & mea quidem sententia, illius in controuersiis dirimendis, vicarius ac Iudex, adiit. Erat hic non modò scelestus & acerrimus errorum propugnator, sed & subdolus, versutus ac mendax. Hinc haud ægrè ad adolescentem peruertendum & quo citius rem conficeret, ad Patres exagitandos impulit; vt vel ab his vel à reliquis Catholicis tantam auri vim, quantam dignitati comparandæ impendit, extorqueret. Placuit Admoconi consilium, & super eodem cum Castealeo tum Prorege agit, qui etsi amicum se & beneuolum Patribus fingeret, maligno in eos erat animo. Vicario

Admoconus est velut iudex maior.

ergo quæ concepiſſet vt exequeretur edicit, interim dum ipſe Proregem ageret Tigarenum; nam ſe in regiam euocato, non conſtare, quis hanc aditurus eſſe prouinciam. Quare Vicarius, eius ante diſceſſum, palam quæ in Patres, ob adoleſcentem hunc conuerſum, moliretur, ſpargere in vulgus cœpit, vt auro donariis[illegible] vexationem hanc illi redimerent.

Admocon Patribus perſecutionem mouet.

At Patres nequidquam moueri, imo ne verbum loqui videns, cum quodam die Luſitanorum dux Mauricius Soares, ſimul & ipſe Admocon apud Proregem agerent; hic Luſitano hac ſuper re locutus quid concepiſſet aperuit, vt Patres per hunc facti certiores, quæ ipſe ambiret, darent. Luſitanus tamen magno illum animo & zelo carpit, & Proregem conuerſus hæc [illegible] pide ait;

Luſitani ducis ad Proregem oratio.

Obſecro te inclyte Domine hoc ne facias, nec vt fiat facultatem tribuas; malè tibi ſiquidem ſucceder. Memineris, quæſo, Proregem (quem ille nominabat) quem noſti, dum Tigareno præpoſitus eſſet regno, ſimile quid olim aggreſſum, à ſocero tuo Imperatore Mala ſegued euocatum, his ab eo verbis correptum: Quam ob rem rebus te fidei immiſces vtpote ſcientiæ & litterarum expers? Anne fidem Romanam & Luſitanorū veram eſſe neſcis? Hunc tibi legis tuæ promouendæ, & Tigarenæ prouinciæ, cui te præfeci Saracenos eiuſdem edocendæ Zelum eſſe velim. Quare duplum eorum quæ Patribus abſtuliſti redde, & commiſſorum veniam pete. Hæc omnia (inquit Luſitanus)

nus contigisse nosti Domine. Vide ergo quid facias; hæc enim fore vt Imperatori displiceant, mihi certo constat certius.

Ne verbum ad hæc prorex, sed sermonem interrumpens de alia loqui cœpit materia. Hoc ergo digresso, quæ inter se constituerant exequi Admocon incipit; conuocatoq; Vmbarorum (sunt hi tribunalis Proregis velut consiliarii, ac de rebus omnibus vltimò & absolutè judicant, atq; hi plurimiq; quatuor ad summum) consilio, ipsos consulit, num Patres exagitare debeat nec ne. tres exagitandos suadent; quartus vir illustris hoc respondit modo:

Vmbari consiliarii Admoconis.

Non ea Lusitanorum in nos merita sunt, vt exagitentur & affligantur, imo, vt omni sint nobis ratione colendi & protegendi. Ni enim hoc in regnum venissent, & suum pro fidei libertatisq; nostræ defensione sanguinem profudissent, hodie aut Saraceni, aut Saracenorum mancipia omnes haud dubiè essemus. Quare numquam huic ipse sceleri & iniquitati meo suffragabor calculo.

Cui Admocon, Lusitanus mihi videris, ideoque hac eos oratione propugnas. Mauricius huic consultationi intererat & Admoconis nequitiam considerans. Cum ita inquit, fidei tuæ zelo ardeas Domine, duos doctissimorum quos habetis monachorum aduoca, & hos cum vno Patrum nostrorum committe, vt quibus de rebus ambigis, disceptando earum eruatur veritas, noli autem

tem cæcutientis instar hancce rem aggred , quæ caro tibi forsan steterit. Si tu, inquit Admocon, nonnisi miles, nos cum de fide quæritur, refutas; quid Patres vestri adeo docti facturi sunt? Hæc mihi displicet ratio. Hoc me facere ipse vult Prorex, faxo igitur, quanto cumque constiterit.

Admocon Patribus diem dicit. Postridie ergo accensum cum aliis plurimis ad patres mittit, qui nuntiet, vt per procuratorem suo se iudicio sistant, quòd Abyssinos ad fidem Rom. conuerterent. Respondent Patres, hanc ad fidei tribunal spectare quæstionem ideoq; nec illum, nec Proregem legitimum fori huius esse iudicem. Instant ministri, aiuntq; sibi imperatum, si per procuratorem de hac re disceptare Patres nollent, omnes Catholicorum Abyssinorum facultates, inuadere, & illorum primarios carceri includere. Respondent ministris Patres, quidquid vellent, sine vllo eos obstaculo exequi posse: se verò ad ea ad quæ ex officio tenebantur, fidei scilicet suæ veritatem per scripturas patefaciendam & etiam cum sanguinis profusione eamdem confitendam, esse quam paratissimos. Interim *Catholicorum ædes & chres diripiunt.* lictores Catholicorum domos irrumpere & exiguam pauperculamque illorum supellectilem inuadere, quin & Lusitanorum ædes excutere, & obuia diripere. Enituit hic aliquorum Catholicorum ingens in afflictione animus, dum & vltro lictoribus & quidem libentissimè sua offerunt; quibus illud

illud Apoſtoli non inſcite adaptari queat: *Rapinam honorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis*. Inter alios matrona Catholica Abyſſina, ſed Luſitanis oriunda coram aliquot Abyſſinis illuſtribus palam ait, Admocon quod videatur, agat; etſi mihi cervices præſcindat, non idcirco à fide Romana deſciſcam. Ecce ſervos & reculas meas, hæc ille ſimul & alias fratrum (hoc ſe mutuo vulgo nomine Catholici dicunt) facultates diripiat. Irrumpunt & in moniſis ad fidem Catholicam ante revocatæ domum lictores; ad quam converſi, Patrios, inquiunt, ritus dereliquiſti ſceleſta, quo carne veſcereris, iam pro meritis pœnas lues. Quibus illa, non ſuſcepi fidem, quo carne veſcerer, nam ex quo ſuſcepi, nondum eam guſtavi; at quod ad varia peregrinata loca, & permulta adiens templa, DEVM ut ſalutis mihi oſtenderet viam, deprecata ſim. Ipſe autem pro ſua benignitate mihi oſtendit, non poſſe me ſalutem niſi in Rom. Eccle. fide conſequi, quæ adeo quidẽ mihi non diſplicet, ut nec eam morte inflicta deſertura ſim. Vt vero ex animo me loqui conſtet, ecce me ad cædem ſubeundam paratiſſimam. nihil enim mihi futurum gratius, quam pro ipſa mortem oppetere. Atque his dictis in poplites provolvitur ad ictum excipiendum.

Hebr. 10. 3. 4.

Illorum pati entia.

Item monia lis cuiuſdã.

Conſtantiam illius demirati lictores, aliam iniuriam quam pauculas facultates diripiendo, non intulere. Interim aliquot Catholici Abyſſini Patribus vicini eoſdem conſola-

solatum veniunt, parati Admoconi illos oblato munere reconciliare, atgratiis actis Patres in rebus fidei per munera pacem ineundam negant. Nostra enim fides, utpote pura & integra non hoc tegenda pallio, sed vita & sanguine propugnanda. orarent tantummodo DEVM, illum quippe suis adfuturum.

Donis se redim. r. patres nolunt.

Triduo hæc peraguntur. Admoçon Catholicorum visa Constantia & Patrum robore, ulterius progredi noluit, at tum per se, tum per interpositos nuntios ad Pat. missos, induce cere eos voluit, ut ad se in castra properarent, & cœptis ut desisterent, orarent. At minime id eis visum consentaneum.

Admocon à Patribus orari vult.

Inter alios intercessores missus quidam illorum amicus, hoc consilium ut sequerentur suadens; arrogantiæ enim signum videri præfecto provinciæ mordicus velle refragari. Cui Pat. in omnib. quæ ad præfecti iurisdictionem pertinerent illi se parere esse paratissimos atque hoc à se Catholicos doceri, at in iis, quæ fidei sunt, nequaquam illi parendum, sed iuxta illud Apostoli, satius esse DEO obedire quam hominibus. Quibus ille auditis lacrymans exclamat, Hoc vere ipse fidem nuncupo. hoc Christianismum, qui & vitam prodigit. Vestræ igitur Ecclesiæ cooptari mihi animus est. Idem & alterius Fremonæ non commorantis, sed post procellam compositam, quam narrando audierat, huc appellentis fuit iudicium. At vide obsecro, quonam hanc discusserit Deus modo.

Inventum

Interim dum hæc fierent, Iacobus Imperio præerat, & Petrus Paezius tum in regia uersabatur. Huic Patres Fremonenses rem ex ordine perscribunt, ut ad Regem referret, isque Proregi Caflealeo tum etiam in regia agenti, & primario turbarum auctori loqueretur. Paezius ergo rem Imperatori aperit, qui Caflealeum ad se vocatum acriter reprehendit, item & vetus regina illius socrus, & Eras Athanatheus. Veniam illum Patres rogare, & Admoçoni iniungere iubet, omnia Catholicis ablata, ut restituat, atque Patres quæ officii sui sunt, nemine contradicente ac refragante, quemadmodum regnante Patre meo, agere volo ac iubeo, ac neminem à fide illorum, si modo placeat, recipienda arceri.

Rei huiusce fama per regia mox castra, & regiam & Tigarenum regnum percrebuit; & insignem Romanæ fidei auctoritatem & incredibile Patribus Catholicisq; omnibus tum Lusitanis tum Abyssinis, solatium attulit. Horum certior redditus Admoçon non parum obstupuit & commissa doluit; Ergo quantocyus Catholicis extorta reddi imperat, & commissorum à Patrib. veniam postulat. Hoc tametsi infame foret, divina tamen hic vindicta non stetit. Prorex enim partim Imperatoris & Socrus & optimatum reprehensione, partim eorum depeculatione & direptione se absentè ab Admoçone facta irritatus illum in vincula simul cũ trib. fratrib. dir eptione aliorũ notis conijci

Admoçon ablata Catholicis reddi iubet.

Carceri tra-ditur. coniici iubet. Admocon ergo ab omnibus se derelictum & afflictum conspiciens, ad eos ipsos, quos ante offenderat Patres, confugit, orans sibi ut proregem conciliarent. Hi iniuriarum immemores, secundo proregem brumali tempore & imbre perfusi adeunt, & pro Aomoco ne deprecantur. Obstupuere ... clementiam omnes & prorex inprimis, hinc suis ait: Quales hi? Heri tot iis irrogata mala & iniuriæ, hodie tanto cum labore & molestia pro persecutore deprecantur? Si hæc inimicis, quid non amicis facturi sunt? Etsi vero secundò Patres adeuntes benigne haberet; de supplicio tñ quod reus promeritus erat nihil remisit; sed una cum fratre depeculatore celeberrimo proscripsit. Communis Abyssinorum omnium vox erat, divinitus hæc Admocono, quod Rom. Eccl. adversatus esset, immissa. Ita quippe eorum mentibus insedit, omnes, quicumque eamdem oppugnant, tandem pœnam daturos, nulla ut ratione evelli videatur posse. Interea Admocon iam inde ab exilii loco, per nuntium patribus ob exhibitum obsequium, gratias egit, utque Deiparæ sibi favorem deposcerent, oravit, voto se obligans, si modo ab exilio revocaretur, ad fidem se transiturum.

Patres pro ipso intercedunt.

Cum fratre in exilium pellitur.

Pœna Cafle alei. Nec sua Casdealeo defuere flagella. Haud multo enim post demoritur ei maior natu filius, & frater & fratris uxor qui socrui reginæ perutiles erant, & per eosdem stabat, quo minus dignitate exueretur. Dehinc in conventu inter Iacobum & Sazinogum illius successorem ... nu-

nito, in quo primam ipse ducebat aciem, profligatur, tametsi inter carecta fluminis in spineto latitans, post tumultum pedes fractisque ordinibus fugam inierit. Sazinosius vero rerũ cum gubernacula accepisset, Tigareno illum regno deturbavit, eique in ordinem redacto Sellam Chiiston, (ut diximus) surrogavit.

Adolescens porro, cuius causa hæc orta tempestas postquam diversimode ab Admocone exagitat⁹ esset, cui constanter & sẽper viriliter respondit, numquam se à Romana fide etiam cum vitæ periculo discessurum protestatus; denuo ab illius constantiam perspiciente Admocone, Vmbarorum tribunali sistitur, ab iisque examinatur; ante quos omnem fidei suæ rationem cum redderet, illorum calculo absolutus est, inhibentium, ne quis illi obstaret imposterum, sed libere illum susceptam fidem profiteri sinerent. Et imprimis avunculo id iniunctum; cui exinde adeo carus & gratus exstitit ut, etsi mortali ante odio Patres insectaretur, variisque sugillaret modis; postea tamen nemine impellente, nulloque humano intuitu, illorum ubique laudes deprædicaret. Adolescentis porro constantiam etiam in hoc mũdo remunerari voluisse visus est DEVS, dum & avunculum illum refractarium, & sororem eo ipso tempore fidei asseruit. Hic ergo persecutionis huius & procellæ finis, & simul rerũ Abyssinarum. Quare iam oram lustremus maritimam, & Mozambicum adeamus. *Adolescẽtis ad fidem cõversi constãtia.*

CAP.

Cap. XLI.

De Insula Mozābico, & Lusitanorum hic arce: Hæc Anno 1607. à Batavis oppugnata strenue propugnatur.

Insula Mozambicus.

Mozambicus Insula in quinto decimo altitudinis Australis sita gradu, ad maris quod Melindanum aut Abex vulgo dicitur, oram, Bonæ spei promōtorio & sinus Arabici angustiis media propemodum est interjecta. Hæc olim ex aliquorum sententia fuit promōtorium, Prasum à Ptolomeo nuncupatum: hodie vero sinum potius aut euripum, quam promontorium dixeris. Vnda forsan lapsu temporis inferiorem promontorii partem perfringens hanc, uti & duas alias, quæ ex huius opposito, quarum à S. Georgio una, altera à S. Iacobo nomen habet, desertas licet constituit Insulas Mozambicus autem hodie frequens est mercimoniis, & Lusitanis Indiam petentibus, peropportuna neq; enim suū Goam usq; cursū perficere possent, ni huc diverterent; tum ob continuos maris labores & nauseam, tum vero ob aquæ dulcis, reliquorumq; necessariorum, quæ interim dum hic se reficiunt, comparant penuriam. Exigua est Insula nonnisi ad ferreæ iactum glandis in latum patet; at quadruplo est longior, & nonnisi perangusto à continente, quam Cafres ad Monomotapam incolunt, divulsa æstuario. Portu commodo & patente gaudet, sed introitum is habet perdifficilem, quod angustæ sint fauces, quibus utrimq; scopuli latentes imminent, ut naves si quando in portum inducendæ, indigenæ adhibeātur nau-

Prasum promōtoriū est.

Quomodo hoc potuerit fieri.

Portū habet commodum.

ta

tæ, ni ſcopulis illidi & naufragium diffractis tabulis incurrere velint. Ferax utrumque eſt eoſdem prope profert fructus, quos India quin & palmas illas, quas alibi adeo utiles deſcripſim⁹; & ficus quotannis enaſcentes & marceſcentes, quæ unum dumtaxat habent ramum, tot ficuū feracem, ut per annum ſufficiant, nam per intervalla eæ matureſcunt. nec ea qua noſtrates ſunt forma, at latitudinem ſuperat longitudo, & quadruplo craſſities: ori gratus eſt fructus & ſtomacho ſalubris. Foliorū ea eſt magnitudo, ut bina etiā ad procerum & amplum tegēdū virum ſufficiant. hinc nōnullorū eſt opinio, his protoplaſtū frōdib. admiſſa noxa corpus operuiſſe. duo n. ad togā monachorū inſtar antrorſum & retrorſum parādā ſuffecerint. Vulg⁹ has ut lances & orbes mēſarios (at nonniſi ſemel inferri in menſam queunt) adhibet, alioſq; in uſus. Trunco ad anni finē moriēte, radix ſupſtes novum poſt emittit ſurculum. Alium hic itē fructum videas, quē Ananazā vel Ananā dicunt, cucumeris in modum, figura oblonga & orbiculari, palmari longitudine, colore flavū, quē pelliculæ adhærentes, velut ſquammæ paululum tumentes, & ad ad extremum virētes tegunt. Gratiſſimi odoris eſt, & decordicatus tot⁹ in cibum cedit. Pomi cydonii ſaporē refert, quin etiā ſapidior. Braſila is primum advect⁹, læto q; provētu excreſcit: hinc & à Luſit. peneōib. per Indiā comorantib. ſeritur. ꝓinde & in Mozābico hūc videas uti & fic⁹ ſuperiores adeo ut hu ... minime proprius, ſed toti Indiæ cōis ſit, uti & palmæ nucū feraces. Pomis a. piris, prūis, ceraſis

Fertilitas eiuſdem.

Ficus Indiæ

pomisq; Persicis ac similib. caret, aureis v. & cytrius malis abundat. Frumentum & oryza, tela, aliaq; in usum quotidianum necessaria, huc ex India advehuntur; quod mira incolarum in operando stupiditas. Caro omnis, bubula, ovilla, caprina, suilla, gallinæ, parvo comparantur. Oves caudam habent tantæ magnitudinis, ut quartæ corporis parti respondeat. Gallinæ non plumas modo sed & carnem & ossa nigricant, tametsi palato gratissimæ. at suilla hic in pretio, etiam ad corporis sanitatem, ut & medici omnem alterius carnis esu ægris interdicentes, huius cõcedãt. Nulla tota Insula, aqua dulcis; sed ẽ continente haud procul petita in urnis fi-glinis domi asservatur. Incolę, u.i Æthiopes Hesperii, nigri sunt; barbarie ac stupore maximo; vix ut ratione præditi videantur. Horum nonnulli, ob frequens cum Arabibus ante Lusitanorum adventum commercium, Mahometanam impietatem sectantur; hodie vero plurimi Christianis accessere: reliqui aut ethnici, aut numinis omnis ignari. Tanta siquidem omnium barbaries, nullum ut pleriq; Deum agnoscant. Nudi, pube tantum velata, quam panniculo tegunt viri: mulieres tela gossipina ab umbilico adusq; poplitẽ dimissa. qui vero continentẽ colunt, totum nudi sunt corpus, aliqui vereda velant. perfidia hi ac perversitate nobiles, vicatim distincti bello inter se sæpenumero contendunt: non alli regulos habent, alii præfectos, quos Xeques dicunt. ferina vivunt, & plurimũ elephantina. hãc enim ipsi devorant, dentes vero Lusitanis divedũt; quoru, ut & auri

Gallinæ, carnem ossa plumas hic habent nigras.

Incolarum mores,

Xeques dux est.

& argenti, quorum continens ferax est, & ambræ griseæ, quæ hac in ora frequens, commercia hic assidua. Hebenus etiam hic venit, cuius magna in continente copia: quin & mancipia, quæ dein in Indiam aliove aduehuntur. pollent enim viribus ac lacertoso sunt corpore, imperio parentia, & ad vilissima quæque. Nauigia habent solido è trunco cauata, nullis distincta cōpagibus, aut tabulis, nec clauis ferreis connexa. at naues maiores tabulatæ sunt, ferrum tamen aut clauos ignorant. tabulas siquidem spissis filaminibus, quę palmis auellunt, coniungunt aut consuunt.

Ante Lusitanorum in Indiam aduentum. Quiloæ tyranno (vrbs est maritima eadem in ora, ducentis ortum versus leucis remota) insula hæc parebat, perque prætorem, (Xequem vocant) ab eo regebatur. hic Vascus Gamma Lusitanus, qui iter hoc primum detexit, primum Indiæ nomen ab institoribus Arabibus & Saracenis hoc in emporio agentibus audiuit à quibus initio pro Turcis habiti Lusitani benignè accipiuntur. ast vbi è nauium imaginibus Christianos esse vulgatum est, prætorem & Mozambicanos in ipsos concitant. at caro hoc illis stetit. Nam per tormenta naualia emissis bolis discerpti plerique etiam ante prætoris ipsius pedes. Inde is animo vix tandem è summa trepidatione collecto supplices ad Gammam oratores pacis petendę gratia transmisit. Exinde Abrahemus Quiloæ regulus, Capralē Lusitanum, primum à Gamma Indiæ nauigatorem, Arabum instito

Quis hanc possideret insulam ante Lusitanorū aduentum.

Abrahemus Quiloæ regulus & Mozambici Dominus.

rum suasu, inuadere cum statuisset; Melindani reguli fratre factus insidiarum certior Lusitanus, periculo se subduxit. Vascus Gamma post cum vndeuiginti nauium classe Quiloam inuectus, regem tanto apparatu perculsum & ingenua prostratum, ob superiores Lusitanis irrogatas iniurias vinxit; sed libertate donatum Emmanueli regi stipēdiarium fecit, obsidemq; accepit magnæ auctoritatis virum, & à rege primum Mahometem Anconinum; quem à Gāma, si vectigal ipse abnueret, (ita enim secum statuerat) neci dandum, & hoc pacto metu ab hoc viro sibi imminente, dum regno illum putat inhiare, liberum fore credebat. Sceleribus enim Abrahemus nobilis erat, vt qui decessorem suum ex insidiis ad regnum aspirans iugulasset. Ergo dum idem ne sibi fiat, veretur (nam scelus scelere compensari solet) omnes sapientia, robore, & animo eximios, & hunc obsidem inprimis, à quo sibi maxime metuebat, suspectos habebat. Gamma ergo per obsidem perfidiæ regiæ factus certior: hunc, dum de suo vectigal pactum persoluit, liberum abire sinit, suumque cursum prosequitur. Aliquot post annis Franciscus Almeida cum magna nauium classe Quiloam tenuit, Regemq; per nuntios salutat hic scelerum & perfidiæ iniuriarumq; conscientia territus, clanculo de nocte vrbe se subduxit. Anconino qui ad vrbem remanserant, præsidiarii fecere sacramentum, illius vt ductu Lusitanis resisterent. Almeida vt tergiuersa... tem regem, neminemq; prodeuntem vidit, insidias

Illius nequitia.

Fugit Lusitanos veritus.

sti...

ſtrui ſuſpicatus, cum quingentis, claſſis robore, exſcenſione facta, Quiloam accedit; quam Luſitanorum aduentu comperto Anconinus deſeruit: nullo vt reſiſtente Almeida ingreſſus, neminem obuium habuerit, præter pauculos aliquos metu exanimatos. At dolum & inſidias dū metuit, & milites huc illucque prædæ cauſa diſperſos obrui poſſe credit, edicto vetat, nequis ordines deſerat; ac ne inopinato opprimeretur, omnes vnam in domum manubias ac prædā deferri iuſſam, inſigni æquitate inter ſuos diſtribuit, vnica ſibi dumtaxat ſagitta reſeruata. Tum vero arcem haud procul à littore, loco percommodo ſtatuit: quæ dum perficitur, Anconino, Quiloenſibuſq; per nuntios, libertatē & Abrahemi excuſſum iugum, cuius ipſe ſcelera pernoſſet, ipſis eſt gratulatus, & maiorem exinde quietem æquitatemq; pollicitus; daturum ſe quippe regem illis Anconinum, cuius iuſtitiam, prudentiam, honeſtatemque iam longo perſpectam habebant vſu: ſimul & ad pacem cum gente boni publici & ſocietatis mutuæ per cupida ineundam, bonorumq; poſſeſſionem adeundam eſt adhortatus. Hoc lætus nuntio populus Anconinum equo armato impoſitum læta feſtaque voce ad vrbem deducit: quem Almeida Emmanuelis nomine ſollenni cum ritu, impoſita capiti aurea corona, conſtituit, & tenue quotannis vectigal impoſuit. fidum ſe Emmanueli fore ſacramento ſpopondit Anconinus, & Almeidam honorifice comitatū orauit, oēs vt Arabas captos libertate donaret.

Quiloam Luſitani expilant.

Anconinū regem ab Almeida conſtituunt.

nec abnuit Almeida. Tum vero aliud ab eo rex petit, quod fidei eius & honeſtatis eſt argumentum orare ſe. Quoniam inter regem Alfudailé, (quo necato Abrahemus regnum inuaſerat) & ſe tanta coaluerat neceſſitudo, vt ſi ille ſuperſtes fuiſſet, haud grauate ſibi regnum ceſſiſſet, ſuperſtitem illius filium, in regiam aduocare bona illius cum venia liceret, qui ſibi defuncto in regno ſuccederet. etſi enim filios & ſceptro minimè indignos haberet, tamen ſi Alfudailis liberis hos præponeret, inſigni cum poſteritatis labe id ſe facturum. malle ſe proinde honeſtum filiis nomé, quam amplas relinquere opes. Rariſſimum inter ethnicos, nedum Chriſtianos exemplum, quo plurimorum & ambitio & perfidia, Deum, conſcientiam, honeſtatemque regnandi & honorum cauſa, peſſundantium, coarguitur.

Rarum fidei erga nepotes exemplum.

His Anconini poſtulatis, quæ Almeidæ ac Luſitanis tantam in Saracenis æquitatem mirantibus dum amico etiam demortuo in regno adeundo gratificatur, æquiſſima viſa, nemo auſus eſt refragari. Demortui ergo regis filium aduocat, cui Quiloenſes omnes, Almeida annuente, Sacramentum dixere, & Anconino ſe ſurrogaturos polliciti ſunt. Conſtitutis ergo Guiloæ rebus Almeida, arci præſidium ac præfectum dedit, ſalutaribuſque hunc ad loci tutelam præceptis inſtruxit: inde reliqua claſſis in Indiam curſum tenuit. At non multo poſt arce relicta, Mozambicum Luſitani Quiloenſis reguli inſulam tranſmigrarunt, quam ab eo tempore à reguli diuulſam iure, bello ſubiugatã poſſedere,

sedere, cum ob priores Abrahemi iniurias omne Quiloæ regnum magnæ æquitatis titulo inuasissent.

Hæc ergo insula cum ad nauseabundos medio cursu reficiendos, tum ad hibernandum, si quando vno Indiam spiritu pertingere naues nequeunt, percommoda videretur, arcem exstruere hic Lusitani decreuere: quæ cum melioribus comparari queat. Quatuor habet propugnacula, suum cuique angulo vnum; hac exstructa arte, vt singula varia portus loca tueãtur. ꝙ vero in insulæ sita lingula, tres eius partes mari alluuntur. Tormentis bellicis instructissima est: sed non vsquequaque firmo præsidio. at Lusitani omnes, & aduenæ, qui insulam incolunt, eandem, si quando opus est defendere tenẽtur. quadringentæ hic sunt domus stramineæ, ad indigenarum, qui Lusitanis tũ domi tum in subuectionibus seruiunt vsum; onera enim, asinorum aut equorum ritu deferunt, & terram, vti coloni nostrates, colunt. Dominicanorum sodalium hic cœnobium est, regio qui præsunt valetudinario, in quod è classe Lusitania vel India appulsa ægri inferuntur: quorum maxima hic interdum copia. Commemorauimus iam suprà ecqua hic Franciscus Xauerius & Gaspar Barzæus egerint: quorum ceteri, dum hic maris è nausea classis se reficit, vestigia insistẽtes, ægros visitant, consolantur, & omni quo possunt officio iuuant: Societati nondum hic domus; sed de ea exstruenda agi cœptum, tum ad Lusitanos & alios iuuandos, tum vero ad intro tum in

 Mono-

Monomotapam, in qua Gonsaluus Siluerius illustrem martyrii laureolam vti alibi dictum, accepit, Societati tentandum.

Obsident Hollandi arcem.

Iam quo à Batauis arx Mozambicana obsessa sit anno MDCVII. modo disquirendi tempus est. Hi ergo tam institorum quàm aliorum, diuersarum nationum collata stipe & ope, varias partim vt cum barbaris commercia instituant, partim vt Lusitanas naues onustas & arces, si quando his viribus praecellerent, inuadant & expilent, in Indiam misere classes. In Amboino, magno rei Christianae dispendio vt suo dicetur loco, id feliciter ipsis successit. Idem & Malacae & alibi tentarunt, sed impare successu. In praesens quib. Mozambicaná expugnare conati sint viribus, exponemus. Comperto ergo hanc Indiae velut claustrum esse, & commodam Europę venientib. ad reficienda corpora stationem, ipsam inuadere ac diripere contendunt, tū quo ipsi maiori securitate Indiam peterent, & Lusitanorum cursum praeciderent aut impedirent: tum vero vt per Cuamae ostia ad diuites auri fodinas, quas ad Monomotapam habet Africa, pertingerēt. Spē dabant neglectae ob diuturnam ac profundam pacem excubiae, vt per exploratores intellexerant. Hac spe classis Bataua octo bellicis instructa nauibus, ductore Paulo van Caerden, Martii initio anno MDCVII.

Illorum in-cœptio.

Mozambicum ingrediuntur.

Mozambicanum, sine vlla difficultate portum, etsi aditu perdifficili, mirantibus Lusitanis, inuehitur. Vt in conspectum haec venit, pretiosissima quaeque in arcem conuehunt Lusitani,

oryzæ tamen & milii (qui quotidianus hic cib') ingens copia, simul & domestica supellex, & pãni, quos cum auro indigenarum permutant, in arcem inferri ob temporis angustias non potuere. Iactis anchoris postridie exscensionẽ fecere, arcem nemine impediente inuasuri. Lusitani ob propugnantium paucitatem hostem non repulere, cum nonnisi sexaginta in vniuersum forent quorum viginti etiam armis ferendis præ senio aut pueritia inepti, vt præter mancipia, nonnisi in vniuersum quadraginta numerarentur. Præerat arci Stephanus Taidius, qui singulis arcis propugnaculis singulos præfecit tribunos. A Dominicanorum cœnobio cœpta oppugnatio, dein accedentes propius effossa per anfractus Europœo more terra, quo telorum ictus & sclopetorum ex arce librationes vitarent, vallũ erigunt & aggerẽ. Erat haud procul ædicula Archangelo Gabrieli sacra, quam in propugnaculũ erigũt, & aliud ad maris oram è saccis arena oppletis (omnis enim insulæ terra arenosa est) cõstituunt. in saccos paratur pannus à Lusitanis extra arcem derelictus, domuumq; fenestras & ianuas auulsas in opus suũ adaptant. Adeo ꝓpè ventũ, vt sæpe cũ obsessis de pacis conditionib. agerent. spẽ arcis cedendæ faciebat aquæ dulcis penuria, qua obsessos laborare imprimis norãt. Cisterna nãq; arcis etsi capacissima, ob intensos calores exsiccata erat. Hinc deficere animis obsessi: at cœlitus tãtus & quidẽ alieno tẽpore missus imber, vt triduo aquã circũ effluentẽ cisterna non caperet. Miraculi loco hoc habitum. nam

Exscendunt & arcem oppugnant.

Obsessis aqua cœlitus data.

hac in ora ventorum & imbrium ita ſtata ſunt tempora, vt ſi ſecus contingat, prodigium videatur. Dedit ea ſpem aqua obſeſſis, & oppugnantibus deſperationem. Hinc ſedecim Luſitani, aliquot Indis ſtipati, qui haud ita pridem Goa oneraria vltro citroque commeare ſolita, huc appulerant, eruptione noctu facta hoſtem adorti ſunt, &, tametſi conſciis excubiis, magna vi in caſtra irruentes quatuordecim neci dant, ceteris in fugam actis. Verum reliquis ad excubitorum cladem excitis, vimque repulſuris ad arma conuolantibus, in arcem Luſitani integri redeunt, præter inſulanum, quem ipſi dum per tenebras hoſtem credunt, quod teſſeram eſſet bellicam oblitus, incauti obtruncant. Duos etiam viuos in arcem pertrahebant, vt ab his de hoſtili molimine certiores fierent; verum ingruente ad liberandum multitudine, ne fortè reddere vi cogerentur, ceruices vtrique raptim præſecant, quas vnà cum trunco in arcem conuehunt; hoſtem per ſpeciem perterrituri, metuentem ne ab his, (quos viuos credebant) omnia molimina & conatus ſui patefacti ſint.

Eruptione facta hoſtē adoriuntur.

Interim obſeſſos acriter Bataui premunt, & variis illos locis & artibus oppugnant. Ergo pluuia & ſpiſſa nocte, muros malleis ſubruunt, vt facta ruina (neque enim arenoſa cuniculos admittit terra) puluere ſulphureo eoſdem deiicerent. verum hac comperta fraude obſtantes Luſitani, ignivoma iaciunt miſſilia; ad quorum fulgorem patuere conatus. horum igne vſtulati & ambuſti nonnulli, re infecta aquam petiere, incen-

Muris Hollandi euertere conantur.

incendium exſtincturi. Iam duo effluxerant menſes, nec profecerant hilum; muros enim omni conati arte ſubruere minime potuere. Veriti ergo ne à claſſe quam è Luſitania iam ſoluiſſe, & in vicino eſſe, temporis ſupputatione facta, vocant, opprimerentur, obſidium ad tempus ſoluere viſum, alio arcem tempore nihil minus opinantem preſſuri. Hinc in naues tormenta conuehunt, ſed non omnia. omnium enim maximum hoc quo ſequitur modo obſeſſis velut pignus manſit. Cymbæ hoc ipſum impoſuerant, poſtridie in naues illaturi. at tanta poſtera nocte procella incubuit, vt quo vincta erat cymba rudentem diffregerit. quare ſoluta retinaculo procul à nauibus æſtu in littus delato. forte Luſitanus cymbam hærentem vidit. aduocatis ergo mancipiis ſuis tormentum cymba eductum arena adobruit, & procul inde cymbæ ignem iniicit. Poſtera luce exſcenſione facta tormentum Batauí quærunt; ſed ab indigenis telis petiti, quinque ſuorum amiſſis, poſt tormenti iacturam in naues ſe recipere coacti ſunt. Middelburgi in Zelandia, vt ipſa nota baſtin ſcriptio, fuſum erat, inſculptaque fortuna cum hoc epigrammate, lingua Belgicaa, *Bonam fortunam exſpecto.* & ſane inuenit, vbi in Luſitanorum manus incidit. *Tormenti maximi iacturam faciunt.*

Claſſis hoſtilis præfectus, priuſquam vela daret, arcis præfecto litteras per indigenas miſit, quarum hæc erat forma: Hoſtis eſt hoſti hoſtilia facere: quare ſe priuſquam hinc abſcederent, quidquid inſula obuium haberet, ferro & igne *Inſulam vaſtant priuſquam abirent.*

delere decreuiſſe. verum quæ ſua humanitas huius ſe ante rei certiorem ipſum facere voluiſſe, &, ſi domos templaque perſoluto pretio à vexatione redimere vellent, facilem ſe experturos. Luſitani, cõſilio inito, cum hoſte paciſci minime è re ſua futurum putantes: A rege aliud ſibi ſuo iniunctum non aiunt, quam cum ipſis ad mortem vſque decertare, atque hoc ſe nuntiare. Batavi ergo, rabidorum canum more, inſulam ferro flammaque deuaſtant. Aedes D. Antonio ſacra impetum prima excepit, quæ in cineres redacta: dein priuatorum domicilia aliaque templa, præter vnum Deiparæ dedicatum, quod, quia ſub arcis muros (hinc illi à propugnaculo nomen) ſitum, aggredi, ne diſcrimen adirent, auſi non ſunt. Palmarum quas ante deſcripſimus plurimas, aliaſque arbores exciderunt, & omnia circumquaque deuaſtarunt. Tandem ad Maii finem vela dantes, non ea qua ingreſſi facilitate, portu egredi potuere, duæ quippe naues ſimul egredi conatæ, quo alteram altera à glandium ab arce emiſſarum imbre tueretur, vna vado hæſit. hæc Luſitanorum librationibus miſſilibuſque exarmata manſit & nauigationi inepta. Sed æſtu accedente educta in tutum per otium armamentis & apparatu omni nudata fuit; reliquum velut ſymbolum & pretium ceſſit. Tanta ſola hac naui iacturam fecere, vt omni, qui abegerant, prædæ reſponderet. Tandem in Inſula S. Georgii, nauibus, in egreſſu à Luſitanis nimiopere petitis, concinnantis, in Mozambico ducẽtis prope ſuorum amiſſis, alio

Abſcedunt vna amiſſa naui & ducentis ſuorum.

ſe

se contulere. Quæ sane iactura & clades non exigua fuit, cum tanto à patria disiuncti essent locorum interuallo ę Lusitanis mancipiisque viginti penę desiderati.

Vno post illorum discessum mense Lusitana classis, quę quinta Februarii eiusdē anni Olissipone soluerat die, in tres distincta naues, cui Hieronymus Cotinius præerat, appulit. vndecim hac Socii vehebantur, & inter alios Nicolaus Trigautius Duaco in Belgio oriundus, qui totam historiæ huius feriem litteris 24. Decembris Goa missis, ad suos perscripsit. Illorum huc S. Ioannis Baptistæ vigilia aduentus insulanis omnibus solatio fuit & recreationi. hostis enim reditum verebantur; nec frustra. rediere siquidem, sed re infecta discessere. Illinc vero tristis & deploranda insulæ exustæ & vastatæ facies, nouos aduenas & hospites illos præsertim, qui numquam hostilia viderant, ad commiserationem excitauit. Classis ergo præfectus, tormentis aliquot curulibus, quibus obsidii tempore excussæ rotæ, per fabros quos vehebat, rotas & pedanea addidit, & alia de nouo ad arcis defensionem fundi iussit. reliquo belli apparatu, & commeatu, aqua dulci, similibusque vtcumque instructa arx erat; vt auxiliis nouis non magnopere indigeret. Vbi in procinctu classis stetit, Indiam petitura, ecce duodecima Augusti, subito Batauа classis nihil minus cogitantibus apparuit. Ergo omnia mox arci illata, ægri quoque quos classis habebat, & Patrum aliquot, reliqui cum classiariis mansere.

Classis Lusitana Mozambicum appellit.

Quod

Quod vero Mozambicum redire velle Batavi viderentur, classis præfectus & primarii & militum plurimi pro more, noxarum confessionem peregere. Naues ad conflictum parantur, at hostis accedere minime ausus, in insulis proximis, iactis ancoris substitit. Lusitani illius quidem aduentum optabant, qui tum in arce, tum ad portus ostia ad vim se compararant, vt Batauos nihil omnino morarentur.

Hollandi denuo reuersi Lusitanos aggredi non audent.

Cotinius vbi commodam Goæ petendæ occasionem ac tempus elabi videt, dari vela iubet; at priusquam cursum conficeret, triplici sua naui Batauos septem instructos aggredi statuit; sed Mozambicani suis eum precibus & obsecrationibus mouere, vt in vicesimum Augusti diem dilaturum se profectionem spoponderit, quo viderent, quem hostis cursum teneret. Iam quintus & vicesimus venerat dies, nec ille loco digreditur, anni huius cursum impedire contẽtus. at Cotinius cognito nauibus Indicos Lusitanos, & quas adducebat copiis indigere, soluere omni statuit modo. Sed postridie Batavi sublatis ancoris alio commigrant, commodum Indiæ petendæ tempus elapsum rati: vix enim vmquam post XX. Augusti diem Mozambico Lusitani soluunt. quod commodus ventus & maris æstus, quem *moncam* illi vocant, hoc anni tempore assiduus sit, si vero serius profectionem instituant, æstu ventoque deficiente, illo quidem anno Indiam tenere nequeant. Hic tamen diutius tum quidem hæsere. & quamuis Nauarchus & Mozambicani classem hac in insula hiema-

Abeunt, & Lusitani soluentes in Indiam veniunt.

hiemare mallent; Cotinius tamen, ad quem ea res omnis ſpectabat, biduo poſt Batauorum diſceſſum naues inſtrui iuſſit. tamen quod vna nauium vado illiſa, nauigationi inutilis reddita eſſet, in tertium vſque ſeptembris diem ipſam diſtulere. ea tamen curſus fuit celeritas, vt X. Octobris Goam peruenerint. Hæc ſunt quæ de Mozambico dicenda habui, iam Monomotapam adeo.

Cap. XLII.

Quid poſt Gonſalui Siluerii mortem in Monomotapa contigerit; deque noua hic fidei reſtaurandæ occaſione oblata.

Monomotapæ rex poſtquam aliquot Saracenorum inſtinctu ac ſuaſu Gonſaluum Siluerium, & Chriſtianos pariter quinquaginta, quos ille extremo die ſuo pepererat, vt alibi dictum, iuſſiſſet occidi; qui eius in regia verſabãtur Luſitani, docent quam graui ſcelere ſeſe obligauerit: terrores inſuper addunt, non Deum modo indignam innocentiſſimi viri necem debitis pœnis, ſed etiam homines ipſos nobiliſſimi bello atque armis vlturos, quod ſcilicet regem ipſum eiuſque matrem, trecentos proceres & alios è populo baptiſmo tinxiſſet. Qua denuntiatione repreſſus regis furor aliquantulum reſedit, hinc magnum perpetrati facinoris dolorem oſtendere, & è conſiliariis ſceleris aliquot confeſtim interficite, reliquos qui clam

Rex Monomotapa dolet Gonſalui Siluerii necem.

rem

tem odorati se su duxerant ad necem summa diligentia conquirere. Hisce rebus perlatis in Indiam, Antonius Quadrius Societatis prouincialis aliquot Socios in Monomotapam, ad cœpta promouenda, quę felicem omnino progressum habitura sperabat, vtpote rege pœnitente & nostros tuituro, mittere statuit. Anni ergo sequentis M D L X I I. initio huc missi Petrus Toarius & Ludouicus Goezius, quibus Andream Fernandium, apud Christianos Inambanenses tum agentem voluit coniungi. Terni ergo Monomotapæ regem adiere à quo benigne humaniterque excepti. Ad aliquot hic hæsere annos, plurimos Christianæ fidei asserentes, donec Indiæ Prætore Comite Redondano, in Indiam ipso suadente reuocati. quod Lusitaniæ rex Sebastianus Monomotapensem bello lacessere decreuisset, tum quod Siluerium Comitis Sortellani, antiqua nobilitate inclyti filium necari iussisset, tum & alias ob causas. Nefas porro videbatur Patres tūc in regia versari, cum bellum regi indiceretur, quare Goam illis reuersis, missus huc anno M D L X X. cum numerosa classe Franciscus Barretus Indiæ exprætor. Hinc quatuor secum socios ducere voluit rex, & inter hos duos sacerdotio insignitos, Franciscum Monclarium & Stephanum Lupium. hi durante bello Lusitanos in iis quæ instituti sui erant iuuerunt. Francisco Barreto Imperatore aliisque veneno exstinctis, Socii in castris agentes in Indiā à superiorib. vocantur. verū Fernan. Monroyo in demortui succedente locū, patres Monomotapam,

Tres Patres in Monomotapam mittuntur.

Goam reuocantur, & quare.

tapam, cõperto quem antè fecissent fructum cũ ipso redire voluit. At res successũ caruit, quod Fernandus paulo post è vita decederet. Sæpe quidem hæc denuo post tentata missio, & spirituales animarum quæstus, at hactenus succedere res minime potuit.

Iam verò ita res disponere videtur Deus, spes vt non exigua sit regni huius potẽtissimi Christo asserendi. Anno namq; M D C I V. interioris regni Christiani Indiæ Prouincialem missis litteris orarunt, aliquot vt sibi Patres mitteret, à quibus docerentur ad doctrinam suscipiendam paratissimi. Batauorum tamen præda, & Mozambicana obsidio, illis succurrẽdi desideriũ ad tẽpus impediuit. Verũ quatuor post annis Indiæ Prorex designatus Rodericus Lauren. de Tauora, pietate & fidei amplificandæ desiderio ardẽs, Mozambici, vbi hiemabat omnibus exploratis, mox vt Goam & prouinciam adiit, hoc vnum imprimis spectabat (vti & corã ab Hispaniarũ rege in mandatis acceperat) quonã regnũ hoc & Lusitano nomini & Christo pareret modo. in quod occasio illi præclarissima oblata. Regni namque proceribus aduersus regem concitatis eumque regno deiicere contendentibus, ipse ad extrema redactus nec illorum resistere valens potentiæ, in regni partem opido Tetensi, in quo arcem Lusitani habent, vicinam confugit. Inter Lusitanos erat Iac. Simonesius, opib. potens & gratia apud regẽ valẽs, cuius hic auxilio potẽtiaq; perduelles subegit. Hinc beneficii accepti memor, aliquas

Occasio huc redeũdi Patribus oblata.

Proceres Menomotapa aduersus regem conspirant.

Luculenta affulget spes non minus quoad spiritualia quam temporalia, per vtilem hanc expeditionem fore. Monomotapensis quippe ipse Lusitanos ad possessionem fodinarum donatarum adeundam inuitat, quorum ille fidei ita se credidit, vt his solis, aduersus perduelles optimates, se committat. Hinc vltrò aduocat, & arciũ vbicumque visum fuerit, etiam haud procul ab vrbe regia, copiam facit ædificandarum. has enim sibi asyli ait loco futuras. Et sanè illorum sæpe est expertus fidem & robur, cum Deo dante, illorumque auxilio non raro perduelles profligarit. hinc Lusitanos velut indigenas habet & colit, & hi vicissim omnibus adeo terrori sunt, vt etiam libere in locis nondum regi assertis, velut Domini, versentur; licet aliquot secum duntaxat mancipia arcubus telisque instructa & sclopetos nonnullos ad prædonum vim arcendam trahant. hi enim ingentis præsidii illis sunt loco. quin & de diuersoriis rebusque necessariis illis non secus, quam indigenis, nemo non prospicit. *Quanti Lusitanos rex Monomotapæ faciat.*

Incolæ porro, vt qui omni pene superstitione carent, in fide Christiana suscipienda non vsque adeo difficiles sunt, vt reipsa docent ii qui in Lusitanorum veniunt potestatem, aut in seruos veneunt: vt per solos duntaxat stet operarios, quominus ad fidem omnes transeant. Indigenarum namque plerique in eamdem vltro propendẽt, & soli terræ subigendæ alendisque pecoribus student. Omnes facultates in armentis consistunt, quorum hic ingens copia, boum impri- *Indigenarũ ad fidem propensio.*

mis & vaccarum. Quocirca rasæ instar sunt tabulæ, cui quæ lubita sunt, inscribas licet. Ceterum intima regionis bonitate gaudent; cœli hic mira temperies & soli vbertas, vtpote quod plurimi & lati irrigant torrentes. Arbores habet plurimas, & quibusdam in locis cannas sacchareo liquore diuites, quæ iniussæ & incultæ veniunt. Auri porro & argenti, quas habet plurimas, fodinæ Lusitanos huc maxime alliciunt.

Monomotapæ opes.

Primarium porro fidei obstaculum, etiam olim Gonsalui Siluerii tempore, simul & quæstus terreni & auri fodinarum habendarum, etiã Francisco Barreto huc expeditionem mouẽte, fuere Saraceni, potentia & auctoritate apud regem valentes, vt qui necandi Gonsalui illi auctores suasoresque fuerint, & post Lusitanorum copias lacte aliisq; cibis veneno infectis per castra diuenditis destruxere. hinc ducenti & amplius hac labe exstincti, ceteri re infecta reuerti, Saracenis plaudentibus, aliudq; non spectantib. quam vt Lusitanis abactis, solis sibi Monomotapæ diuitiis frui liceat, compulsi sunt. At hodie vix vlli supersunt, nisi pauperculi & impotentes. Etsi enim Lusitani cœptam regni huius subiugationem interruperint, nihil tamen partorum amisere: & ad centum quinquaginta leucas dilatato imperio, Saracenos semper exagitarunt: quorum numerus ita imminutus & vires accisæ, vt, qui ante plurimi & potentissimi, vt omnia pene possiderent, hodie nonnisi dissimulantib. & conniuentibus indigenis & Lusitanis, agant, nullo sint loco, nulla per regnum potentia, qua

Saraceni hic in ordinem redacti

vel

vel temporali vel spirituali, regni huius conquisitioni, vti hic olim, obstare queant, sicut in omnib. Orientis locis, in quib. aut imperium aut fides Saracenica dominatur, reuera obstat. Deũ ergo venerantes precemur, vt in regnum hoc, & Euangelii præcones benedictionem effundat, vt qui speratur, fructum colligant. Hactenus trãs promontorium Bonæ Spei hæsimus iam ipsum superemus, Angolamq;, in quam tamen terra è Monomotapa iter patet, adeamus.

CAP. XLIII.

Sobæ Angolani aduersus Lusitanos conspirant, quo ad obedientiam regiam & fidem Christianam reducti sint modo.

PAulus Diazius Nauaezius cũ Sobarum Angolanorum pleiosque (sunt hi terræ quique suæ reguli, velut nostrates Comites Marchiones & Duces, etsi regem inter se habeant) Lusitanorum imperio asseruisset, anno MDXXCIX. illo demortuo, ad vnum omnes Lusitanum excussere hac occasione iugum. Omnis regni Angolani subiugatio à consuetudine quadam seruari hic solita dependebat: Soba enim subactus dominum aut protectorem è regis à quo debellatus est aula quem vult sibi deligit, ad quem si quæ incidant recurrat, & suam apud regem causam agat, Soba autem huic in omnibus pateat necesse est. Atque ita Sobæ omnes, qui Angolano subsunt regi, suos apud illum *Sobarũ Angolanorum consuetudo.*

conſeruatores & curatores habent. qui tametſi illis aliquo dominentur modo, emolumentum tamen hinc tenue prouenit. Hinc & Paulus Diazius mox vt Sobam aliquem ſubactum regi Luſitaniæ vectigalem reddidiſſet, protectorem defenſoremque ei dabat plerumque vnum è ducibus viriſque primariis quos apud ſe habebat; ſæpe quoque & Patrem ſocietatis, ita poſtulantibus Sobis, vt qui, qua eſſent apud præfectum poteſtate & auctoritate noſſent: tum vero quod tanta in Angolanos eſſent caritate & benignitate, ſæpe vt ipſos ab iniuriis & violentia externa tuerentur. Aegrè hanc adibant prouinciam Patres, at præfectus ipſos quam enixiſſime orabat, quod Sobas, quibus præeſſent Patres, ſibi regique fideliores quam alios experiretur. Eo vero curam hanc libentius ſuſcipiebant Patres, quo ſobas, quos protegebant, ad fidei Chriſtianæ veritatem audiendam & ſuſcipiendam audientiores redderent. Cum enim variis ab ipſis afficerentur beneficiis, maiore in ipſos erant affectu, & aures dabant libentius.

Sobæ apud præfectum curatores habent.

Quamdiu conſuetudo hæc vigebat, quietus & tranquillus rerum erat ſtatus. at, nonnulli (regione an proprio ſtudentes quæſtui, incertum) præfecto Angolano aliiſque Catholicæ Maieſtatis Magiſtratibus in regia agentibus, ſuadent haud eſſe conſentaneum alios Sobis curatores ac patronos dari, quam ipſam Maieſtatem regiam. Placuit hoc Regi Catholico, & Angolano præfecto deinde conſilium, non conſultis prius iis qui patriæ ritus & conſuetudines pernoſſent,

Quibus ſublatis ſeditio non concitant.

nossent,& liberam ab omni affectu sententiam pronunciassent. Hinc Sobæ duci: us aliisque viris primariis, qui ferro eos & sanguine suo multisque laboribus ac vitæ periculis regi subegissent, tolluntur; quin & Patricius sui. ob quos potissimum hæc mota procella. Indigne hoc ferunt Sobæ, ablatisque patronis tollunt cornua, iugum Lusitanum excutiunt, & conspiratione bellum Lusitanis indicunt. Sæpe quidem eos ad officium reuocare Lusitani conati, per insidias & aperto marte sunt profligati. Hinc ita Lusitanum in Angola nomen viluit, vt anno sexcentesimo supra millesimum, huc misso Ioanne Roderico Cotinio, è centum quinquaginta Sobis Lusitaniæ regi stipendiariis, nullus in fide data perstaret. At quod maiores quàm alius antè copias secum haberet, & liberalitate, prudentia, & barbarorum dirigendorum arte singularis esset, plures ad eum Sobæ rediere, & Catholici regis iugum vltro suscepere. Etsi vero plurimos suorum aeris intemperiem minime ferentes mors statim absumpsisset, sexcentos is tamen Lusitanos, & aliquot barbarorum vltro se illi iungentiũ millia sub signis habens, interiora regionis penetrans, haud procul à Cafuchei Sobæ potentissimi, quique iam ante Lusitanos sæpe fuderat, ditione castra locat. Ea autem Cafucheus erat superbia & insolentia, vt non solum candidos oẽs, id est Lusitanos (ita.n.& hos & reliquos Europæos corpus candidos, ipsi nigerrimi nuncupant) se deuoraturum comminaretur, sed & totius Angolæ sibi imperium sponderet.

ret. hinc illum rex ipse formidare, tum quod iuxta Angolæ leges & consuetudines regni futurus sit successor, tum vero quod ceteri illum Sobæ colerent & amarent, vt iam de illo in regem surrogando tractarent; per quem se Lusitanorum iugo eripiendos crederent.

Ioannis Cotinii mors.

Hinc ergo ante alios subigere Cotinius voluit, vt hoc profligato ceteris metum incuteret. At communis patriæ lues virum corripit, & post pauculos dies, Christiano ritu, vti vixerat, demoritur. Successorem nominauit eum, quem litteræ regiæ, arculæ inclusæ, cuius clauim P. Georgio Pererio Societatis Iesu, quem apud se habebat, tradidit, designarent. Huius post obitū tumultuari Lusitanus, duces quoque inter se cōtendere, parum vt abesset, quin inter hostes mutuis se peterent vulneribus, sexaginta à mari remoti leucis. Verum omnem hunc motum facile compescuit Sacerdos noster, è litteris regiis successorem iis dans Emmanuelem, Seruerium Pererium, cui vniuersi cum sacramentum præstitissent, omnis repente quieuit tumultus.

Emmanuel Pererius il lius successor.

Is igitur decessoris sui molimina prosecutus, valida mox manu Cafuchei fines ingreditur, omnia circumsecus vastat, & primarium eius opidum, amplum satis & domibus licet stramineis, vti omnes Angolanæ, frequens, incendio delet. Triplici eum fregit prælio vt nonnisi vnum suorum, etiam in castris morientem, amiserit: quorum postremo maxima barbarorum facta strages: Cafucheus tamen fuga dilapsus in tutum se recepit. Vicini Sobæ ad Cafuchei cladem

Cafucheū profligat, & auri fodinas Cambambanas inuadit.

paulū

pauidi,alii Pererio se subdidere,alii de nouo stipendiarii Lusitanis facti sunt. Solus Cambambanus Soba,in cuius ditione auri fodinæ, bello cum ipsis cōtendere voluit.Sed variis illum fractum præliis,Pererius in montem, quin & hinc pulsum,ad alium Sobam sibi notum confugere compulit.At hunc reddi rex Angolanus iubens ceruices illi præcidit.Pererius hoc comperto,alteri Sobæ Angolano qui eius in castris versabatur,& ad quem hereditario iure hæc ditio spectabat, locum tradidit. quocirca iniustus possessor, non possessionem modo sed & vitam amisit.

Hoc ergo modo argenti fodinas & omnem Cambambæam prouinciam, qua nulla in vniuersa Guinea salubrior, & cuius alius aer & natura quam locorum mari vicinorum, occupauit Lusitanus. Mox arcem commodo aptoque loco summa construit diligentia: hæc non modo in montis est vertice, sed & Coaxza flumen radicem eius allabitur. cuius ostia ad Loandam insulam,in qua & vrbem & portum habent Lusitani, vt maris æstu allabente, ad vsque arcis mœnia (quæ LXX. à mari abest leucis) naues sine vllo impedimento, quinque ad summum diebus,facile pertingant,& totidem inde Loandam redeant.Hoc argenti fodinæ custodiri pacto poterunt: quas præfectus,ducentorū quinquaginta militum arci imposito præsidio;effodi variis in locis iussit: & aliquod inde eductum specimen videntes fossores magnam argenti hic esse copiam quin & aliorū metallorū, asseruere.

Arcem loco apto construit.

Rex Angolæ legatis illi mittit.

Non nisi tredecim arx hæc à regni metropoli abest leucis. hinc rex, comperto Lusitanos munitum habere locum, legatos iis misit, qui de omnibus coram, vt quidem dicebat, certiores fierent, viderentque num Lusitanorum hic præfectus ageret, cui de re bene gesta suo illos nomine gratulari, & regis in rem Christianã semper studium & animum aperire cupiebat; at per eos qui hactenus præfectos egerant, stetisse quominus suo desiderio satisfaceret. Legati cognito rem, vt audierant se habere, coram sunt congratulati: tum vero mirati, viso Lusitanorum copias ad certamen manusque conferẽdas instrui. Ergo abeundi potestatem sibi fieri petunt, vt ad regem hæc perferant, quo digniorem præfecto Lusitano legationem destinet. Non multo igitur post quatuordecim Angolanos, & quidem plerosque sanguine sibi proximos, ad Lusitanum mittit. per quos nihil sibi fore ait gratius quam Lusitanorum amicitiam colere, & orare, vt iis quæ conquisierant contenti viuant, atque hæc illis libenter se cedere; cumque argentum expeterent, magnam se daturum eiusdem copiam; ceterum amicitiam societatemque ita colerent, vt ab vrbe regia Dongo (id enim ei nomen) ad vsque arcem Cambambæam nulla herba excrescat; quo ille loquendi modo magnam inter vtrumque locum communicationem ac commercium desiderare se significabat. Addidit insuper (verumne sit an secus, ignoro) vti & alias, magno se hactenus Christianis accedendi desiderio fuisse, & modo etiam esse. Loandæ

Amicitiam Lusitanam ambit.

andæ tum præfectus, vnde è Cambamba descé-derat, eo propediem rediturus versabatur; atque hic eum legati conuenere. benignè eos Patres qui hic domum habent, excepere, quod illis longe fuit gratissimum.

Argenti effodiendi, cui filii huius sæculi inhiant, occasione, diuina misericordia animarũ, quas forsan illa ab omni terrenorum affectuum sorde & scoria spiritus sancti flamma excoctas in thesauros suos inferre vult, fodinas detegendas & aperiendas speramus. Patres enim nostri, hic ad cordium Angolanorum fodinas effodiẽdas, & veræ argentum fidei educendum agentes, nullam tota Guinea & forsan Africa gentẽ, ad doctrinam Euangelicam suscipiendam, hac paratiorem instructioremque haberi posse scribant. Valent enim ingenio, tametsi linguæ ipsorum ignari, stupidos ipsos & barbaros, vt ipsi vicissim Lusitanos, sermonis ipsorum imperiti, habeant. Hinc eidem ediscendæ Patres toti incumbunt. sperant quippe huius cognitione nõ Angolanos modo, sed & gentes vicinas, Christo nomen daturas. quarum iam sæpe reguli missis ad Lusitanum præfectum nuntiis aliquot sibi Patres mitti postularunt, à quibus ipsi cum suis & baptismo tingerentur, & Christiana sacra susciperẽt. Mitti verò tales volunt, qui nullas domi alant fœminas. vnde quæ doctori Euangelico sanctaque tractanti necessaria sit, inter barbaros, solo rationis lumine illustratos, præsertim castimonia, apparet.

Angolanorum conuertendorum quæ sit spes.

In Loandensi Patrum domo nonnisi tres ad

summum tunc erant sacerdotes, & otidem fratres; ceteris qui patrii sermonis periti Angolanorum conuersioni studuerant, iam demortuis; imprimis P. Iacobo Ferrerio, cuius an. MDCII. mense Maio obitu, magnam res Angolana spiritualis iacturam fecit. Erat is enim sermonis patrii gnarus cumprimis, magnæque apud barbaros auctoritatis, & miræ in iis Christo asserendis dexteritatis. hinc omnes Loandæ pagos magno zelo & incredibili ardore, tum fidem docendo, confessiones excipiendo, tum afflictos consolando obibat. Hac in insula viginti prope sunt Christianorum indigenarum millia, præter oppidi S. Pauli & Massangani incolas.

Iacobi Ferrerii Soc. Iesu dotes.

Hunc Patrum defectum supplerunt missi anno MDCVI. Franciscus de Gois, & Eduardus Vazæus sacerdotes, simul & Antonius Barrius frater, qui magnos toto itinere, quod quinquemestre fuit, etsi vno aliàs mense confici queat, labores & pericula experti sunt. Aliquos hic recensebo, vt quæ qui ad maiorē Dei gloriam & animæ salutem hanc nauigationem suscipiunt, discrimina subeant manifestum fiat.

Duo Patres anno 1606. in Angolā à Lusitania missi.

Ad finem ergo Ianuarii è Lusitania cum soluissent, naue non vsq; adeo bona, & rimosa, vt aquam biberet, ad Maderam, eamdem concinnaturi applicuere. tum tertia decima Februarii vela dantes, quinta post die tam fœda tēpestate iactati sunt, vt in præsentissimo mortis triduo versarentur periculo. tantum. n. aquarum hauriebat nauis, vt ter quaterue mergendos se crederent. Vt æquatorem sub æquinoctium vernū

attigere,

attigere vehemētiſſimos ſolis paſſi ſunt calores: ventum interdum ſecundum, interdum aduerſarium. At mari ventis turbato ita rimoſam perbibit nauem vnda, vt quatuor cingi illam oportuerit rudētib. ne ſubintrāte aqua oppletæ ſubſideret. nam binis hæc antliis exhauriri vix poterat. hinc claſſiarios vnum in locum vocatos, Patres, periculi inſtantis cauſa, animæ vt ꝓſpicerēt, peccatorumq; confeſſione Deo facta ad mortis ſe diſcrimen pararēt, ſunt adhortati. Nec ſurdis hæc accepta aurib. omnib. ad piacularē exomologeſin ſe diſponentib. Hāc vix primus peregerat, cum nauarchus ſub noctem in carinā deſcēdens, rimam, q̄ fruſtra toto quæſierat die, forte fortuna reperit. Diuinæ hoc prouidentiæ bonitatiq;, pœnitudine eorū q vel noxas ſacerdoti iā aperuerant, vel ad ipſum ſe diſponebāt, pacatæ, optimus quiſq; attribuit. Secuta poſt alia nō minus fœda tēpeſtas: at voto hæc Deiparę cōcepto detumuit. Ergo ipſo Ioan. Bapt. peruigilio ſeptē à Loanda, quo curſum direxerant, leucis appulere. Apparuere hic duæ Batauorum naues, altera maior, minor altera ſed à tormentis inſtructę: hæ Luſitanam inermem proſecutæ, ad deditionem cōpulere. Luſitani confeſſione præuia Batauis ſe cū dediſſent, hi nauē ingreſſi omnia perſcrutantur, per arcas apertas graſſantur, & quidquid dignū expilant. Anabaptiſtę aut Caluiniſtę cū forent, quidquid ſacrum ſanctumve ludibrio habent, agnos præſertim cereos, crucifixi Chriſti ac Deiparæ imagines, vt taceam contumelias & indignitates in eadem commiſſas,

In præſentiſſimo naufragii verſantur periculo.

ne

ne Christianas offendam aures. Dixisse sufficiat, fecisse illos quæ hæresis & rabies hostilis suggerebat, & Deus Opt. Maximus permittebat, magno sane Catholicorum & Patrum præsertim cum dolore, qui mortem potius occumbere, quam hæcce videre sacrilegia, & audire calumnias maluissent. In Patres tamen haud iniurii fuere, etsi ad mortem hi subeundam iam ante se dispofuissent: at minime id visum superis. Maioris tamen nauis præfectus & omnium caput, cum P. Francisco de Gois disceptare super fidei rebus cœpit: Lusitanæ enim linguæ erat peritissimus nam Olissipone diutius agyrtam & circumforaneum egerat, aliorum institorum distrahens merces. quadriennio dein in Angola commoratus omnium circumquaque locorum emporiorumque erat peritissimus. Is ergo cum Francisco conferens, quod ignarus esset, ad illius responsa quod replicaret non habebat, at singula risu ludibrioque excipiebat.

Piratarum caput cum vno Patrū disputat.

Hinc stomachatus è sua omnes naui (erant autem in vniuersum quinque & viginti) abire iussos in suam ipsos cymbam compegit, adeo quidem arctatos, vt remis agitandis vix spatium suppeteret. deerant vela, & vnde pararentur, nihil habebāt. in vasto erant æquore, tribus ab ora remoti leucis. Bis de die, & bis noctu submersionis adierūt periculo (hoc enim vnum piratæ spectarant:) at suos protegente Deo, non ventos modo & vndam, sed & Balenas, euasere. Vbi enim oram legebant, ecce derepente bellua cymba ipsa maior, exerto ad remos capite, recta cym-

In cymbam omnes compingit.

A Balena iminens discrimen euasere.

cymbam petebat: tantus hinc omnes inuasit metus, vt esset qui exanimis in terram conciderer, & linguæ vsum amitteret. Hac visa Franciscus à Gois, è scamno in quo remigans sedebat, ilico exsurgens, crucifixi effigiem quam semper manica occultarat, ne forsan hæretici ipsam cōtumeliose haberent, exerens inclamat, *Iesu adiuua nos*; quem mox omnes clamore sublato secuti sunt. Ad hunc bellua se dimittens ipsam subingreditur cymbam. Illi vero, dum hanc tergo belluæ subuertendam putant, nō minori quàm ante formidine correpti sunt: at denuo diuina inuocata ope nullum à bellua passi sunt damnum.

Vix hoc euaserant discrimen, ecce tam horrenda inualuit procella, vt singulis prope momentis agitata ab vndis hinc tumentibus, illinc subsidentibus cymba, mergenda videretur. hoc semper timuerant: onerata etenim & exigua cymba ad minimum, petitura fundum, videbatur turbinem. sed & hoc eos Deus eduxit periculo. Vlterius progressis alia apparuit balena, quam ad metum incutiendum & nocendum conduxisse cacodæmon videbatur, Diuina si manus copiam fecisset. Recta enim cymbam, integro aquis exsiliens corpore, petebat; metu vt nemo nō expallesceret. Verum hac accedente optimum nauarchum Iesum omnes inclamātes *Adiuua nos Iesu*, ingeminant. Tum bellua fundum petens post dein minime comparuit. Tandem igitur variis defuncti periculis Loandam sospites peruenere, quos præfectus & ceteri omnes insigni beneuolentia excepere. Hæc nauigationis

Item tempestatis.

Rursus balenam.

Loandam perueniunt.

uigationis huius series quam P. Franciscus à Gois anno MDCVI. suis decima Iulii datis litteris in Europam perscripsit. Verum ad lineam.

Missio Sacerdotũ nostri ad varios Sobas instituta.

Hi ergo Patres cum appulissent, variæ per interiora regionis ad Christianos Sobas missiones sunt institutæ. Obiuit has P. Gaspar Azeuedus, quem Antonius Sequerius coadiutor comitabatur. Vndevicesima Augusti eodem anno iter ingressi vbi ad primum venere Sobam, obuli omnes fugam, velut visis feris & siluestribus hominibus, inibant. aliqui quidem eminus eos cōspicatum veniebant, at deinde fugiebant. Nec prius fugiendi finis, quam duo Sobæ ipsius filii, patris iussu, coram adfuere: quem tamen conceperant metum, euidenti signo demonstrantes. Reliqui autem hinc illinc fuga dilapsi, viso Sobæ filios cum Patribus agere, propius acccessere. Tum doctrinam illis Christianā lingua Patria tradere Patres cœperunt, quam tam auide audiere, vix vt comedendi cōcederent spatium, doctrinæ audiendæ percupidi. vtque melius orationem dominicam, salutationem angelicam aliasque preces retinerent, nodis in funiculis quos habebant collectis memoriam refricabāt. Vicus hic Christianis abundabat, iam ante baptismo tinctis, & facile bis mille recensebantur, at signum crucis formare nemo poterat, nam fidei ignari erant omnes. Sed paucis post diebus omnes omnia Christianæ fidei capita & preces catechisticas tenuere, quas noctu & interdiu suæ quisque domi cantando repetebant. Repertum

pertum & hic idolorum fanum cum omnigenis tum virorum tum fœminarum ſtatuis, ac pleriſque caprarum ac teſtudinum capitib. aliarū ferarum pedibus & elephantum oſſibus, aliiſque immunditiis. Hæc igni tradidit ſacerdos, omneſque præſtigiatorum minas mera eſſe retulit ſomnia. dixerant quippe, hæc qui idola contingeret, morte repentina percutiendum. Triginta hic pueros baptiſmo admouit, illi vero digredi volenti comitem dedit vnum filiorum Soba; alter vero clam matre eodem ſe proripit. ſed inde inuitus & lacrymans, pro eo quo in Patres erat affectu, domum reductus eſt.

Inde ad alium magnæ auctoritatis Sobam Caſignam nomine, quatuor aliis Sobis dominantem, digrediuntur. Is vt adeſſe Patres comperit, cum hiſce Patres adiit. Quamuis autem ab annis aliquot Baptiſmi Sacramento à ſæcularibus ſacerdotibus luſtrati eſſent, nudum duntaxat Chriſtiani nomen habebant. Potens enim ille Soba pluſquam trecentas alebat vxores, atque id potiſſimum potentiæ oſtentandæ cauſa. quo enim plures quis alit, eo habetur & honoratior & potentior. Nullus item crucis formare poterat ſignum.

Templum hic extrui dum vult Sacerdos, cum conſiliariis ſuis, quos Maconas vocant, rem ſe tractaturum Soba reſpondit. Eoſne conſuluerit, nec ne incertum, Sacerdoti tamen non reſpondit. Hic ergo nihil moratus modico in colle ad Sobam ſpectante

ſacra

ipſumq; obſecrans aliquem vt ſociorum ad ſe mittat; qui ſe ſimul & regnum vniuerſum baptiſmo luſtret. Præfectus ergo loci cum Epiſcopo Collegii noſtri Rectorem adit, aliquem vt ſuorum ad regem illum mittat, rogans. Deſtinati in hanc miſſionem P. P. Gaſpar Azêueredus & Franciſcus à Gois. Eſt autem Cacongus Congo ſimul & magno Macoco Anziquôrũ regi conterminâ; quin & reges Angoyanum, Bungenſem, & Biangenſem vicinos habet. Amplè lateq; regnum hoc patet; & ad vſq; opidum Pindam, quod XXC. ab inſula Thomæ Leucis diſſitum, mari in ipſum ingreſſus patet; Pinda verò aduerſo Zairi flumine, quatriduo in regnum hoc, iter eſt.

Rex item Loangi, cuius regnum centum viginti ab Angola diſtat leucis, quatriduo vt mari hinc in ipſum tranſire liceat, Patres Societatis nominatim ad ſe euocauit, quorum opera & fidem doceatur, & ſalutaribus baptiſmatis aquis tingatur. Quid vtroq; in regno factum ſit nondum compertum habeo; hinc ad alia Africæ regna magis ad Septemtrionem vergentia, & ad Guineam ſpectantia; in quibus eximius collectus fructus, tranſibo.

CAP. XLIV.

Superior Guinea, eiuſq; portus, promontoria, flumina, incolæ, eorumq; ritus deſcribuntur.

EX quo occiduum Africę latus detexere Luſitani, Guineæ nomine dixere quidquid Zanagâ flumine, quod in decimo ſexto ſe- *Guinea tergo.*

ptentrionalis altitudinis gradu in oceanum se exonerat,&regni Angolani finibus, qui in tertio decimo eleuationis australis desinunt, continetur. Eam tamen duplicem faciunt; hanc superiorem nomine ab vrbe celeberrima & metropoli Genni, dicto Zanagæ fluuio imposita ducto vocát. hanc ad Congum vsq; extendunt quæ sesqui trans Aequatorem sita gradu. Illam inferiorem, regna Congi & Angolæ complectentem. At quoniam hanc tertio historiæ hui⁹ libro, dum vtrumq; hoc regnum descripsimus, quibus illa comprehenditur, lustrauimus, in præsens superiorem ob nonnulla quæ post annum MDCIV. hic in fidei Christianæ progressu contigere, decurremus. Ergo illa Africæ pars, quā superioris Guineæ Lusitani donarunt nomine, quod altera Boreæ sit propior, hinc à Zanaga, quem veteres amnem Stachirin vel Daranatum dixere, initium habet: indeq; semper in Austrum tendenti occurrit mox caput viride, Arsinarium Ptolomæo aliisq; veteribus dictū, quo nullū hac in ora in mare prominenti⁹. Ex hui⁹ opposito insulas videas, quas à capite viridi Lusitani indigetant, ꝙ huic vicinæ quas anno MCCCCXLVI. desertas incultasq; ipsi cōmuni iure gentium occuparunt. has nonnullorum iudicio Gorgades at hesperides nuncuparunt prisci. Duodecim sunt in vniuersum; quarum primaria hodie à S. Iacobo nomen habet, in qua vrbem Lusitani munitam habent, cui Lusitaniæ regis nomine præfect⁹ præest, cuius non in insulas modò, sed & omnes superioris Guineæ Lusitanici iuris arces & ópida dom-

Genni vrbs

Guinea inferior.

Superior Guinea.

Insula capitis Viridis

Insula S. Iacobi harum primaria.

nium extenditur. Insulæ huius Episcopus Olissiponensi Archipræsuli subest. In 15. penè altitudinis borealis posita est gradu, & vnde viginti in longitudinem, & fermè duodecim in latū leucas patet. Montibus abundat, ideoq; itinera impedita. Pluuiam nisi Augusto, septembri, Octobriq; mensib⁹ hic nullam videas, tum enim hic hiems. mira tamen soli feracitas, valles siquidem omnigenos & plurimos producunt fructus. Singulis anni mensibus melopepones suauissimos profert, & cannas Saccareo succo turgidas mira copia. omnis generis carnem hic reperias, præsertim gallinas altiles, & similia volucria. Equorum hic ingens copia: Incolas habet plurimos, licet grasso sub aere & insalubri; opidum autem S. Thomę, quòd incommodo situm loco, omnium in saluberrimo. at duabus inde leucis aliud, quod à Praia nomen habet, & commodè situm, mira cœli gaudet temperie; quin & facilem habet portum. nam modico in colle exstructum. collem duplex hinc inde flumen circumdat, quæ in mare se exonerantia, duos constituunt sinus. quorum alter insignis, limpidus, & plurimarum nauium capax, fidam illis stationem præbet; cùm ad fauces insulam habeat, ad q̃ omnes maris vndę frangantur, vt nō minus hic quàm in amne qđm placido tutæ sint naues. numq̃ vt aliqua periculum adeat, cū in Thomęi opidi portu plurimæ vado illisæ pereant. Tamen quod Praia exiguū sit opidum & raros habeat ciues, hinc hostili furori facilè cedit, hinc sæpe expilatur & diripitur,

Fertilitas.

Opidum habet S. Thomæ nomine.

Item Praiā.

præsertim à Batauis, qui in insula vicina Maió de rebus sibi necessariis prospicere solent: nam nocte vna hinc in Praiam transire possunt. Et iam aliquoties ipsam expilarunt, cum qui se opponant vix vlli sint ciues. Si vero institoribus aliisq; hac commigrare volentibus prærogatiuæ darentur, multi haud dubiè hic confluerēt, itaq; vim retunderēt. etsi in insula ad sinus fauces arx construeretur, inimici facilè aditu prohiberentur. Sæpè quidem hactenus ex opido Thomæo mercimonia aliaq; iura, cum ob nauium securitatem, tum corporum sanitatem transferenda huc dicebantur at frustra laboratum. Huic vicina sunt aliæ septem, quæ Barlouentanæ dicuntur; quarum hæc nomina, Maius, bonus visus, S. Nicolai, S. Antonii, S. Vincentii. & S. Luciæ, & quæ à Sale nomen traxit. Incolis hæ abundant, & pecore, & armento, & ferina. hinc plurimi venationi dediti, carnes in vsum nauium salè condiunt. pelles hinc petitæ à varia Europæ deferuntur loca. Batauí & alii Maium adeunt, partim vt salsas hinc carnes & salem in Bataulam deferant, parum etiam vt hinc vel in Occiduam vel Eoam Indiam soluant. Ad occasum magis vergenti occurrent duæ, quæ ab igne nomen traxerunt Insulæ; quę vitium ac præstantissimi vini feraces. tandem incides in insulam Brauam, in qua etiam carnes sale condiuntur. Hos omnes quòd mira omnium sit barbaries & rerum diuinarum stupor, excoli in fide oporteret; at desunt operarii vti & Guineæ superiori, de qua iam loqui incipiemus. Ergo

Insulæ Barlouentanæ

Ergo ad oram maritimam redeamus. è Lusitania præter fretum Gaditanum nauigantibus, occurrit primò regnum Ialoesorum, cuius ad Septemtrionem initium Zanaga constituit, quo à Mauris Barbaricis distinguitur; ad occasum oceanus limes est; ad ortum Ialoesos nigros, qui Fulli Gasalli dicuntur, ad Austrum Berbecinos respicit. Patentissima est regio, nam centum & viginti quinque in longum leucas patet. Omnigenis abundat fructibus, frumento & rebus ad vitam necessariis. Rex potens est & auri diues: cuius magnam ille in vrbe regia Tubacato vim asseruare dicitur. Incolæ, tametsi nigri scitè compacta aptataq. habent membra, bello strenui: equitatu potissimum valent in ora maritima nobilia aliquot habent emporia, quorum facile primum Bezigucha, quod insignem & amplum portũ habet, à ventorum turbine propter obiectam insulã tutum, inter quam & continentem sinus & quem dicimus, portus interiacet. Lusitanorum hic olim erant commercia compendiosa, at in præsens Britanni & Bataui, aliiq; ad septemtrionem populi hæc inuasere huc velut in propria commeantes, tum vt cum Ialophis commercia ineant, tum vt hinc in reliquam Guineam, Brasiliam, & Indiarum regna profectionem adornent. Potissima sunt cum Lusitanis quibusdam, quos Tangosmaos vel Lançados vocant commercia. hi licet domo Lusitania, inter Barbaros tamen & nigros agunt, adeò quidem barbare, vt baptismi Sacramentum & legem Christia- *Quidam sint Tangosmaos.*

barbarie & perfidia idololatria aliisq; superstitionibus impiis noti. Plurimi enim hic præstigiatores & incantatores Bexerini nuncupati, qui sacrificulorum ac religiosorũ vice funguntur. Ad centum & sexaginta flumen hoc leucas fontem versus nauigatur, & ni per horrendum aquarũ staret præcipitium, tanto de rupe impete in præceps labentium, vt infernè pertrãsiens superpedente aqua non humectetur (quę proinde accolæ lingua patria locum Arcum nuncupant) vlterius cursum liceret extendere. Varias hinc inde insulas, vnius duarumue in circuitu leucarum, & amœnas efficit, nam ob syluas & nemora, auibus vt columbis ac palumbis siluestribus, & quadrupedibus, vti hinnulis, ceruis, similibusq; abundant.

Omnis circumquaq; regio fecunda est, & varii vtraq; in ripa, & quidem satis frequentes, optimoq; siti loco pagi conspiciuntur. Naues incolarum adeò quidem ingentes & munitæ, vt Europæas interdum adoriri nõ vereantur. Variis in rebus consistit commercium, at potissimũ auro, quod magna hic eruitur copia. Non procul à fluminis huius faucibus, terra Australis in promontorium, cui S. Mariæ nomen inditum desinit, à quo ad vsq; fluuium Dominici triginta fermè numerãtur leucæ. Intermedium spatium duplex incolit populus, barbarus & ferus, Arriari & Falupi, Piscatu hi victitantes, pascuis, & agricultura, cũ Lusitanis ineunt comercia. Hoc in tractu oritur amnis Casamãqua cui' ripã Aquilonarem accolunt Iabundi, Australẽ vero

Promontorium S. Mariæ.

Arriari & Falupi populi barbari.

Casamanqua flumen.

vero Benhunienses, qui ad ortum Casangis cõtermini sunt: quorum ampla est regio, & variis intermeantibus amnibus fecunda. Inter hosce omnes & præsertim Casangas, & Lusitanos mutua sunt commercia, Casangarum regulus à Casamanqua (quod hic eius in regno nascatur) denominationem habet. hunc olim Lusitani frequentabant cum subditis eius negotiaturi; hodie vero per alterum fluvii S. Dominici cornu, quod paulo ad austrum (ut iam iam dicturi sumus) remotius navigationem instituunt. nam cornu hoc regionem illam recta petit, atque hic abhinc amnis aliquot arcem Phillippæam exstruxere Lusitani. Regulus hic alteri vicino, quem Iaremum dicunt, & hic vicissim alteri remotiori stipendiarius est: Itaq; alter alteri gradatim paret, donec ad potentissimum Mandingæ auro ditis, ac proinde ab Arabibus, aliisq; institoribus frequentatæ Imperatorem fiat ascensio. Vrbs illi regia Songus est, quæ centum & amplius leucis capite Palmarũ orientalior. *Casanga quales.* *Fluvius S. Dominici.* *Mandinga regnum potentissimũ.*

Omnem hunc tractum ab eiusdem rege, sub prima mercimoniorum tempora regnante Lusitani Mandimansam vocant. Huic ergo omnes prope Guineæ superiores reguli & Sacramentum præstant, & vectigal pendunt, præsertim Casangæ, de quibus paulo ante sumus locuti: Hi autem idolum colunt, quod Chinã vocant, aliud non est quam baculorum terræ infixorum, & pulte ex orizæ & milii farina confecta conglutinatorum fascis, quem vaccarum *Lusitani id Mandimanã dicunt.* *China numen.*

 &

ne Christianas offendam aures. Dixisse sufficiat, fecisse illos quæ hæresis & rabies hostilis su: gerebat, & Deus Opt. Maximus permittebat, magno sane Catholicorum & Patrum præsertim cum dolore, qui mortem potius occumbere, quam hæcce videre sacrilegia, & audire calumnias maluissent. In Patres tamen haud iniurii fuere, etsi ad mortem hi subeundam iam ante se disposuissent: at minime id visum superis. Maioris tamen nauis præfectus & omnium caput, cum P Francisco de Gois disceptare super fidei rebus cœpit: Lusitanæ enim linguæ erat peritissimus nam Olissipone diutius agyrtam & circumforaneum egerat, aliorum institorum distrahens merces. quadriennio dein in Angola commoratus omnium circumquaque locorum emporiorumque erat peritissimus. Is ergo cum Francisco conferens, quod ignarus esset, ad illius responsa quod replicaret non habebat, at singula risu ludibrioque excipiebat.

Piratarum caput cum vno Patrũ disputat.

Hinc stomachatus è sua omnes naui (erant autem in vniuersum quinque & viginti) abire iussos in suam ipsos cymbam compegit, adeo quidem arctatos, vt remis agitandis vix spatium suppeteret. deerant vela, & vnde pararentur, nihil habebãt. in vasto erant æquore, tribus ab ora remoti leucis. Bis de die, & bis noctu submersionis adierũt periculo (hoc enim vnum piratæ spectarant:) at suos protegente Deo, non ventos modo & vndam, sed & Balenas, euasere. Vbi enim oram legebant, ecce derepente bellua cymba ipsa maior, exerto ad remos capite, recta cym-

In cymbam omnes compingit.

A Balena iminens discrimen eudere.

cymbam petebat: tantus hinc omnes inuasit metus, vt esset qui exanimis in terram concideret, & linguæ vsum amitteret. Hac visa Franciscus à Gois, è scamno in quo remigans sedebat, ilico exsurgens, crucifixi effigiem quam semper manica occultarat, ne forsan hæretici ipsam cõtumeliose haberent, exerens inclamat, *Iesu adiuua nos*; quem mox omnes clamore sublato secuti sunt. Ad hunc bellua se dimittens ipsam subingreditur cymbam. Illi vero, dum hanc tergo belluæ subuertendam putant, nõ minori quàm ante formidine correpti sunt: at denuo diuina inuocata ope nullum à bellua passi sunt damnum.

Vix hoc euaserant discrimen, ecce tam horrenda inualuit procella, vt singulis prope momentis agitata ab vndis hinc tumentibus, illinc subsidentibus cymba, mergenda videretur. hoc semper timuerant: onerata etenim & exigua cymba ad minimum, petitura fundum, videbatur turbinem. sed & hoc eos Deus eduxit periculo. Vlterius progressis alia apparuit balena, quam ad metum incutiendum & nocendum conduxisse cacodæmon videbatur, Diuina si manus copiam fecisset. Recta enim cymbam, integro aquis exsiliens corpore, petebat; metu vt nemo nõ expallesceret. Verum hac accedente optimum nauarchum Iesum omnes inclamãtes *Adiuua nos Iesu*, ingeminant. Tum bellua fundum petens post dein minime comparuit. Tandem igitur variis defuncti periculis Loandam sospites peruenere, quos præfectus & ceteri omnes insigni beneuolentia excepere. Hæc nauigationis

Item tempestatis.

Rursus balenam.

Loandam perueniunt.

uigationis huius series quam P. Franciscus à Gois anno MDCVI. suis decima Iulii datis litteris in Europam perscripsit. Verum ad lineam.

Missio Sacerdotū nostri ad varios Sobas instituta.

Hi ergo Patres cum appulissent, variæ per interiora regionis ad Christianos Sobas missiones sunt institutæ. Obiuit has P. Gaspar Azeuedus, quem Antonius Sequerius coadiutor comitabatur. Vndevicesima Augusti eodem anno iter ingressi vbi ad primum venere Sobam, obuii omnes fugam, velut visis feris & siluestribus hominibus, inibant. aliqui quidem eminus eos cōspicatum veniebant, at deinde fugiebant. Nec prius fugiendi finis, quam duo Sobæ ipsius filii, patris iussu, coram adfuere: quem tamen conceperant metum, euidenti signo demonstrantes. Reliqui autem hinc illinc fuga dilapsi, viso Sobæ filios cum Patribus agere, propius accesssere. Tum doctrinam illis Christianā lingua Patria tradere Patres cœperunt, quam tam auide audiere, vix vt comedendi cōcederent spatium, doctrinæ audiendæ percupidi. vtque melius orationem dominicam, salutationem angelicam aliasque preces retinerent, nodis in funiculis quos habebant collectis memoriam refricabāt. Vicus hic Christianis abundabat, iam ante baptismo tinctis, & facile bis mille recensebantur. at signum crucis formare nemo poterat, nam fidei ignari erant omnes. Sed paucis post diebus omnes omnia Christianæ fidei capita & preces catechisticas tenuere, quas noctu & interdiu suæ quisque domi cantando repetebant. Repertum

pertum & hic idolorum fanum cum omnigenis tum virorum tum fœminarum statuis, ac plerisque caprarum ac testudinum capitib. aliarũ ferarum pedibus & elephantum ossibus, aliisque immunditiis. Hæc igni tradidit sacerdos, omnesque præstigiatorum minas mera esse retulit somnia. dixerant quippe, hæc qui idola contingeret, morte repentina percutiendum. Triginta hic pueros baptismo admouit, illi vero digredi volenti comitem dedit vnum filiorum Soba; alter vero clam matre eodem se proripit. sed inde inuitus & lacrymans, pro eo quo in Patres erat affectu, domum reductus est.

Inde ad alium magnæ auctoritatis Sobam Casignam nomine, quatuor aliis Sobis dominantem, di_rediuntur. Is vt adesse Patres comperit, cum hisce Patres adiit. Quamuis autem ab annis aliquot Baptismi Sacramento à sæcularibus sacerdotibus lustrati essent, nudum duntaxat Christiani nomen habebant. Potens enim ille Soba plusquam trecentas alebat vxores, atque id potissimum potentiæ ostentandæ causa. quo enim plures quis alit, eo habetur & honoratior & potentior. Nullus item crucis formare poterat signum.

Templum hic extrui dum vult Sacerdos, cum consiliariis suis, quos Maconas vocant, rem se tractaturum Soba respondit. Eosne consuluerit, nec ne incertum, Sacerdoti tamen non respondit. Hic ergo nihil moratus modico in colle ad Sobam spectante

sacra

ipſumq; obſecrans aliquem vt ſociorum ad ſe mittat, qui ſe ſimul & regnum vniuerſum baptiſmo luſtret. Præfectus ergo loci cum Epiſcopo Collegii noſtri Rectorem adit, aliquem vt ſuorum ad regem illum mittat, rogans. Deſtinati in hanc miſſionem P. P. Gaſpar Azeueredus & Franciſcus à Gois. Eſt autem Cacongus Congo ſimul & magno Macoco Anziquorũ regi conterminũ; quin & reges Angoyanum, Bungenſem, & Biangenſem vicinos habet. Ample lateq; regnum hoc patet; & ad vſq; opidum Pindam, quod XXC. ab inſula Thomæ Leucis diſſitum, mari in ipſum ingreſſus patet; Pinda verò aduerſo Zairi flumine, quatriduii in regnum hoc, iter eſt.

Rex item Loangi, cuius regnum centum viginti ab Angola diſtat leucis; quatriduo vt mari hinc in ipſum tranſire liceat, Patres Societatis nominatim ad ſe euocauit, quorum opera & fidem doceatur, & ſalutaribus baptiſmatis aquis tingatur. Quid vtroq; in regno factum ſit nondum compertum habeo; hinc ad alia Africæ regna magis ad Septemtrionem vergentia, & ad Guineam ſpectantia, in quibus eximius collectus fructus, tranſibo.

CAP. XLIV.

Superior Guinea, eiuſq; portus, promontoria, flumina, incolæ, eorumq; ritus deſcribuntur.

EX quo occiduum Africę latus detexere Luſitani, Guineæ nomine dixere quidquid Zanaga flumine, quod in decimo ſexto ſe- *Guinea tero.*

ptentrionalis altitudinis gradu in oceanum se exonerat,&regni Angolani finibus, qui in tertio decimo eleuationis australis desinunt,continetur.Eam tamen duplicem faciunt;hanc superiorem nomine ab vrbe celeberrima & metropoli Genni, dicto Zanagæ fluuio imposita ducto vocāt.hanc ad Congum vsq; extendunt quæ sesqui trans Aequatorem sita gradu.Illam inferiorem , regna Congi & Angolæ complectentem.At quoniam hanc tertio historiæ hui' libro,dum vtrumq; hocregnum descripsimus, quibus illa comprehenditur, lustrauimus , in præsens superiorem ob nonnulla quæ post annum MDCIV.hic in fidei Christianæ progressu contigere,decurremus.Ergo illa Africæ pars, quā superioris Guineæ Lusitani donarunt nomine,quod altera Boreæ sit propior,hinc à Zanaga,quem veteres amnem Stachirin vel Daratum dixere , initium habet : indeq; semper in Austrum tendenti occurrit mox caput viride, Arsinarium Ptolomæo aliisq; veteribus dictū, quo nullū hac in ora in mare prominenti'. Ex hui' opposito insulas videas, quas à capite viridi Lusitani indigetant, ꝙ huic vicinæ quas anno MCCCCXLVI.desertas in cultasq; ipsi cōmuni iure gentium occuparunt.has nonnullorum iudicio Gorgades at hesperides nuncuparunt prisci.Duodecim sunt in vniuersum; quarum primaria hodie à S. Iacobo nomen habet,in qua vrbem Lusitani munitam habent, cui Lusitaniæ regis nominepræfect' præest, cuius non in insulas modò,sed & omnes superioris Guineæ Lusitanici iuris arces &opida dom-

Genni vrbs

Guinea inferior.

Superior Guinea.

Insula capitis Viridis

Insula S.Iacobi harum primaria.

nium extenditur. Insulæ huius Episcopus Olisiponensi Archipræsuli subest. In 15. penè altitudinis borealis posita est gradu, & vnde viginti in longitudinem, & fermè duodecim in latũ leucas patet. Montibus abundat, ideoq; itinera impedita. Pluuiam nisi Augusto, septembri, Octobriq; mensib⁹ hic nullam videas, tum enim hic hiems. mira tamen soli feracitas, valles siquidem omnigenos & plurimos producunt fructus. Singulis anni mensibus melopepones suauissimos profert, & cannas Saccareo succo turgidas mira copia. omnis generis carnem hic reperias, præsertim gallinas altiles, & similia volucria. Equorum hic ingens copia: Incolas habet plurimos, licet grasso sub aere & insalubri; opidum autem S. Thomę, quòd incommodo situm loco, omnium in saluberrimo. at duabus inde leucis aliud, quod à Praia nomen habet, & commodè situm, mira cœli gaudet temperie; quin & facilem habet portum. nam modico in colle exstructum. collem duplex hinc inde flumen circumdat, quæ in mare se exonerantia, duos constituunt sinus. quorum alter insignis, limpidus, & plurimarum nauium capax, fidam illis stationem præbet; cùm ad fauces insulam habeat, ad q̃ omnes maris vndę frangantur, vt nõ minus hic quàm in amne qđm placido tutæ sint naues. numq̃ vt aliqua periculum adeat, cũ in Thomęi opidi portu plurimæ vado illisæ pereant. Tamen quod Praia exiguũ sit opidum & raros habeat ciues, hinc hostili furori facilè cedit. hinc sæpe expilatur & diripitur, præser-

Fertilitas.

Opidum habet S. Thomæ nõmine.

Item Praiã.

præsertim à Batauis, qui in insula vicina Maio de rebus sibi necessariis prospicere solent: nam nocte vna hinc in Praiam transire possunt. Et iam aliquoties ipsam expilarunt, cum qui se opponant vix vlli sint ciues. Si vero institoribus aliisq; hac commigrare volentibus prærogatiuæ darentur, multi haud dubiè hic confluerēt, itaq; vim retunderēt. etsi in insula ad sinus fauces arx construeretur; inimici facilè aditu prohiberentur. Sæpè quidem hactenus ex opido Thomæo mercimonia aliaq; iura, cum ob nauium securitatem, tum corporum sanitatem transferenda huc dicebantur at frustra laboratum. Huic vicina sunt aliæ septem, quæ Barlonentanæ dicuntur; quarum hæc nomina, Maias, bonus visus, S. Nicolai, S. Antonii, S. Vincentii. & S. Luciæ, & quæ à Sale nomen traxit. Incolis hæ abundant, & pecore, & armento, & ferina. hinc plurimi venationi dediti, carnes in vsum nauium salè condiunt. pelles hinc petitæ à varia Europæ deferuntur loca. Bataui & alii Maium adeunt, partim vt salsas hinc carnes & salem in Batauiam deferant; parum etiam vt hinc vel in Occiduam vel Eoam Indiam soluunt. Ad occasum magis vergenti occurrent duæ, quæ ab igne nomen traxerunt Insulæ, quę vitium ac præstantissimi vini feraces. tandem incides in insulam Brauam, in qua etiam carnes sale condiuntur. Hos omnes quòd mira omnium sit barbaries & rerum diuinarum stupor, excoli in fide oporteret; at desunt operarii vti & Guineæ superiori, de qua iam loqui incipiemus.

Insulæ Barlonentanæ

Ergo

Ergo ad oram maritimam redeamus. è Lusitania præter fretum Gaditanum nauigantibus, occurrit primò regnum Ialoeſorum, cuius ad Septemtrionem initium Zanaga conſtituit, quo à Mauris Barbaricis diſtinguitur; ad occaſum oceanus limes eſt; ad ortum Ialoeſos nigros, qui Fulli Gaſalli dicuntur, ad Auſtrum Berbecinos reſpicit. Patentiſſima eſt regio, nam centum & viginti quinque in longum leucas patet. Omnigenis abundat fructibus, frumento & rebus ad vitam neceſſariis. Rex potens eſt & auri diues: cuius magnam illic in vrbe regia Tubacato vim aſſeruare dicitur. Incolæ, tametſi nigri ſcitè compacta aptataq́. habent membra, bello ſtrenui: equitatu potiſſimum valent in ora maritima nobilia aliquot habent emporia, quorum facile primum Bezigucha, quod inſignem & amplum portũ habet, à ventorum turbine propter obiectam inſulã tutum, inter quam & continentem ſinus & quem dicimus, portus interiacet. Luſitanorum hic olim erant commercia compendioſa, at in præſens Britanni & Bataui, aliiq; ad ſeptemtrionen populi hæc inuaſere huc velut in propria commeantes, tum vt cum Ialophis commercia ineant, tum vt hinc in reliquam Guineam, Braſiliam, & Indiarum regna profectionem adornent. Potiſſima ſunt cum Luſitanis quibuſdam, quos Tangos maos vel Lançados vocant commercia. hi licet domo Luſitani a, inter Barbaros tamen & nigros agunt, adeò quidem barbare, vt baptiſmi Sacramentum & legem Chriſtianam

Qui am ſi i Tangos maos.

nam obliti penitus videantur. Hinc barbarorũ se moribus ac ritibus, quo gratiores existant, & magis magisq; in eorũ se gratiam insinuent, accommodant. Quare quibusdam in locis totum etiam nudi sunt corpus, & illorũ adinstar, cutem lacertarum & aliorum animantium figuris incidunt & compungunt, quas dein notas herbę cuiusdam succo dum inungunt, indelebiles sunt. Hoc se concidunt modo & alii Africę & Americæ populi, decorum & elegans id esse rati, cum n. nudi sint, hæ notæ concisionesque vestis figuratæ vicem obtinent. Hi ergo Tangos maos oẽm Guineam percurrunt collecturi ea quę cum Batauorum aliorumq; Borealium mercibus comutent, coria inquam, ebur, ceram, gummi, aurum, & ambram griseam, quã ora hæc magna fert copia. Etsi verò Ialophi multos Mahometanorum ritus, ob vicinorum Maurorum comercia, imitentur, ad Christianam tñ legem amplectendam perfaciles sunt. hinc si quis eamdem promulgaret, nõ dubium, multos aures accommodaturos. Oram ad meridiẽ prosequenti occurrunt regna Alæ & Brocalli; quæ à Berbecinis incoluntur. in horum portubus, pręsertim alensi & Doxalensi, qui ceteris præstant, frequens erat alias Lusitanorum commercium, sed hodie, vti apud Ialophos, per Tangos maos à Borealibus exclusi sunt. Berbecini lunam nouam adorant, & ad arbores quasdam, quas oryzæ farina & animalium imolandorum sanguine onerant, litant. Rex Alensis si quam expeditionem bellicam suscipere velit, duces & præfectos in lucum regiæ proximum

Incidunt barbari cutem.

Ala & Brocallus regna

Ritus tegentis arcana in regno Alensi.

conuocat. Hic fossam circularem ad tres pedes effodiunt, & circum hanc propenso quisq; in fossam capite sententiam profert. Re deliberata fossam opplēt. rex fossam arcana minimè patefacturam, & si quis consultorum nō reuelet, externorum neminem cōsilii decretiq; consciumait fore. Hinc arcanum ita premunt, ne proditorum pœnas incurrant, non prius vt hostis illorum cōperiat molimina, quàm executioni mandata sint. Proinde semper propè victores euadunt, Puellę nubiles eādem q̄ diximus toto corpore & in vultu incisionē patiuntur, hoc ad elegantiam & venustatē facere arbitratæ. Eamdē ob causam & labia perforant spinis, maximè inferius: foraminibus oscilla & ligni particulas, quo crassescat magis, inserunt, addito etiam inferne pōdere, quo magis propendeat & à superiori sit diductius: hoc n. vt venustum & scitum habent. Brocallense regnum Alensi patenti⁹, ad Gambeā vsq; flumē extēdit. Ea fluminis est altitudo, tantoq; in mare se exonerat impetu, vt ad tricenas ab ostio leucas dulcedinē in mari retineat aqua. Sunt q ipsum iis è fontib⁹ nasci velint, è quib⁹ Nigrū amnē (à quo vicini oēs accolę Nigritæ nūcupati) oriri tradit Ptolomæ⁹, Zanagā verò è Kelonide originē habere lacu. Aliorū verò est sententia, eodē è fonte Zanagā & Gābeā ꝓgigni, etsi diuersis & q dē 60. leucis dissitis in oceanū ruant ostiis. inter vtrūq; verò, æqua vtrimq; ꝓportione, q dixim⁹ caput viride obtēdit. Gābeę ostiū 5. in latitudinē patet leucas; huius vtrimq; ripā, etiā ad ducentas introrsum leucas, accolunt Aethiopes quos Mandingas nuncupant,

Item Cliarū nubendarū.

Gambea flumen & eius origo.

Mandinga idololatria infame.

vero Benhunienses, qui ad ortum Casangis cōterminι sunt: quorum ampla est regio, & variis intermeantibus amnibus fecunda. Inter hosce omnes & præsertim Casangas, & Lusitanos mutua sunt commercia, Casangarum regulus à Casamanqua (quod hic eius in regno nascatur) denominationem habet. hunc olim Lusitani frequentabant cum subditis eius negotiaturi: hodie vero per alterum fluvii S. Dominici cornu, quod paulo ad austrum (ut iam iam dicturi sumus) remotius navigationem instituunt. nam cornu hoc regionem illam rectà petit, atque hic abhinc amnis aliquot arcem Phillippæam exstruxere Lusitani. Regulus hic alteri vicino, quem Iaremum dicunt, & hic vicissim alteri remotiori stipendiarius est: Itaq; alter alteri gradatim paret, donec ad potentissimum Mandingæ auro ditis, ac proinde ab Arabibus, aliisq; institoribus frequentatæ Imperatorem fiat ascensio. Vrbs illi regia Songus est, quæ centum & amplius leucis capite Palmarū orientalior.

Casangæ quales. *Fluvius S. Dominici.* *Mandingæ regnum potentissimū.*

Omnem hunc tractum ab eiusdem rege, sub prima n[illegible] [illegible]ciomoniorum tempora regnante Lu[illegible] [illegible] Mardima[illegible]nam vocant. Huic ergo omnes prope Guineæ superiores reguli & Sa[illegible]entum præstant, & vectigal pendunt, præ[illegible]tim Casangæ, de quibus paulo ante sumus locuti: Hi autem idolum colunt, quod Chinā vocant, aliud non est quam baculorum terræ infixorum, & pulte ex orizæ & milii farina confecta conglutinatorum fascis, quem vaccarum

Lusitani id Mandimā[illegible]cā dicunt. *China numen.*

comorat regul⁹habent n. plures sed ab hoc dependēt reliqui dom⁹ oēs è terræ glebis cōstructę, sed frondib. tectæ. Olim hic cū Æthiopibus commorabantur Lusitani, at ꝙ sæpenūero ab iisdem expilarētur. Emanueli Lopesio Cardoso insulęS. Iac. inqlino arcis, commodo loco paulo eo quē habitabāt inferiori construēdæ facta copia, honesto Britañi quibuscū tū bello decertabāt, & à quib. portum hunc interdū ingrediētib. male habebātur resistendi nomine obtento Arcē exstructā tormentis maiorib. cōmuniit; & haud procul inde domos aliquot ędificavit. qb. ĩdies crescētib. in insignē loc⁹ pagū paulatī coaluit, in quē se Lusitani, inter Aethiopas cōmorātes deĩ recepere. Hi ergo ubi esse frustra se vidēt, Lusitāis abactis arcem invadere statuūt. Quocirca A. 1906. M. X. clāculo manū colligūt at huius rei p mācipia muliebria facti certiores Lusit: barbarorū de nocte advētū quieti expectarūt, illorū rabiē excepturi. Adsūt ergo sed lōge sec⁹ q̃ putarāt excepti sūt. quo prę̄liū duravit triduo plurimi barbarorū interfecti hinc re infecta discessere, & novū post cū Lusi. fœdus societatéq; inire. Pag⁹ hic quotidie magis magisq; crescit, nā Tāgis mais de quib ante locuti, nequitia minie cedūt. Siq̃ inter eos sacerdotes hōoris Div. & salutis animarū ardentes zelo versarent, magnū haud dubie fructum facerent: sed iam operariorum defectu inculta hęc sunt noavlia. Nec ū. Lusitā: dūtaxat sed & Æthiop. ꝓdessent, q hic admodū dociles, rex imprimis, q si dū Lusi: arcē subit, sub sacri horā venit magna celebrātē audit modestia, & alios q sui ipsu turbā fabulis,

Arx Lusitana.

Burami Lusitanos arce pellere contēdunt sed frustra.

Buranorum ad fidem suscipiendam qu[illegible] regis [illegible]

corr pit, signum ipse Crucis efformat, & offertorio se sistit, quin & flexo Ven. Sacramentum adorat poplite. Videns hic regis Lusitaniæ curatorem insignem Sacerdoti Catholico tamets ex Aethiopibus oriundo, honorem exhibuere, suam ut illi cathedram sessuro cederet, non parum obstupuit; dum tantum Aethiopi deferre conspexit. Qua de re ille cum suis locutus, hinc se perspicere aiebat, non aliam ob causam hoc virum honore affici, quam quod cum Deo loqueretur & ageret. Vt hinc manifestum sit gentem hanc non usq; adeo pertinaciter superstitionibus suis adhærescere.

Extra hunc S.Dominici fluvium aliquod sunt insulæ, sed exiguæ, quas Burami incolunt suum hæ regem habent. quin & ulterius admeridiem aliæ occurrũt, quas nigra quædam gens quam Biiagos dicunt inhabitat. hæ & amœnæ & fertiles sunt, quas plurimi intersecantes amnes irrigant, & arbores condecorant. Has inter Insulas in mare se exonerat flumen, quod Magnum vocant, (quod amnium Guineensium, etiam quoad negotiationem, primum & celeberrimum sit,) Per unum cornuum quod Guinalam nuncupãt, & ad Aquilonem vergit, in portum cognominem & quidem primarium iter est hic Lusitani vicũ habent, simul & arcem & portum; cui à cruce nomen. Omnem hanc regionem incolunt Aethiopes, quos Beafares dicunt, qui diversis parent dominis. Latrocinio nobiles sũt, ut se invicem diripiant & s abigãt quo post Lusitanis divendant. Salubris est regio, utpote patula & aperta, rebusq; ...

Flumen magnum.

Beafares gentes.

trahendam idoneis instructa. In fidem Christi propendere incolæ videntur, quod ex iis quæ ante aliquot annos contigere, facile colligas.

Huc enim cum Carmelitæ, quos excalceatos vocant appulissent, semestri quo hic hæsere spatio plurimos Befarim Christo lucrifecere: hinc plures incolarum, qui mancipia non sunt, cum Lusitanis tamen commorantur ad Christianos transierunt. Si quis autem illorũ capta prosequeretur, ingentem profecto hic uti & per universam Guineam fructum faceret. *Plures horũ per Carmelitas discalceatos cõversi.*

Guinalensis regulus maiorem quam vicini apparatum & splendorem præfert: quoties in publicum prodit, plurimos stipatores ac laterones in corporis custodiam ad latus habet, & plerosque arcubus instructos. Hoc demortuo, uxores omnes, & famuli & clientes carissimi, quin & equus regius iugulantur, eaq; simul tumulo induntur, his in alio illum mundo opus habiturum rati. at qui obsequio in vita impenso contenti mortem horrẽt, illico fugã capessũt aut latibula quæritant; ne fata præ-ertere inviti compellantur. *Rex Guinalæ.* *Ritus barbarus.*

Per aliud magni fluminis, quod trãs Guinalã est cornu Bigubã & Balolam, quæ remotior est, aditus patet. Balolæ ut plurimum agunt, quos *Tangos maos* vel *Lançados* nuncupãt Lusitani. At Biguba Lusitanorum pagus est, quo nullum in universa Guinea habent potiorem. Incolæ etiam Beafares sunt, suumq; ut Guinalenses habent regem; quo vita functo potentia præstans affinis succedit. hinc omnia extincto rege, bello flagrant, donec potentior *Biguba & Balola emporia.*

regnum

regnum vi invadat. Inter australe magni huius fluminis ostium & promontorium Verganum in quo Capitis Viridis præfectura desinit, tres reperias populos Mallusios, Bagasios & Coçolinos. In Vergano promontorio initium est celebris illius loci quem Leænæ montem Lusitani vocitât, quod unum ipsi⁹ promontorium ꝙ in mare haud procul à fluvio cognomini procurrit, altissimum habeat montem, in quo per varias cavernas maris, unda reciprocans ac repercussa Leænæ imitatur rugit⁹. & hinc loco nomẽ Hoc tractu nullus universa Guinea salubria amœnior & fæcundior. Variis enim abundat arborib. uvas habet silvestres, quæ proinde acinos habent grandiores at si illæ colerentur, nostratibus minime cederent. Sunt & hic ficus Indicæ sed Baneanæ ab indigenis vocãtur. Cannæ saccareæ sponte & quidem plurimæ proveniũt ad quas purgandas molis & machinis exstruẽdis cōmoda e st ob varios torrentes regio: Gossipii mirus hic proventus, uti & ligni ꝙ à Brasilia nomen habet, etsi hoc ipso quod Brasilia deferatur præstet, nam in septenos adaptari colores potest Triplex hic Melagetta. est a. semen rubeum & linguam adurens, quod Grana Paradisi pharmacopæi appellant, sed genuinum eius nomen Malagetta vel Melegetta à loco in quo progerminat monte Leænæ ad meridiem vergenti remotior est, derivata appellatione quia Oryzam, milium candidum, ceram, & ebur etiam fert regio. & præsertim piper quod de cola, id est, caudatum, à Lusitanis dr.

Caput Verganum

Vide Plin. lib. 51 Garciam ab Horto l. 2. c. 12. clusium ibid.

Mõs Leænæ

Melegetta ũde veniat

M·gni

Magni id nominis castaneis nostratibus persimile, uti & arbor, in qua nascitur, arbori castaneæ, è qua cum cortice colligitur, fructus tamen castanearum nucum instar, spinosus non est. Piper hoc Indico præstat, hinc Lusitani reges hoc, ne Indicum præ illo sordeat regno suo proscribunt; etsi Galli, Britanni & Batavi & alii Aquilonares, qui huc commeant, ipsum eferant. Lusitani autem ne statutas incurrant pœnas, abstinét. Sed per alia Guineæ loca ipsum distrahunt (nam nonnisi hic eius provẽtus est, hinc alibi expetitum cum auro ipsum, mancipiis, alimentis, aliisq; rebus pro locorum varietate commutant. Varias item palmas & quidem plurimas fert tellus, è quibus vinum oleum, similiaq; barbari exprimunt; & inprimis Smigmatis quoddam genus singulare, ex oleo & palmæ cinerib. compositum nostrati duplo præstantius; hinc & hoc in Lusitaniam inferri vetitum Omnigenæ hic aues & aliæ animantes, quas alia Guineæ loca habent, minime desunt; simiorumquoq; varia gẽera. quorum qui *Baris* dicuntur, omnium maximi & totissimi: quorũ ea in cũctis industria, ut si à teneris domi enutriãtur servi domestici vicum suppleãt. posterorbus enim ut plurimum pedibus incedunt, & quidquid tundendũ in mortario datur pistillo comminuunt. Aquam urnulis in caput sublatis è vicino petunt flumine domũq; deferunt, at si qui ipsos exoneret nemo adsit. more impatientes urnulam in terram deiiciunt: tum aqua effusa & fracta amphora eiulatu fletuq; commissum dolent. Sunt

Pimienta de cola quis fructus

Palmæ vini oleiq; & aliorum rerũ feraces.

Simii industrii.

altitudinis Septentrionalis sita est gradu: cui vicinus est pagus, quem Lusitani hic negotiantes in habitant. Ioan. II. Regis auspiciis anno supra 1485. arx hæc tum ad subditos â barbarorũ iniuriis protegendos, tum ne qui externi hæc mercimonia invaderent constructa. In tractu illo quem montem Leænæ nuncupant, tredecim sunt flumina in mare se exonerantia, & pleraq; maiora hæc ad interiora regionis per silvas malorum aureorum feraces feruntur his utrimq; insignes patenteſq; iminēt pagi, & hac navigio merces quas externis aut vendunt aut permutant Indigenę deferunt; quin & facilis adverso flumine ad plures Leucas adscensus est. Primũ, promontorio Vergario superato occurrit flũen quod à Petris nõen habet; q, cum latum sit & in varia distinctum cornua, terramquã pertransit in plurimas dissecat insulas, quas incolæ Cagazais nũcupāt, & in quib. mira ambræ griseæ copia Bened. Correa Silv. Insula Thomeæ natus, cum ante annos aliquot quoddã fluminis huiꝰ cornu subiisset, regiõisq; ubertate & fertilitatē caperetur, una cum fratre aliisq; consanguineis & familiarib. hic hæsit, pagũ hi simul constituerunt, qui paulatim ita excrevit, ut modo quingenti facile Lusitani numerentur, & barbaris annumeratis tria pene incolarum censeantur millia omnes ethnicorũ instar & vivunt & moriuntur, quod doctore & præcone careant. Sequuntur mox alia duo flumina Capor & Tambassire montib. Machamala dictis, in quib. ingens purissimæ crystalli rupes est, delabentia.

In monte Leænæ tractu 13 flumina

Flumen Petra, ũ a'rãs das piedras

Capor & Tambassire flumina.

Tagarim aut Mitombus fluvii. dein t ia aut quatuor adusq; Tagarim alio nomi e Mitombum, à quo Septentrionale mõtis Leænæ latus cingitur, at australe fluvio Bangua ut bini hi ãnes mõtẽ hunc velut peninsu'ã cõst.tuant.tã exiguo sane intervallo, ut cyn bas in hũeros sublatas Æthiopes ,ex uno amne ad aliũ de sert. quæ terræ portio si tollat portio pfe *Bangua & alia quinq; flũia* cta cõstituet ĩsula. Bãguã prætergresso 5.alia in oceanũ devolvẽtia flũina occurrunt quorũ ripas spinæ palmæq; oculis gratæ & navigantibus accommodæ & vitæ tolerandæ perutiles convestiunt. Quæ hanc ad oram occurrunt insulæ & amœnæ & opulentæ, multum ad venustatẽ & bonitatem regionis momenti adferunt. Ipsã enim varietate sua mirifice exornant, multaq; ad vitæ usum necessaria proferunt: ac præsertĩ tres illæ viginti trans promontorium verganũ ad meridiem leucis,quib.ab idolis inditum no- *Insulæ idolorum & Taurinæ.* mẽ etsi una dũtaxat incolat.hanc varii hinc inde colliculi vallesq; arborib.⁹ sitę, & ãnib.plurĩis irriguæ decorãt.in aliis duab.huius incolæ colę seminant fructusq; colligunt. Ex opposito promontorii mõtis Leænæ duæ aliæ sunt insulæ, pomis aureis, citreis, hespereis, cannis saccareis,palmis,aliisq; similibus abundantes arborib.uti & insulæ Taurinæ quæ ad vada S. Annæ,in quib.cõchylia margaritorum, feracia reperias. His à vadis ad continentem, progrediẽti inter Betebum & Fœderis amnes occurrit Taucẽtæ ĩsula duodẽas lõgitudine,& dẽas latitud. leucas cõplexa,in qua læt⁹ piperis caudati milii & oryzæ ꝓvẽt⁹ Hæc qdẽ quæ de agri regionisq; ubertate cõperta sũt. Incolas a.oĩs illę tract⁹ du-

pisces habet,eosq; nigros: quorum prisi prisci indigenæ & naturales sunt, quas, Capos dicunt, qui cæteris Guincéensibus iudicio & ingenio præstãt: ut quæcunq; iis propónuntur facile edifcãt. suos habent regulos, quib. parent: quique vicissim ius illis administrant. Hinc non procul à regia porticus rotundas & ambulacra habẽt, quę Fũcos appellant in quib. subditis aures dãtes suũ cuiq; ius dicũt. Hisce in Funcis sublime videas soliũ, elegans & tenuissimus storeis cooptũ cui rex insidet. Sũt & humiliora utrinq; subsellia optĩat ib. (quibuscũ rex de reb. disceptat q patria lĩgua *Solatequis* i.e. cõsiliarii dicũt) destinata. Huic se tribũali sistũt actores, cũ causidicis & causarũ patronis, quos Trocós dicũt, his vestis diversicolor, ope plum a io contexta, pedib. nolas, in ãu iaculum tenet, cui dum perorant innituntur. quin & larvati causam agunt, ne si quid coram Rege effundant liberius, rubore suffundãtur, ac, minus actorum ius exponendo tuẽdoq; causa cadãt. Patrõi utriq; cũ perorarũt, cõsultores que quid ubi visũ exposuere, rex de plano sententiam pronuntiat. quã mox executioni mãdari moris est. Solatequiorũ assessorũq; creandorũ lepida est ratio. Hac dignitate donãd[9] à rege tribũali se sistere iubet, & ligneo sedili affabrè elaborato solẽni ritu, p more cõsidere. Dein rex capræ intestinis fœdetis faciẽ cedit ut illa & pectus cruore stillãte fœdet: quẽ deinde orizę farina totũ dealbat, ac mox capiti pileolũ ĩponit. His pactis in regios ille se cõsiliarios ad lectum ... r. Sunt qui illum hoc schemate eadem in

Capi prisci regibus incolæ.

Solatequis vel consiliarii.

Advocati larvati cur hic causam agant.

Quomodo Solatequi creentur.

forū pendeunt, atq; hic a variorum instrumē-rum sonum choreas instituunt. Intersunt his parentes tum adolescentes convenientes ex õi seligunt numero, quam uxorem volunt: persoluta prius patribus pro inito connubio dote. hic namq; uxores viri emunt: secus quam in Europa. Seni quoq; suum didactium & doctrinæ præmium persolvitur, tum demum nova nupta domum deducitur. In Præstigiatores & veneficos gravissime hic animadvertitur, capite quippe runcantur, & truncus feris alitibusq; exponitur ab alia vero crimina morte damnati minime interficiuntur, sed in mancipia divenduntur. In domib. suis mortuos sepeliunt, armillis manib. q. aureis etiam ex naribus pendulis ornatos. nam & de naso annulos suspendunt 20. aut 30. aureos appendentes: has illi inaures lingua patria *Macuças* vocāt. Mortuos in locis publicis plangunt & dolent, pro cuiusq; statu. Reges extra opida & pagos iuxta viam publicam terræ mandantur, cuius tumulo stramineam super imponūt causā. In publica a. via illum se humare tradunt. quod ita æquitati consonum videatur, cum publicas iudicis partes rex egerit. Capi v. natura ob patriæ fertilitatem ac delicias quib. animi eneruantur & emolle. ct ur; bellaces nō sunt. Verum ob continuum cum Cumbis bellum exercitatiores & bello strenui evasere.

Venefici & incā ta tores morte affici untur.

Qui regū se peliendi mos

Cumbæ populus

Cumbæ 4. (est hæc altera in colarum regionis huius species) barbari sunt & feri humana quippe vescebantur carne atq; inde Cumbæ id est, Anthropophagi cognominati. Hi anno superi-

triſtiore fuit alia per eoſdē ferme dies Chriſti regni ꝓpagandi occaſio oblata. Ialophorũ rex Beniomus nomine, contracta cum Luſitanis amicitia & crebris à Ioan. rege munerib. nũtiiſq; ad ſtipendia Chriſti ſollicitat⁹, cũ nihil tale agitaret animo; Luſitani rñ regis optima ſtudia, & ſpē variis ꝓmiſſis ac fruſtratiõib eludebat: ideq Chriſtianos advenas inprimis amice liberaliterq; tractabat, ꝙ eõrũ commerciis ac ſocietate ſuas opes nõ mediocriter augeri quotidie cerneret. Sed ꝙ vitæ gen⁹ ut ſequeretur nullis unq̃ rationib. adduci potuit, idipſũ ut ultrò exoptaret, deniq; malo miſeriiſq; Deo miſerãte & ſalute forte hoc pacto procurãte coact⁹ eſt: Siquidē regno pulſus ꝓpinquorũ inſidiis cum illud fruſtra ſæpe recupare tentaſſet, victus aliquoties ſugatuſq; ad extremũ in Luſitaniã exul, cũ paucis pfugit ad exptę virtutis & beneficentiæ regē ab eoq; ſupplex infimis precib. auxiliũ petiit. atq; id quo facilius impetraret fidei myſteria edoceri & baptizari cũ ſuis. (ii erãt viri nobiles ad 25) & Ioan. de regis nomine in amoris ſignũ dici ſe voluit. Celebratũ eſt myſteriũ 3. Non. 9vẽb. A. poſt Chriſtum natũ 1491. mira Pontificũ & ꝓcerũ gratulatiõe exhibitiq; p eos dies publice ludi convivia, venationes & ſpectacula equeſtria, in quib. Ialophi deſultoria arte ita ſe admirabiles præbuere, uti Nũidis ipſis (quorũ in celeritate motuq; corporis ꝑcipua laus eſt agilitatis palmã oiũ iudicio cõſẽſuq; eripuerĩt. Siqdē tanta erãt mẽbrorũ vel dexteritate vel robore ut eq̃ ĩcitat ſũi ephippiis nulla oĩo curs⁹ intermiſſiõe rũtect i ĩſiſterēt corp⁹q; circũagētẽtũ repēte inſide. et

Beniom⁹ Ialophorũ regulus.

Regno pellitur

In Luſitania baptiſmum ſuſcipit.

Ialophorum agilitas.

Vasæ cogn. Bisacutis qui classi cũ imperio præerat sine metu versãtẽ in prætoria naui regẽ Ialdiaboli credo suasu, pugione confodit, vel fraudis ac perfidię suspicionib9 incitat9, vel pertæs9 cœli soliq; quod ibi paucis dieb. complures Lusit. perierant. Regis morte cum à barbaris, tũ à Lusitanis valdè tumultuatum: ac ne quod grauius acciperetur incomodum, naues non paruo Ioannis dolore in Lusitaniam reductæ. Ita maximi compendii rem, quæ & plurimos homines Christo conciliatura, & Lusitanis ad interiora commercia, & inclytas Libyæ aurifodinas aditum prębitura videbatur, vnius hominis iracundia momento corrupit. Verumtamẽ eius classis fama, bellicusq; apparatus, & profugi regis causa benignè suscepta, non parum ad Lusitanici nominis dignitatem & commendationem in iis regionibus profecere. quocirca & Christianis deinde negotiatoribus maior honos fidesq; haberi cœpta, & à multis dynastis ad Ioannem oratores cum muneribus missi, fœderis & amicitiæ causa. itemq; ipse litteras & nuntios destinauit cum ad alios prænobiles Africæ Principes, tum verò ad Reges Tongubutu, Mandingæ, Fullorum, & earum gentium quas Moses appellant, multis in reb. Christiana instituta sectantiũ, ac præsertim in nominũ impositione, quæ ferè à S. Apostolis mutuantur.

Ialopherum rex à Lusitano interficitur.

Hæc ad annum vsq; MDCV. in Guineensium superiorum conuersione facta comperta habemus, præter quæ Carmelitas Excalceatos suprà fecisse narrauimus. Iam quæ dein contigerint, referamus.

Philippus III. Hiſpaniarum & Luſitaniæ Rex, cognito quem Patres Societatis non modo in Luſitanis edocendis, ſed & gentibus Eccleſiæ, aſſerendis fructum ederent: ad capitis Viridis inſulas & Guineam interiorem, quo nondum hactenus quiſquam eorum penetrarat eoſdem mittere ſtatuit, ut hic non minus quam aliis in locis Luſitanorum ſimul & indigenarum ſaluti gnaviter pro more incumberent: ſuadentib. hoc non modo conſultoribus Oliſſiponenſib. ſed & Pintianis (qua in urbe tum rex verſabatur.) Iniquum quippe videri, deſeri à Patribus, ac Religioſis aliis ad remotiſſimas orbis gentes, Indos, Iaponas, Sinas, aliosq; Orientis populos convertendos proficiſcentibus Luſitaniæ proximos Guineẽſes quibus id pro veteri amicitiæ iure, utpote quibuſcum ante quam cum Indis Eois ſocietatem Luſitani iniiſſent, aut bello ſubegiſſent, quam maxime debebatur. His permotus rex Luſitaniæ præpoſito provinciali ſcribi curat, ut aliquos Sociorum huc deſtinet. denominari in hanc miſſionem aliquod ſed impedimentis variis occurrentibus, irrita res tum quidem cecidit, ſed Anno M D CIV. Romam ad R.P. Claudium Aquavivam Societatis Præpoſitum Generalem, rem executioni ut mandari iubeat, ſcripſit. Ille viciſſim Luſitaniæ provincialem per literas monuit, tres ut huc ſacerdotes & coadiutorem temporalem opportuno tempore tranſmittat. Delecti ergo in hãc provinciam Theologi & concionatores tres eximii, P. Balthaſar Barrerius ſeptuagenarius 50. is in religione vixerat aliquot años ſociis in An-

Soc. Ieſu Patres in Guineam.

Rege Catholico ſuadẽte

Qui huc miſſi ſint.

gola in qua 14. egerat annos præfuerat, virtutibus inclytus experiéntia & zelo singulari: hinc missionis hui⁹ fuit superior designat⁹. Emmanuel Barrius fuit alter: vita honesta notus, & in hanc singulariter à Deo missionem selectus. nam cum multis à provinciale precib. huc mitti postulasset tandem voti factus est compos. Tertius Emanuel Fernandius, ætate quidem iuvenis, at virtute & ingenio canus. Mense Iulio eiusdẽ anni è Lusitania solventes, sospites paucis post diebus in insulã Iacobæã appulere. Amice eos Ferdinan. Mesquita Britus ꝓfectus & ceteri oẽs excepere, dũ tandẽ ꝙ tanto hactenus petitũ erat studio compleri vident. De reb. eos necessariis cives instruxere, illi vicissim institutti sui exercitiis gratiam rependere, conciones ad populum habendo doctrinã Christianã tradẽdo, noxas, pœnitentiũ excipiendo, dissidẽtes in gratiã reducẽdo, aliaq; misericordiæ opa ad ꝓximi salutẽ exercẽdo. Eo v. id factũ maiori cum fructu, quo opariis strenuis regio omnis magis opus haberet. Quæ tũ in opido Iacobæo rũ Praiæ i b i ad dies aliquot etiam hesere, ad Dei gloriam promovendam egerit, scribi vix potest. Testabitur id omnium ordinũ ad conciones doctrinam catechisticam in foro locisque publicis tradi solitam concursus & tum his tum confessione ad Deum revertentium copia, peccata sublata mala impedita spiritualia corporaliaq; ĩpensa subsidia, abus⁹ supstitionesq; recisę. Duo dũtaxat triave speciminis loco exẽpla subiiciã. Erat hoc in loco ingẽs di. inatorũ incãtatorũq; (quos

Ad insulãs. Iacobj appellant

Iabatoucĕ magi eorumq; astu

Jabacouces magi eorumq; astus

(quos patria *Iabacouces* lingua dicunt) copia. hi ægris, morituris q; persuadēt, à b aliis eos præstigatoribus, quos, licèt falsò, nominabant, totum corpus corrodi, animāq; eodē euulsā, quò alluberet, destinari. At quo minùs sanitati reddantur per se stare: hanc persoluto sibi donario facilè recuperatum iri. Aegri ergo salutis percupidi, illis & aures & quæ postulabant dabant. Hinc si quis in morbum incideret, hosce præstigiatores, relictis medicis adibat. applicabant illi, quæ diabolus, quibuscum sæpe palam audientibus ægris ille loquebatur, suggerebat pharmaca & antidota. Adhæc varios suis sectatoribus auditoribusq; errores, fabulas superstitiosasq; incantationes proponebant. Credebant his non Aethiopes modo (quorum hic mira copia) sed & Lusitani. Ergo Patres tum publicè pro concione & lectione Catechistica, tum priuatis colloquiis, diabolicum hoc commentum euentilant & aperiunt. Hinc Satanæ errore detecto actis Deo pro reddita luce gratiis, nemo non, meliora sectatus, præstigias risit.

Hos produnt Patres

Baptismus mancipiorum correctus.

Sublata & alia circa Aethiopum in Guinea coemptorum baptismum, prauo vsu consuetudo. Quotquot n. huc recenter inferebantur, vno simul baptismo, interdum trecenti aut quadringenti, nonnumq̃ etiam septingenti, tingebantur. de doctrina præuia, de officiis Christianis, debitoq; honestæ vitæ nullus erat sermo. Mox prima oportunitate vel in Indiam vel Brasiliam, aliaque ad loca à dominis mittebantur. Rudes ergo & omnium ignari baptismo abluebantur,

bantur, & abluti discedebant. Patribus visum doctrinam baptismo aliquam præmittere, ne Sacramentum hoc, è quo æterna dependebat salus, tam temere leuiterq; conferretur. Illorum etiam operâ plurimi in libertatem vindicati sunt. multi namq; ingenui, liberalisq; indolis præter fas & æquum in seruos venumdati erant. Ergo inquirẽte magistratu, libertate donati. nam in hoc inquiri facile potest, cum à quonam venditi essent, constaret. Plurimi quippe Guineensium, hominum mancupio, vti nostrates aucupio & venatione, quo pretio eosdem diuendant, noti erant. Ipsi quoq; *Tangos Maos* eiusdem prope farinæ sunt homines. Ex quo ergo huc venere Patres, diligenter institores, à quibus vẽduntur Lusitanis, examinantur, num iusto bello capti, num verò præter æquitatis iura in seruitutem abducti. Hæc aliaq; agebant Patres, cum ex crassi aëris inclementia solitus telluri morbus Balthasarem Barrerium & Emmanuelem Aluarum, aliquot post aduentum hebdomadis corripuit. Hic etsi ætate vegeta & valida, ad superos abiit. Tristis & peracerba omnibus, ob pręclarum vitę exemplum, virtutis studium, concionandiq; peritiam mors eius accidit. Barrerio verò, quò plures. Guineensium in ditione, (nam mense pòst Decembri anni eiusdem, Coadiutore socio, eòdem penetrauit) ad Christiana signa conuocaret, reddita valetudo. Quos igitur hic subierit labores, quem in diuina retulerit hotrea fructum, iam videamus. Iter porro ipsum, quod nec suo caruit

Item praua in iis emendis consuetudo.

Nota: *Videtur hic supra Emmanuel Fernandius dici.*

ruit fructu, vti è litteris ad collegam Emmanuelem Barrium in Iacobæa insula hærentem dat scolligere est, præmittamus.

Epistola P. Balthazaris Barrerii de itinere suo in Guineam suscepto.

Etsi quadraginta prope ipsos dies impenderemus antequam Bigubam pertingeremus; magni tamen beneficii loco habuimus, sospites huc, sine vllo piratarum maleficio, & euitatis latentibus vadis, etsi horum ignarum nauarchum nacti essemus, peruenisse. Detinuere nos partim aduersi turbines & mira maris malacia, partim nauarchi varios ad portus, vt Bissanensem, vbi ad quatriduum hæsit, & Guinalensem, in quo ad nouemdium mansit, applicatio. At Deo hoc ita ad animarum nonnullarum, opes inprimis indigarum, salutem disponente factum apparet. Postridie ergo Kal. Ianuarias anni sequentis Bissanum tenuimus. Lusitanis hic agentibus aures dedi piacula confitentibus. quòd verò æde sacra carerent, & sacer Missæ apparatus naui contineretur, sacra non celebraui, nec viuifici eos Sacramenti feci participes; etsi iam abhinc annis aliquot vtroq; mysterio caruissent. Dolebam omni illos spirituali ope destitutos viuere, & Dei salutisq; oblitos plurimos. Pro temporis illos oportunitate officii commonui, & salutaribus consiliis instruxi, inducere conatus; vt ad alia Guineæ emporia, in quibus ad aliquot saltem menses sacerdotes sacra celebrantes & confitentibus aures dantes, agunt, se conferrent. Hoc se illi quidem facturos polliciti sunt, verum factumne

Quid Bissani erga Lusitanos egerit.

sit

sit ignoro: quod delectæ sedis & mercium eiusdem amore tenerentur. Si hic perpetuam nobis habere sedem licuerit semel quotañis ipsos adire licebit. Rex Lusitanis amicus & iam senio gravis me compellatum venit. Ad Christum illum traducere minime conatus sum, quod eodem ipso die quo excensionem feci, Lusitanorum cōfessiones auditurus navem denuo conscēdere oporteret, cum postera luce prima solvere velle se navarchus diceret. Quoniam vero tempore ad docendos barbaros, & baptismo illos destinandos, opus est, in præsens quidem curam hanc seposui, alias huc Deo dante reversurus. Filius eius natu maximus in fidem se quidem propendere ait, at quo minus eidē manus daret impediri se, quod hac suscepta, hominum sibi mancupio abstinendum esset, hoc sine scelere fieri minime posse gnarus Lusitanus, qui vigesimum iam hic egerat annum, amice nos habuit, deque necessariis ad iter, quibus sane opus habebamus, providit. nos vicissim primarios loci cives dissensione mutua laborantes, simultatibus sublatis concilia vimus; unde non mediocre secutum bonum.

Mira in Sacerdotem nostrum providentia.

Hinc digressi insigne Dei benefici experti sumus; duos enim latentes scopulos, quibus nulli toto hoc tractu magis ancipites ac graves cum transire oporteret, navarcho nostro horum locorum ignaro indigenam adhibere nautam donec evasissem⁹, visum est. At De⁹ se solū itieris hui⁹ ducē ac conductorem esse ostensur⁹ irritum hunc esse conatum voluit. Et ecce i ē miram

ram: cùm haud procul ab iiſdem abeſſemus, ſubitò ventus poſitus ac ſopitus vndâ nihilominus in ſyrtes naufragio plurimorum infames nauem propellente, repentè reſurgit, & ſine vllo diſcrimine ancipitem hunc euaſimus tractum: Gallos etiam piratas omnem hanc oram infeſtare, naueſq; vltro citroq; commeantes expilare ſolitos, nullos Deo dante vidimus. Guinalam ergo, quæ trans vnum magni fluminis brachiorum ſita, ipſo Epiphaniæ die ſub aurorain appulimus. Felix hoc futuræ barbarorum Gentiumq; conuerſionis omen, credidi, cum tres illi Magi conuerſarum gentium primitiæ dicantur. Appulſos Antonius Nonnius loci præfectus & actor, cum aliis Luſitanis cópellatum venit. Illo egrediente, duo tormenta, quæ nauis noſtra vehebat, diſploſa, ex arce verò duodena. Quidquid ad ſacra Miſſæ ſollennia neceſſarium erat, paratum reperi, verum ante de præſenti feſtiuitate verba habui, & hinc occaſione ſumpta ſpirituales regionis neceſſitates aperui. Dominica infra Octauam rurſus concionem habui, non ſine fructu. nam ad noxarum confeſſionem permotis pleriſq;, nouem ipſos dies quibus hic hæſi illis audiendis, non ſine magno meo gaudio, illorumque ſalute, impendi.

Quid in portu Guinala fecerit.

Vix appuleramus, cum in corona quidam primarius Luſitanus malè habere & de morbo parum eſſe ſollicitus narratur: narrantem ad ipſum miſi, petiturum num confeſſionem vellet peragere, meamque offerret operam. at cum longior mihi mora ſuſpicionem moueret,

Notabilis Luſitani moribundi conuerſio.

mouerer, fratrem nostrum eôdem destino. Is ægrum excusare se, & confessionem explodere nuntiat. Ergo ipse domum adii. Sed æger & dicta mea ludibrio excipere, verum insto, vt saltem confiteri iam inciperet. Paruit, quod verò à morte non multum abesse virum cernerem (etsi mortem ipse ministrantes exploderet) confessionem seriò vt faceret perficeretque institi. Perfecit. ergo magno meo & gaudio & solatio. At quòd pomeridiano id fieret tempore, & sacra, ad communionem dandam, essent postridie celebranda, ipsum postera luce eiusdem participem, rite dispositum, facturus abii. at de nocte ingruens mors impedimento fuit. Qui virum nouerant, hoc, velut rem miram, aut singularem Dei saltem gratiam habuere. ipse quoque spem concepi ad salutem illum destinatum, vtpote ad nostrum vsq; aduentum, quò confiteretur, in vita conseruatum.

Vt Guinalam veni, regulus cum aduersa luctabatur valetudine. quas igitur à rege Catholico ad ipsum habebam litteras, non prius visum fuit tradere, quam haberet meliusculè. Interim Laregum, qui primus à rege, aliosque optimates, qui eidem velut assessores regni perpetuo adsunt, ad Christiana sum signa conuocare donatus, atque iidem vt regi suggererent, persuadere. Singula se facturos magna beneuolentia pro-

Guinalensis Reguli & optimatum conuersioni Barrerius incumbit.

misere, se quippe præ aliis baptismo ad maueri velle, rex quoque ipsum vt faceret fore-vnica etiam deinceps vxore contentus se vocturos. nam polygamia inprimis obstat, quo minus plures horum CHRISTO accedant.

Regis exequiæ barbaro ritu celebrantur.

Nos huc à DEO non ad animarum modo salutem, sed & regni incolumitatem rerumque temporalium incrementum missos dixere. Idq; tanto cum affectu, ut Deo ipse gratias ageret. Persuadere ante omnia conatus sũ, ut si regem forte decedere contingeret, nulla ei hominum cæde parentarent. multas namque uxorum & clientum quin & equum regium velut inferias mactant. Cacodæmonis enim astu persuasum habent, eos qui ad tumulum eius mactantur, in altera ei vita adhæsuros. Oravi ergo, regi ut persuaderent, vivus ut vetaret, ne quis se mortuo necaretur, sed hominum loco, bobus mactatis uti apud nos fieri mos est, exequias celebrarent. facturos se omnes spopondere, quæ suggesseram cõsilia sibi æquissima videri vultu præferentes.

Miseram ante ad regem, quemdam patrii sermonis peritissimum, qui litteras me regis Catholici attulisse nuntiaret. Placuit hoc regi, tametsi ægro; at Laregum & consultores suos mecum agere ante voluit, & dicta factaque ad se referri. Submisit & clanculo aliquot suorum, qui me & viserent, & adventus mei causã discerent, & hanc sibi significarenti.

idq;

idque sæpius factum. Videbatur scilicet Diabolus, omnis boni adversarius, vereri, ne quod inde bonum sequeretur. Laregus enim aliiq; optimates postridie quam mecum egissent, cum regi cuncta ex ordine relaturi, regiam adiissent, linguæ usu privatum reperere, & hoc in statu animam reddidit. Vbi ergo morti illum proximum & quidquam, nisi alio rege electo, efficere me non posse comperi, & quod navarchus Bigubam cogitaret, vna cum ipso iter perficere decrevi: quo tamen cum novo agendum rege esset modo, aliis in mandatis dedi, qui si aures daret, & facilem se præberet, ad me referrent. biduo hoc confici poterat.

Guinala digressi ipso D. Antonii pervigilia sub vesperam Bigubam venimus. Pridie illius diei, noctis conticinio, tam vicini pago ancoras iecimus, ut nisi per nocturnas tenebras stetisset, ipsum vidissemus, visi vicissim ab incolis postridie Dominica nimirum die, sacrum in terra celebrassemus, at tam spissa per diem incubuit nebula, ut nonnisi dum advesperasceret pagum conspiceremus. *Bigubam Barrerius venit.*

Sebastianus Fernandius à quo expectabamur, mox navem adornat, quæ nos per mare exquireret. Navi in opidum redeunte, quo advẽtum ipse nostrum nuntiaret, & Lusitanos huc illucque dispersos unum in locum colligeret (à quibus simul omnibus exciperemur;) maximum tormentorum, quod in arce displodi iubet, sed ipsum sine ullo tamen maleficio, disruptum.

Ergo in terram egressis nobis, omnia arc
tormenta exonerata. Postridie præmis
concione Missam magno omnium cum ga
dio celebraui, vtpote qui iam dudum ip
caruissent. Quod ipse munus prosequer
Dominicis festisque diebus concionem h
bui, at quotidie doctrinam tradidi catech
sticam, sed festis diebus maiori concurs
Recreabat me qui hinc sequebatur fructu
& insignis in plerisque morum mutatio
quin & Aethiopum in eadem audienda a
dor, quam variis in locis cœtu coacto d
cantabant. Huc eos inducunt mouentqu
quæ dono præmia. Sebastianus Fernandi
magna nos beneuolentia excepit, nobi
que domunculas haud procul à templo, n
stro ritu ad recollectionem aptari erigiqu
iussit. Iam prouectæ illæ sunt; modò qu
dem, quod necessitas vrgeret, è tegulis op
reque lateritio parantur, sed dein è lapide &
calce, quæ huc ex insula adferenda, con
structurum easdem se promisit. neu priu
nos regem conuenire aduentusque nost
causam aperire vult, quàm eædem perfe
ctæ sint. Nullum in vniuersa Guinea Bi
gubensi opido crediderim esse salubrius; te
stis & vegetus color, & recta corporis i
Lusitanis hic commorantibus dispositio. De
dante hic ad vsque Paschalia festa commo-
rari decreui, operam daturus vt infamium
illorum peccatorum quæ quod Guineen
sibus communia sunt, vix peccata haben-
tur

Lusitanorũ in Patres affectus.

tur fibræ paulatim tollantur, eorumque loco Christianarum virtutum, ac probitatis & honestatis surculi pullulascant. Equidem, si modò visum superis ianuam reserare, in horum regnorum vnum fidem Christianam inferre peruelim, vt hinc ad alia eadem paulatim proserpat. Impedimento autem inprimis sunt, apulsi huc pridem Aethiopes aliquot advenæ, Mahometum profitentes. At hanc simul & alias difficultatum moles disiicere potens est Deus. Hactenus P. Barrerii Biguba in Beafarum regno XXVIII. Ianuarii anno M D C V. missa epistola. Iam reliqua eiusdem hisce in locis gesta prosequamur.

CAP. XLVI.

P. Barrerius ad Montem Leænæ pertingit, cuius regem Christo vnitum, simul & alios eius domesticos & consanguineos, baptismo tingit; alium regem fidei quoq; conciliare contendit.

Emmanuel Barrius in insula Ignea demoritur.

BArrerius cum in Guineam, vti diximus, iam transisset, in insula opidoq; Iacobæo Emmanuelem Barrium reliquit. hic postquam concionando, docendo, confessiones excipiendo, magno cum fructu & animarum salute, quinq; ipsos menses exegisset; comperto, insulæ Igneæ, quæ Capitis Viridis insularum vna, incolas, doctoris defectu, magna rerum fidei ignorantia laborare, eodem transire statuit. Huc vt peruenit, in morbum incidit. cuius labores & caritatem, qua animarum saluti incubuerat, remuneraturus Deus, ad se virum euocauit. Ergo hac in insula omni humano destitut⁹, sed diuino fultus auxilio, piè in Domino obdormiuit.

P. Barrius Montem Leænæ petit.

P. Barrerius ergo Bigubæ cum ad menses aliquot substitisset, ad montem Leænæ iter direxit, incolarum ad fidem Christianam suscipiendam dispositionem exploraturus. Tam lætam ridentéq; hic messem conspicatus, vberrimum inquam animarum proventum, nefas duxit hinc abscedere, & superiores reperti hic thesauri certiores voluit reddere; vt submissis auxiliariis collegis ad eumdem simul colligendum incumbant. At quoniam quæ contigere non melius referri queunt, quàm per eum ipsum à quo potissimum gesta sunt, litteras eiusdem hinc

ad

ad Lusitaniæ provincialem mense Februario anni sequentis transmissas depromam.

Decima tertia Iulii Biguba ad Lænæ montem profectus sum, regum tractus huius erga fidei nostræ mysteria animos simul & aeris cœliq; ue, quam iactabant clementiam, salubritatemque exploraturus; ut his exploratis, quid de nostra hic commoratione figenda censeam, perscriberem, hoc vero potissimum tempore huc me visum conferre, quod navis hoc ad iter instrueretur, ante Adventum & quadragesimam, ut quidem dicebatur reverti me posse sperans: ut eo ipso tempore Cachei, qui vicus plures simul Lusitanos & frequentius habet commercium, (& proinde plura maioraq; flagitia, vrgentioremq, rerum spiritualium necessitatē) quam reliqua Guinea adessem. At quod & cœlum pluvium & ventus adversus incumberet, & navis nonnisi unum haberet tegmen, ut pectus stantis vix illius ora pertingeret, multis cum ærumnis & incommodis luctati sumus. Vix unam ad aliquot dies confecimus leucam, & cibum eduliaque parare ob procellam nimbosq; ingruentes diebus post sequentibus vix licuit, ut duos & medium navigationi huic, quæ sex ad sūmum diebus confici potest, menses impenderimus: etsi ad aliquot variis in portubus dies hæsimus fixi ancoris, ut iam iam commemorabo; tum ob commeatus penuriam, tum v. q a Lusitano in Insulis ab idolis cognominatis ingentē Leænæ aut portum eiusdē à piraticis navibus

Eiusdem epistola ad P. Provincialē

Multa hoc itinere patitur.

uibus, ante dies aliquot huc præterfectis, insideri didicissemus. Vtroq; premente discrimine nauarchus, in quodam amici regis portu, Pagono nomine se subduxit. reperit hic Europæum, patria Græcum, qui salem, quem incolæ igne parant, & permagi hic pretii est, empturus venerat.

Is quoq; de piratis, cum iam nuperrimè in hasce Insulas appulisset, nos certiores reddidit. Ipso D. Iacobi huc appulimus; ilico nos loci rex, regulus potius, tum ob subditorum paucitatem, tum quòd potentiori, quem Fatemam dicunt, regi sit stipendiarius, dicendus, inuisit. Benignè nos humaneq; habuit, & mihi interea dum hic agerem, domum aptari iubet. Templum in portu vt extrueret suasi, si sacrum me, dum hic moram traho, dicere vellet. Non displicuit pium regi consilium, hinc magna id promptitudine, & animi hilaritate exequi iubet; sua opus donec perficeretur, quotidie præsentia promouens. Facili verò hic ædificia parantur, quod maxima ligni sit copia, & stramentis tectum palmarumq; frondibus tegatur. Prima qua exscendimus, nocte, Litanias nos Deiparæ recitantes, & catechisticam doctrinam tradentes vt dum naui vehebamur, audiit. Postridie ergo nobiscum expostulat, cur tam pio illum operi (ita nempe id ipse dicebat) adesse non siuissemus, hinc quotidie quoties ipsum repeteretur, certiorem regem reddere oportuit. Quod dum peragеretur, flexis ipse poplitibus, Christiano semper ritu interfuit: si quando pro

Pagonum appell.t.

Rex illo suade te templum construit,

pro more, peccatorum ad finem exomologesis cum pectoris tunsione fieret, suum ipse vicissim tundebat. Interfuit & sacris Missarum, quæ celebravi solenniis spectator templum tamen minimè ingressus, at Christianos introrsum agentes in singulis imitatus. Aliquod illi fideinostræ specimen aperui, quo ille maximopere capi, & ad eamdem percipiendam pronus videbatur; verum minimè rē se nisi Fatema præeunte, aggredi ausum aiebat.

Regem delectat res fide

Pœnitentiæ & Eucharistiæ Sacramenta Lusitanis huc illucque, instar ouium pastore destitutarum errantibus & moribus sylvestribus Ethnicis quam Christianis similioribus, administravi. Iam enim ab hinc annis plurimis, Sacramentis, Missæ sacrificio, quin & verbi DEI pabulo caruere, imo omnem prope eorum memoriam exuerant.

Sexto Augusti, postquam regi valedixissemus, portum premente commeatus inopia repetiimus, quisque enim sibi de necessariis prospicere contendebat. & si vel pauxillum oryzæ (quæ hic frumenti loco seritur,) comparassent, ob ingruentes pluvias tundi ipsum minime poterat. Biduo in æstuario quodam superando laboravimus, nam adverso incumbente flatu prominentem terræ linguam, etsi variis ante tentatis anfractibus prætervehi minime potuimus.

Hinc digressu redire se compellitur

Hinc premente fame, cum quem reliqueramus repetere coacti portum, ad quintiduum hic hæsimus. Interea ipse mihi collecta hinc inde stipe de necessariis pro-

Magnum a dit periculũ

spicio, tum demum iterum æstuario egredi conatus unda vehementior & procella sævior impedit, quo minus promontoriũ illud superare possem⁹. Biduo littus legimus, sequenti nocte dum vela laxamus & obnitentibus elementis vlterius provehi contendimus, subito gubernaculum exiliens in mare delabitur, & præ gravitate fundum petit.

Satanæ arte hæc ductuque fieri ipse mihi persuasi, vindictam de me deposcentis quod clanculo è domo, qua me excepit rex, & in qua dormire ipse solebat, quædam, in quibus malignus ipse adorari solebat, sublata in mare abiecissem. Sed quæ

Sed liberatur.

DEI bonitas etsi omnem iam spem evadendi deposuissemus, postridie laxatis in ventos carbasis, etiam sine gubernaculo promontorium quod ante integra navi superare minime potuimus, prætervecti sumus.

Buranum i regnũ appellat.

Insulam ergo Tamarenam transeuntes ad regnum Buranum applicuimus, cuius Regulus Fatemæ etiam vectigalis est, ꝙ cum Lusitanis à pueritia egerit, illorum linguæ peritissimus est. Amice liberaliterq; ille nos habuit, insignibusque coluit officiis

is. Tum adventus mei causam aperui, oravique quamprimum ut ædem sacram ad sacra celebranda pararet, interim dum gubernaculum nobis aptatur, ob quam potissimum causam hunc in portum appulimus. Dictū factum, interfuit ille sēper sacro, extra templi limen commoratus, rebusq; fidei nostræ maximopere capiebatur. Sæpe Sacrosanctum IESU nomen ut invocaret, suasi. quod vero Lusitanus qui nostra vehebatur navi, docuisset illum: *Iesus, nomen Iesu, Diabolo renuntio* sæpius identidem verba hæc per diem repetebat, magnamq; noctis partē cum Lusitanis puerisq; nauticis sermocinādo traducebat, ut doctrinā ab illis Christianam ediscerer, baptismi inprimis cupidus. Porro huc me reversurum & per otium edocturum, & baptismo, ubi Fatemam convenissem lustraturum promisi, à capite incipiendum esse ratus.

Buranū in regnum appellis.

Rex in fidem nostrā propendit.

Ad usque septimam ac decimam Septembris diem hic hæsimus. interim Græcus quem dixi eumdem portum subiit; paulo post venere Lusitani nonnulli actuaria (ꝙ genus navium Vannam vocant, remo veloque simul agi solitum) vecti, qui nihil de nostro adventu compertum habebant. Quod vero ulterius eos tendere oporteret ad Sacramenta communionis & Eucharistiæ illos inducere sum conatus. Confessionem porrigere, at communicandi minime spatium fuit, quod præfinitum haberent tempus.

Multos Rasterius Deo conciliat.

Con

Convenit tamen inter nos ut me in montem Leænæ appulſo, & ipſis huc reverſis officio minime deeſſent.

Addam quod mihi ſæpe quidem dein occurrit, etſi non ob aliam huc forte cauſam quam ut Chriſtianos DEO concilarem, veniſſem, optime & labores meos collocatos, & itineris mercedem abunde mihi collatam videri. Confeſsi quippe ſunt, qui abhinc decennio, vicennio, multi, qui ne à tricennio aut forte numquam ſacerdotem adierant noxas confeſſuri, in medio nationis pravæ inter quas qui agunt Chriſtiani, vivendi ratione, moribuſque ab ethnicis parum differunt.

Gubernaculo concinnato eo quo dixi die ſolvimus veriti tamen à piratis montis Læenæ portum inſideri: metum augebant AEthiopes nonnulli, aſſerentes viſas à ſe trans alterum promontoriorum à quibus hoc æſtuarium conſtituitur in ancoris naves

Placuit ergo navarcho utrique oram Leænæ in qua portus legendo minime exſcendere. hic enim piratæ in ancoris hærere ſolent, & ad aquationem deſcendere. ſed alia parte quæ arenoſis plena vadis, quæ nemo niſi adituum & temporis, quo minorib. navigiis patet tranſitus, gnarus trāſire poteſt. Statuerant autem ſi quæ piratica navis ipſos adoreretur vel arenoſa vada tranſire

interea

interea dum eadem vitaturi piratæ longos anfractus & circuitus, ipsos invasuri, legunt, vel ad amicorum portum divertere. At hoc nos discrimine subduxit DEUS: Cum enim ad Læenæ sinum pridie Divi Matthæi nocte intempesta pervenissemus, postridie tam lento per vada hæc invecti cursu sumus, ut si quis piraticus lembus portu esset egressus, nos prævertere potuisset. Tamen DEO dante cuncta evasimus. & septem post diebus ad portum pervenimus, in quo omnium illius oræ Lusitanorum caput, & primus commorari solebat; Bartholomæus Andreæ viro erat nomen. Ab hoc de incolarum terræque moribus multa & quo cum regibus agendum esset modo sciscitari decreveram. nuntiatum autem ad aliud Fatemæ regnum, quod ad aliam fluminis partem eum commigrasse. Huc ergo visum est, cursum dirigere. Vt vero Regis Læenæ montis benevolentiam captaremus, quem in vico, in cuius portu Græcus qui nobiscum venerat, commorabatur, agere comperimus, misso terrestri itinere nuntio, nostrum illi adventum, simul & ad regiam nos properare nuntiamus. Benigne nos ille habuit, meque imprimis honorifice, magnaque veneratione tractavit. Adventus illi mei rationem patefeci.

Montis Læenæ regem adit.

Porro magno sibi honori duxit quod ad ipsum ante vicinos regulos descendissem. Postquam de DEO nonnulla audisset, me

sacra celebravi solennia, rege foris præsente cũ fratribus & aliis permultis. Ante vero novem Lusitanorum vel proles vel mancipia, catechismi iam peritos, aut minoris ætatis, sacro baptismatis lavacro ablui. inde ad Lusitanos incolas, aliosq; aliunde appulsos concionẽ habui. Quẽ ipse procedendi modum singulis dominicis festisq; diebus servavi, quod verbi divini pabuli, inopia & rerum fidei Christianorumq; officiorum ignorantia omnis mirum in modũ laborarent. Addidi vesperascente die lectionẽ quãdã spiritalem, tum de pœnitentiæ Sacramento tum de hominis novissimis, aliisq; huiusmodi rebus. Indigenarũ qui concionib. collationiq; intererant, aliquot linguæ nostræ utrũq; gnari erant & inter hos rex ipse ob frequẽs ac diuturnũ cum Lusitanis commerciũ. atq; hi audita cõfestim ad alios referebat. Aqua lustrali data & sacris peractis quo oẽs ob meũ huc advẽtũ (per quem fiebat, ut tã sancta videre & audire liceret & etiã mentis caliginẽ agnoscerent) gavisi sint modo, Lusit: simul & indigenæ ac rex dici vix potest hinc regis in rẽ Christianã studiũ & affectus indies excrescere ut quoties indie solita me quadam importũitate ac fervore premeret, baptismi ut se redderẽ participẽ. Proposui ergo quæ huic pmittere op⁹ esset itaq; illi simul et coitib. doctrinã Christianã tradere cœpi postrẽo v.q, nullũ his in regiõib. hoc mai⁹ fidei esse scirem obstaculum, aperui unicã seligendã uxorẽ eãq; ducẽdã ceteris repudiatis Nullã in hoc se difficultatem persentiscere ait, at dolere se quod hoc non ante declarassem. habuisset n. iam uxorẽ. nã nullã earũ quas modo haberet

Conciões habet

ducere velle, ſed aliam regis vicini filiam, quam mox accerſi iuſsit. Equidem non obſtiti, quod ethnicorum ut plurimum connubia minime etiam ex legis naturæ præſcripto, legitima ſint.

Omnes concubinas deserit

Hoc in ſtatu res, ante regis baptiſmum erant, hic autem ad plurimos dilatus dies, ꝗ & gens hæc lente admodum in omnibus procedat, & qui ſponſam adducturi erant, longiores æquo moras necterent, illam namq; adeſſe volebam, ut edocta ſimul cum rege coniuge baptiſmo tingeretur, & matrimonio rite iũgeretur. Interim in rege docendo totus ſum, qui maiorem indies in rebus fidei progreſſum faciebat. Tandem puella patruo ſorore ætatis provectioris, ſimul & aliis ſtipata adeſt. Ergo mox fratres regii & Luſitani die feſto conveniunt, [illegible]ti illos ſtatim & baptizandos & coniungendos. Illam vero prius edocendam & baptiſmo diſponendam cunctis aperui. Ad me ergo cũ deducta eſſet, & fidei myſteria declararem, ſimul & matrimonii ritus, ipſa ſimul & conſanguinei non parum mirabantur, ac deceptos ſe quodammodo quæritantes, nihil huiuſmodi, in patria ſibi declaratum ante aſſerunt, nec matrem hoc illam ritu connubio iungere, ſed patrio decreviſſe; & eius ante voluntatẽ per nuntios explorandam, quam puella baptiſmo tingeretur & nuptas iniret. Hinc turbari & moveri omnes. Inſtinctu hæc diaboli dũ Dei hoc in regno molimina ſubvertere cõtendit facta credi deſ. Rex igitur fratrib. & Luſit. patrii ſermonis gnaris.

Filiam regis vicini cõnubio sibi iungit.

Sed frustra.

in concilium adhibitis, post varia vltro citroque prolata, per nuntios me precatur, baptismo se vt tingam, nuptias nihil moratus, & ad hoc variis conatus est me rationibus inducere, continenter se victurum spondens, donec Christiano ritu matrimonio iungeretur. Res f agor initio: at superuenientes Lusitani, plurima quæ secutura sint incommoda, ni regio satisfaciam desiderio, batismoque virum admoneam producentes mentem me mutare dum Dei hæc nutu fieri ipse mihi persuadeo, compellunt. Interuenit mox ipse cum fratribus & aliis quam plurimis, interim dum cum Lusitanis ago. Regiorum dein fratrum vnus de fratris baptismo ac matrimonio tam præclaram & rationibus prægnantem orationem coram habuit, vt votorum meipsos participes redditurum spóderem. Subiunxi quæ regem suscepto baptismo seruare, & quo vitam instituere oporteret modo. Fratres etiam Christianis se accessuros sanctè polliciti sunt. Singulari hoc omnibus ac regi imprimis fuit solatio. hunc ergo domum reuersum Lusitano induunt ritu, aliosque baptismo simul donandos præparant. inter quos erat filia eius puella decennis, & soror, quæ quod inter Lusitanos educata, Christianorum mysteriorum erat perita. Templo ornato adfuit ipse cum Lusitanis omnibus, fratribus, aliisque indigenis: quem eo quo potui splendore sacro fonte tinxi, & Philippi nomen imposui: hinc hodie illum Lusitani Philippum Leonis dicunt, quod monti Ceænæ dominetur. Hunc ergo precibus

Regis baptismi suscipiendi desiderium.

Regis baptismus & aliorum.

Philippi Leonis illi nomē impositum.

Deo commendari curet R. V. nam ab huius conuersione, constantia & vita honesta plurimorum regnorum, & illorum præsertim quæ mon...Leænæ proxime dependet conuersio.

Alterius regis filiam ducit.

Prioris sponsæ mater tam diu responsum distulit, & sponsa vicissim à conditionibus matrimonii ineundi adeò abhorruit vt aliã nobilitate parem rex aduocarit. Hanc ergo adductam baptismo dispolui & admoui, simul & matrimonio iunxi magno omnium ordinum, & Lusitanorum & meo cum gaudio: vbi tam Læta rei initia & superatas quas diabolus obiiciebat difficultates, quæ ne verbis quidem exprimi queunt, perspexi. Baptisma suscepere, præter alios plures, quatuor proles regiæ, vna quinquennis, filia decennis & duo quindecennes. Duo à latere meo non discedunt, sed vbique mihi adhærent. Natu maior tam probe fidei nouit mysteria, vt in aliis docendis mihi auxilio sit.

Quatuor regis proles & duo fratres baptizati.

Tinxi quoque duos regis germanos: duo alii baptismi cãdidati sunt, simul & amita, regni hæres, nisi sexus obstaret. Ea tamen eius apud omnes auctoritas, vt nullum illa incõsulta alicuius momenti in regno negotium peragatur, vt ne connubium quidem inire rex esset ausus, nisi illa annuente & consentiente. Hinc ergo, vbi sacra Missarum quæ celebraui solennia simul & baptismi ritus corã spectasset, tant⁹ fidei nostræ amor insedit, vt simul cum coniuge Christianis accedere decreuerit q. enixe à me baptismũ petiit. Tamẽ quod illam fratris, Philippi regis patris, exequias velut primariam curatricem, quibus anno inte-

Regis amita & maritus Christianis volunt accedere.

integrò ocuparetur, curare comperiſſem, ſi a d pa um in cuius portu ag bamus, ſe conferent, & per otium fidei audiendę vacarent, ſufficienter inſtructos, me bapiſmo luſtraturum ſum pollicitus. Exequiarum illa ſe curam ſeponere poſſe negat, quod hinc inde ad pſoră dum plangendumque cōuenientes ipſam excipere oporteret; at hiſce peractis imperata facturam. Hæc virilis animi mulier, ſi quando ad bellum proficiſcuntur, poſtremum ducit agmen, arcum ſimul & pharetram & fuſtem militarem geſtat: ſi quis ordines deſerens pedem retro referat, fuſtigatione data redire compellit.

Patre Philippi & matronæ hui⁹ fratre demortuo, ceteri eius, filii & alii indigenæ, plures vxorum, quas Chinas patria voce dicunt, & aliquot clientum ſimul eius tumulo inferendos, ſol to Guineæ more, velut inferias mactare dum volunt, Philippus rex ſe Chriſtiana iam lege prohiberi ait, (vti iam antè monueram) quo minus ſeram hanc parentationem vtpote diuinæ legi repugnantem fieri permittat. *Impia parentatio ſublata.*

Ita ergo impia hæc parentalia ſublata. T[illegible] ceſimum ſupra centeſimum re is pat[illegible] annum. hunc, quòd venenum (quod [illegible] diti ob nimiam [illegible] potatum) [illegible] rationis vſum abſtuliſſet, in quo mentis alienatione exſpirauit, bapuſmo non [illegible] autem plurima Philippus rex, quæ & hu[illegible] eius conuerſationem, & gloriæ diuitię [illegible] tum teſtarentur, eg t.

Occasio eius cõuersionis. Non temere autem infirmoque fundamento nixus baptiſmum petiit rex, nam præter diuinum motũ, primarium huius deſiderii inſtrumentum primaria eius fuit vxor, Chriſtiana & apud Luſitanos educata. Hæc vbi me hoc in regno vidit, vitæ dedecus pertæſa, eodem quantocyus emergere voluit, quod autẽ gratia apud regem valeret, fidei illi myſteria deprædicare, ſimul & gratiam oblatam, ſi hoc in regno eius edocendi baptizandique cauſa commorarer, extollere cæpit. Hinc is animo eius iniectus ardor, Deo potiſſimum cooperante, vt me ad ſe baptiſmo abluendum, vt dixi initio, compellere ſtatuerit.

Alterius regis filius ſacro & concioni interest. Vbi primò hoc in portu celebraui, fortè ladeɾat regis Toræ, qui trans ſinum, qui regnum hoc & illud interiacet, imperat, filius & ſucceſſor. Is per ſpeciem nauarchi noſtri, quẽ amicum habebat, compellandi, huc appulit, at quod à rege hoc bello ſuſcepto diffideret, adeſſe minimè auſus fuiſſet, niſi ſanctè illi, nullam mei cauſa, iniuriam inferendam, ſpopondiſſẽ. Hunc vt Philippus rex primum conſpexit, moueri initio cœpit, at dicente me, ſi modo Chriſtianis initiari ſacris vellet, & iniuriarum memoriam animo deponendam, & omnes omnino complectendos, iram exuens pro dignitate & meritis illum habuit. Is ergo ſacro, baptiſmo & concioni meæ aderat, quòd vero ſermonis noſtri vtrũque gnarus eſſet, Luſitanis qui minimè interfuerant, ſingula ex ordine enarrauit.

Ad patrem reuerſus, viſa auditaque tanto retu-

retulit feruore, vt vix ipse crederet de rei veritate dubitās, vti post ipse mihi narrauit. Verùm cum eadem à Lusitanis regni sui incolis, qui non secus ac filius singula audierant, inaudisset, manibus in cœlum sublatis, Deo gratias egit, admirans, præsertim comperto gratis hæc à me administrari. Nam verè ne hæc ita se haberent percontatus, & certum id esse audiens, verè is, inquit, pater est, non illi, qui hactenus huc appulere, non minus aliis Lusitanis, mancipiorum aliarumque rerum mercimonia tractantes. Nec verò aberrabat senex. quotque enim huc venerant sacerdotes, numquam sacerdotale munus exercuerant, sacra nulla dixerant, solis mercimoniis intenti.

Patri singula magno cū affectu refert.

Magno regis cum gaudio

Rex hic è Cumbis, (quos alio Manes dicunt nomine) hæc regna olim occupantibus, oriundus est. Centesimum annum agit, sed corpore adeò vegeto ac viuido, vt quadragenarium diceres. Prudentia consilioque omnibus vicinis præstare fertur, nihil vt illo inconsulto vicini agant reguli. magnam cum Lusitanis necessitudinem contraxit, vt ab hinc annis pluribus semper eius in regno egerint. Quotquot hinc veniunt, illius mihi conuersionis spem faciunt. Nuntio misso aduentum mihi est gratulatus, obsecrans, vt prima ad se oportunitate excurram. Factum me, cum commode liceret, recepi. Philippo itaque iam baptizato hoc susceпi iter cui ille fidem susceptam per legatos eosdem gratulatus est, orauit autem ne vnicam vxorem sibi iungeret. Cui Philippus respondit,

Banerio aduentum gratulatur.

si nondum connubium iniisset, per eam stare, quam in sponsam elegisset: at se iam coniugio iunctum crederet, illam enim vbi aduenisset, Christiano se ritu ducturam.

Egressus dein ad portum in quo Bartholomæus Andreæ commoratur, è quo in regnum Toræ facilis patet transitus (nam omnem hunc tractum cetera æstuaria aut flumina interse-cant, hinc facile vnius regni cum alio commercium est,) vt natalia festa peragerem, quod hic locus ceteris, in quibus templa habemus, commodior sit ad regem Toram nuntium misi (idem suggerentibus Lusitanis in regia agentibus) oraturus, vt hoc festo, quod omnium facile primum, adesset, Christiana coram sacra mysteriaque quorum erat percupidus, spectaturus, cum suo in regno nullum esset templum, in quo eadem peragerentur. Hoc ille nuntio recreatus, adfuturum se promisit. Ergo ipsa nocte natali cum filiis alisque plurimis, musica instrumenta pro patriæ more pulsantibus adfuit. Prout hic quidem licuit, ædem adornamus. Paramenta aræ erant eorum quæ Lusitania aduexeram preciosissima, accedebat & aliud è Damasceno viridi, quod Bartholomæus curarat. Deiparæ quæ Romæ à populo nomen habet, imago aræ insistebat quam pendulæ hinc inde fimbriæ byssinæ adornabant, ab vno latere paruuli Iesu effigies mascula, aureæ insistens basi, ab altero crucifixi, hinc inde quatuor ingentia candelabra cum facibus conspiciebantur; pariem

Regno egre-ditur officia natalia in-specturus.

tem

tem simul & pauimentum rami frondesque conuestiebant. Rege ingrediente cereos omnes accendimus, & in genua prouoluti sumus: nos ille imitatus, diutius singula accurate conspicatus & admiratus, ne verbum protulit, sed manibus motuque suum est stuporem testatus.

Deinde posita in cathedra resedit, aram imaginesque fixo intuens obtutu, tanto mentis gaudio, vt nobis consolationi foret. Nocte media primum celebraui sacrum, dein & suis alia temporibus, quæ extra templum ille, Bartholomæo Audrea præsente, qui ante causam cur exire templo cogeretur, ne offenderetur, aperuerat, audiuit.

Tum, quæ de fide nostra inaudierat, nonnisi vmbram esse & imaginem eorum quæ coram viderat, sæpius repetiit. Dein baptismum celebraui, quem & ipse coram spectauit. horum illi conspectu baptismi suscipiendi iniectum desiderium. ergo mentem aperit, Bartholomeum Andreæ in susceptorem eligens. Pro temporis illum breuitate edocui, templo ædificando insula, in qua Lusitani nonnulli agunt, & ad quam belli tempore, quod loci natura munita sit, rex confugere solet, decreta. *Christianus esse vult & templum extrui curat.*

Ergo post dies aliquot cum huc pariter conuenientes, locum designassemus, templum erigi ilico magna diligentia rex iussit, simul & duas domus in vsum meum eidem contiguas.

Quæ hic cō-struendi ratio. Hæc autem templa domuſque hic conſtruen-di ratio. Palor terræ denſo ordine infigunt, ſibi mutuo connexos, quos alio ligno tranſ-uerſim impoſito c.mbinatos, argilla cœno-que vtrinque incruſtant, vt lignum internum foris minus è conſpiciatur: parietem dein can-denti, lactis inſtar, terra inducunt. tectum è ſtramentis fuluſque palmarum conſtitui-tur.

Duos rex Tora filios Patri noſtro tradit. In Leænæ regnum reditum paranti mihi, duo decennem filium, quem baptiſmo edo-ctum luſtrarem, mecumque abducerem tra-didit. Quo pueri hi in fidem noſtram & doctrinam Chriſtianam ſint animo & diſcen-di ardore, quos nos ſtudio colant, diei ſcri-bique vix queat. Dein in regnum hoc poſtli-minio redeunti alium dedit filium pene quin-decennem. Vt duos eiuſdem, & duos re-gis Philippi filios, perpetuos itineris habeam comites, exſpecto indies & alium eiuſdem *Rex quoque Philippus.* ætatis; alterius viri principis filium, ad quem Fatemæ de quo ſupra memini iure he-reditario re.num ſpectat. at quoniam regni per ætatem impotens eſt, auunculo regium tra-didit nomen, ſibi ius omne retinens: metuit ſiquidem iuniores, ne veneno ante tem-pus incauti necentur. Præter Catechiſmum docentur hi pueri legendi artem: cui gna-uiter ſinguli vti & alii quæ à me præſcri-buntur, ad æmulationem incumbunt: per-magni hoc quippe vti & linguæ Luſitani-cæ cognitionem, faciunt. Horum ſpero o-

pe-

pe plurimos posthac Christo accessuros. nec spes me fallit. horum quippe exemplo & sermonibus permoti plurimi, baptismo tingi poscunt.

Toræ regi fidei nostræ percupido ante omnia declaraui, vni coniungi vxori, ex legis gratiæ præscripto, illum oportere; quod ambos simul baptismo lustrare, & matrimonio iungere decreuissem. Audiit consulentem, & si vt ante dixi, longe aliter Philippo regi consuluisset. Philippi ergo regis sororem, prudentia singulari etiam quoad rerum administrationem, & magno in res pias Zelo mulierem, quam à multo iam tempore vt primariam vxorem habuerat, mutua inter eos vigente concordia, tenuit. Non aliam ob causam eius baptismus simul & nuptiæ differuntur, quam quod per Quadragesimale ieiunium, non ea quam Tora desiderat celebritate, eadem celebrari queant; adeo vt in paschate ipsum amborum facturi simus participem. Et hinc à R. V. Deo per preces commendari velim, quod regis huius conuersio permagni sit momenti.

Benlensium rex, qui nouem dii itinere longe terra marique hoc in tractu septem imperat regnis, viribusque & potentia pollet, per epistolam baptismum à me efflagitauit, quod huius sit imprimis percupidus. Occasioni fuit, frequens eius cum Lusitanis, dum adhuc priuatus ageret, & etiam post regnum aditum, commercium. Horum nonnulli Christianam illi doctrinam tradidere, fideique mysteria. Post pascha huc me *Beniensium rex septem imperans regnu, baptismum expetit.*

conferre ſtatueram; in quam rē Bartholomæus Andreæ celocem adaptari, qua veherer, curauit, ſeq; expeditionis huius comitem futurum ſpopondit. Verum ne duos hoſce desererem reges, & cœpta feliciter abrumperem, non prius hoc ſuſcipere iter potero, quàm alium, qui meum hic ſuppleat locum, R. V. ſubmiſerit. Meſſis ſane maxima, & ea in vniuerſis fidei ſuſcipiendæ diſpoſitio, qua vel deſiderari queat. Orandus dumtaxat Deus, ſimul & R. V. *vt mittat operarios*. Hæc autem regio, cum omnibus Europæ quæ vidi, & aliis quæ adii locis quoad cœli temperiem, ſi ſingulas anni tempeſtates ſpectemus, facilè certat. Cuius dotes proprietateſque Bartholomæus Andreæ, quod hic diutius ſit verſatus, Regiæ Maieſtati perſcribit, vt illius è litteris, quarum exemplar vnà cum meis tranſmitto, videre poterit. Si ſedem hic figere Societati detur, quo nomine non mediocriter Dei gloriam promouebit, nullo in loco potius primariam ac matricem conſtituere quam in Monte Leænæ poterit. Si vero Regia Maieſtas in hæc regna oculos conjicere voluerit, tantus hinc pauxillo tempore quæſtus erit, vt plurimi huc Luſitani non ſecus atque in Braſiliam & Indiam Orientalem, quæſtu illecti appulſuri ſint. Hactenus P. Barrerii litteræ anno MDCVI. menſe Februario miſſæ: quibus alias Regis Philippi ad Hiſpaniarum regem datas ſubnectam, quarum hæc ſeries.

Sed eo ſe Sacerdos conferre non potuit ne alios duos Reges deſereret.

PHI-

PHILIPPI MONTIS LEAENAE *Regis ad Regem Catholicum litteræ.*

EGo Philippus Leonis, montis Leænæ rex, infinitas omnipotenti cœli terræque ac rerum omnium conditori Deo, ob terram errorum caliginem anima dispulsam, simul & acceptum, quo fidem agnoscerem & suscipere lumen gratias ago. quin & Maiestati vestræ, ob missum ad me præconem, qui idolorum quibus adhærebam falsitatem & fidei Christianæ veritatem reuelaret, me baptismo tingeret, matrimonio iungeret, Dei denique filium qui diaboli eram, simul & fratres, filios & subditos, constitueret. Tanti porro sacerdotem hunc facio, vt si quando ad alia se regna, vicinos edocturus & conuersurus reges confert, mœrore animus, illius conspectu carens, non secus ac viator, intra siluarum abdita & auia, Sole inter nubila latitante, contabescat. Ipse siquidem solus est, & tot satisfacere locis commode nequit. Obsecro itaque Maiestatem vestram, vt alios eiusdem instituti viros transmittat, qui eidem ad facem cœlestem, quam meo in regno succendit, aliis regionibus inferendam auxilio sint, quo verum Dei numen ab omnibus agnoscatur & adoretur. Ampli regni mei sunt fines, cœli mira salubritas & soli vbertas; ad quod plures Maiestatis vestræ subditos confluere peruelim, qui ipsum excolant, eodem gaudeant, rebusque quas suppeditat,

Rex Philippus agnoscit vocationis beneficium.

Patres Societatis à Rege Hispaniæ postulat.

Quo vero tuto tranquilleque agant, in portu Montis, ad quem piratæ omnes, Dei & maiestatis vestræ hostes aquandi gratia appellunt, & è quo vestrorum naues deprædaturi soluunt, arcis construendæ copiam facio. Ea porro Maiestatis vestræ subditos beneuolentia excipiam, qua quidquid vestrum haberi par est; à qua cœptum opus feliciter, perfici velim. Tot vitæ vobis annos addat Deus, quot cœlum stellas, quot habet littus arenas, vt omnes sub Maiestatis vestræ, ad regni mei tuitionem, vmbra viuamus. E monte Leænæ vicesima quinta Februarii die anno M D C V I. Hactenus regis litteræ. Bartholomæi vero, quarum in suis Barrerius meminit, quod aliud non continent quam quæ ante de soli vbertate proposui, hic præteribimus.

Cap. XLVII.

Tres alii Societatis Patres ad insulas Capitis Viridis, & inde in Guineam mittuntur. Horum vnius in tribus regnis gesta referuntur, simul & Barrerii ad Beniensium regem missio.

IAm ante duos Patrum anno M D C I V. ad Insulas capitis Viridis & inde in Guineam superiorem missorum, iisdem in insulis demortuos diximus, tertium vero cum in Guineæ continẽtem transisset, ita strenue in Dominica vinea laborasse, vt cætera quo taceam, duos Christo lucrifecerit regulos, simul & affinium & sanguine proximorum plurimos; quin & plura præstiturum fuisse, si qui auxiliatum venissent. Hanc

ob

ob causam collegas aliquot à Prouinciale petierat, qui in frangendo paruulis diuini verbi pane suppetias ferret. Missi proinde an. MDCVII. mense Martio tres alii Socii, Emmanuel Almeida, Petrus Nettus, & Emmanuel Aluarus. Quorũ primi in Insula Iacobæa instituti sui functiones acturi remansere: & quidem adeo impigre, vt post semestre ambo, in medio laborum cursu præmia percepturi, magno & tractuum illorum & Societatis nostræ, cui permagno haud dubie constat, eatenus suos produxisse, vt ad præclaras hasce expeditiones, gentiũ inquam barbararum conuersionem, idonei sint, dispendiô, in cœlum sint euocati.

Emmanuel vero Aluarus paulo pôstquam in Iacobæam insulam appulit, in Guineã vnà cum fratre coadiutore soluit. post varia maris discrimina ac sudores tandem Bissanũ vbi Lusitani aliquot cõmorantur, appulit. Rex ilico baptismũ petit: at differre ad tempus visum, spe, propediẽ huc se reuersuros, ac tum per otium de tãti momenti negotio acturos, data. Bissano ad emporium S. Crucis, quod in regno Guinalensi, accessere, vbi amice benigneq; à Lusitanis lociq; indigenis accepti sunt, ad aliquot hic hęsere dies, de rebus diuinis conciones & colloquia habentes, & imprimis cum rege & indigenis, erga quos non parum hoc nomine profecere. Regi persuasum, vt barbaros & impios, à se ac subditis omnib. seruari solitos desereret, simul ne fascem illum baculorum colli atum, quem vt numen illos adorare, & Chinam dici (hoc. n. nomine Deũ & quid-

Emmanuelis Aluari gesta.

Guineenses Chinam dicunt Deum, et quidquid carum habent. quidquid cariſſimum habent, iuxta illā Apoſtoli phraſin, *Quorum Deus ventus eſt*, nuncupant) narrauimus, coleret ac veneraretur. quam abſurdū ſit, faſcem baculorum numen credere, aperuit. Perſuaſit item, ne quem mortuo rege vel Principe, non vxorem, non amicos, non clientes ad tumulum, vti ſollenne erat, mactarent. Nam p̄terquam quod hoc cacodæmonis inuētum, immanitate incredibili hanc parentationem peragebant. *Crudelitas abrogata.* Præciſis.n.pedum manuumq; fruſtatim digitis, paulatim oſſa velut in mortario contundebant. cumq; iamiam exſpiraturi erant (cum nonniſi ad tres horas hoc in cruciatu agere poſſent) præacuto collum palo tranſadigebāt. atq; hoc pacto aliis, qui eumdem ſubituri erant, cruciatū, irretorto, ſiccoq; ſpectātib. oculo, necabantur. Ea ergo Patris verborum fuit efficacia, vt rex & optimates hanc deinceps feritatem eliminandam ſanctè iurarint. Quibus auditis, Luſitani adſtantes in lætitiæ ſignum, ſclopetos exonerarunt.

Rex Guinalenſis Bigubenſis & Begaſuenſis baptiſmum petunt. Rex dein baptiſmum ſimul & alii optimates petunt: leuitatem quamdam veritus Sacerdos, in aliud eos tempus diſtulit, tum quo illorū conſtantiæ periculum faceret, tum vt melius quæ credenda & facienda eſſent, edoceret. Quo enim meliora ſolidioraque fundamēta, eo & domus eſſe ſolent firmiores ac diuturniores. Reges item Bigubenſis & Beſeguienſis participes reddi Baptiſmatis petiere; qui ſimul & Guinalenſis, Beafares ſunt, potentia inclyti. Guinalenſis ſiquidem ſeptem regnis dominatur, quorum regulis diadema imponit: cum tamen Biiagi, ad

meridiem contermini, ac de quibus mox agemus, sex illi regna ademerint. Bigubensis tres habet regulos stipendiarios qui beneficiario iure coronam ab eo accipiunt. Ad ortum vicinos habet Naluzios, bellacem populum: non tantus tamen, quantus à Bijagis illi metus impendet. Beseguiensis quinque regulis pileum regalem imponit, & Naluzios simul & Bijagos habet confines.

Bijagi porro feri sunt & immanes, in septemdecim distincti insulas, ex horum regnorum opposito sitas: perpetuum cum Regibus Beafaribus & Lusitanis continentem incolentibus bellum gerunt, obuia quæque vastantes & depeculantes. Cum enim regionem omnem varia intermeent flumina atque æstuaria, eadem inopinato actuariis nauigiis subeuntes barbari, omnia circumquaque diripiunt & deprædantur. Vt anno sæculi huius septimo regum horum & Lusitanorum nomine, missus ad Hispaniarum regem sit societatis nostræ Coadiutor, auxilia aduersus barbaros postulaturus. Declarabat ille quod & indigenæ & Hispaniæ rex detrimentum passuri essent, si Bijagi inualescerent, & hunc tractũ peruaderent: quod ècontra his subactis emolumentum sequeretur. Sunt enim insulæ & diuites & fertiles: quæ si semel in Lusitanam potestatem venirent, insignis hic constitui respublica aut præfectura queat. Omnia quippe vitæ necessaria subsidia abunde suppeditãt, & ob varios amnes & arbores amœnissimę sunt, pręsertim palmos, vini, olei, rerumque aliarum feraces. *Bijagi quales sint.*

Armen-

Deo commendari curet R. V. nam ab huius conuerſione, conſtantia & vita honeſta plurimorum regnorum, & illorum præſertim quæ monti Leænæ proxime dependet conuerſio.

Alterius regis filiam ducit.

Prioris ſponſæ mater tam diu reſponſum diſtulit, & ſponſa viciſſim à conditionibus matrimonii ineundi adeò abhorruit vt aliã nobilitate parem rex aduocarit. Hanc ergo adductam baptiſmo dipoſui & admoui, ſimul & matrimonio iunxi magno omnium ordinum, & Luſitanorum & meo cum gaudio: vbi tam Læta rei initia & ſuperatas quas diabolus obiiciebat difficultates, quæ ne verbis quidem exprimi queunt, perſpexi. Baptiſma ſuſcepere, præter alios plures, quatuor proles regiæ, vna quinquennis, filia decennis & duo quindecennes. Duo à latere meo non diſcedunt, ſed vbique mihi adhærent. Natu maior tam probe fidei nouit myſteria, vt in aliis docendis mihi auxilio ſit. Tinxi quoque duos regis germanos: duo alii baptiſmi cãdidati ſunt, ſimul & amita, regni hæres, niſi ſexus obſtaret. Ea tamen eius apud omnes auctoritas, vt nullum illa incõſulta alicuius momenti in regno negotium peragatur, vt ne connubium quidem inire rex eſſet auſus, niſi illa annuente & conſentiente. Hinc ergo, vbi ſacra Miſſarum quæ celebraui ſolennia ſimul & baptiſmi ritus corã ſpectaſſet, tant⁹ fidei noſtræ amor inſedit, vt ſimul cum coniuge Chriſtianis accedere decreuerit q enixe à me baptiſmũ petiit. Tamẽ quod illam fratris, Philippi regis patris, exequias velut primariam curatricem, quibus anno inte-

Quatuor regis proles & duo fratres baptizati.

Regis amita & maritus Christianis volunt accedere.

integrò ocuparetur, curare comperissem, si ad pagum in cuius portu agebamus, se conferent, & per otium fidei audiendę vacarent, sufficienter instructos, me baptismo lustraturum sum pollicitus. Exequiarum illa se curam deponere posse negat, quod hincinde ad pꝑsonā lugendum plangendumque cōuenientes ipsam excipere oporteret; at hisce peractis imperata facturam. Hæc virilis animi mulier, si quando ad bellum proficiscuntur, postremum ducit agmen, arcum simul & pharetram & fustem militarem gestat: & quis ordines deserens pedem retro referat, fustigatione data redire compellit.

Patre Philippi & matronæ hui⁹ fratre demortuo, ceteri eius, filii & alii indigenæ, plures vxorum, quas Chinas patria voce dicunt, & aliquot clientum simul eius tumulo inferendos, solito Guineæ more, velut inferias mactare dum volunt, Philippus rex se Christiana iam lege prohiberi ait, (vti iam antè monueram) quo minus feram hanc parentationem vtpote diuinæ legi repugnantem fieri permittat. Im[illegible]

Ita ergo impia hæc parentalia sublata. Tricesimum supra centesimum regis patris agebat annum. hunc, quòd venenum (quo eum subditi ob nimiam sæuitiem potarant) omnem rationis vsum abstulisset, in quo mentis alienatione exspirauit, baptismo non tinxit. alia autem plurima Philippus rex quæ & honestam eius conuersationem, & gloriæ diuinę augmentum testarentur, egit.

Occasio eius cõuersionis. Non temere autem infirmoque fundamento nixus baptiſmum petiit rex, nam præter diuinum motũ, primarium huius deſiderii inſtrumentum primaria eius fuit vxor, Chriſtiana & apud Luſitanos educata. Hæc vbi me hoc in regno vidit, vitæ dedecus pertæſa, eodem quantocyus emergere voluit, quod autẽ gratia apud regem valeret, fidei illi myſteria deprædicare, ſimul & gratiam oblatam, ſi hoc in regno eius edocendi baptizandique cauſa commorarer, extollere cæpit. Hinc is animo eius iniectus ardor, Deo potiſſimum cooperante, vt me ad ſe baptiſmo abluendum, vt dixi initio, compellere ſtatuerit.

Alterius regis filius ſacro & concioni interest. Vbi primò hoc in portu celebraui, fortè ſ adeprat regis Toræ, qui trans ſinum, qui regnum hoc & illud interiacet, imperat, filius & ſucceſſor. Is per ſpeciem nauarchi noſtri, quẽ amicum habebat, compellandi, huc appulit, at quod à rege hoc bello ſuſcepto diffideret, adeſſe minimè auſus fuiſſet, niſi ſanctè illi, nullam mei cauſa, iniuriam inferendam, ſpopondiſſẽ. Hunc vt Philippus rex primum conſpexit, moueri initio cœpit, at dicente me, ſi modo Chriſtianis initiari ſacris vellet, & iniuriarum memoriam animo deponendam, & omnes omnino complectendos, iram exuens pro dignitate & meritis illum habuit. Is ergo ſacro, baptiſmo & concioni meæ aderat, quòd vero ſermonis noſtri vtrũque gnarus eſſet, Luſitanis qui minimè interfuerant, ſingula ex ordine enarrauit.

Ad patrem reuerſus, viſa auditaque tanto

retu-

retulit feruore, vt vix ipse crederet de rei veritate dubitãs, vti postipse mihi narrauit. Verùm cum eadem à Lusitanis regni sui incolis, qui non secus ac filius singula audierant, inaudisset, manibus in cœlum sublatis, Deo gratias egit, admirans, præsertim comperto gratis hæc à me administrari. Nam verè ne hæc ita se haberent percontatus, & certum id esse audiens, verè is, inquit, pater est, non illi, qui hactenus huc appulere, non minus aliis Lusitanis, mancipiorum aliarumque rerum mercimonia tractantes. Nec verò aberrabat senex. quotque enim huc venerant sacerdotes, numquam sacerdotale munus exercuerant, sacra nulla dixerant, solis mercimoniis intenti.

Patri singula magno cũ affectu refert.

Magno regis cum gaudio

Rex hic è Cumbis, (quos alio Manes dicunt nomine) hæc regna olim occupantibus, oriundus est. Centesimum annum agit, sed corpore adeò vegeto ac viuido, vt quadragenarium diceres. Prudentia consilioque omnibus vicinis præstare fertur, nihil vt illo inconsulto vicini agant reguli. magnam cum Lusitanis necessitudinem contraxit, vt ab hinc annis pluribus semper eius in regno egerint. Quotquot hinc veniunt, illius mihi conuersionis spem faciunt. Nuntio misso aduentum mihi est gratulatus, obsecrans, vt prima ad se opportunitate excurram. Facturum me, cum commode liceret, recepi. Philippo itaque iam baptizato hoc suscepi iter cui ille fidem susceptam per legatos eosdem gratulatus est, orauit autem ne vnicam vxorem sibi iungeret. Cui Philippus respondit,

Banerio aduẽtum gratulatur.

ſi nondum connubium iniiſſet, per eam ſtare quam in ſponſam elegiſſet: at ſe iam coniugio iunctum crederet, illam enim vbi aduenisſet, Chriſtiano ſe ritu ducturam.

Egreſſus dein ad portum in quo Bartholomæus Andreæ commoratur, è quo in regnum Taræfacilis patet tranſitus (nam omnem hunc tractum crebra æſtuaria aut fulmina interſecant, hinc facile vnius regni cum alio commercium eſt,) vt natalia feſta peragerem, quod hic locus ceteris, in quibus templa habemus, commodior ſit ad regem Toram nuntium miſi (idem ſuggerentibus Luſitanis in regia agentibus) oraturus, vt hoc feſto, quod omnium facile primum, adeſſet, Chriſtiana coram ſacra myſteriaque quorum erat percupidus, ſpectaturus, cum ſuo in regno nullum eſſet templum, in quo eadem peragerentur. Hoc ille nuntio recreatus, adfuturum ſe promiſit. Ergo ipſa nocte natali cum filiis aliiſque pluimis, muſica inſtrumenta pro patriæ more pulſantibus adfuit. Prout hic quidem licuit, ædem adornamus. Paramenta aræ erant eorum quæ Luſitania adnexeram preciosiſſima, accedebat & aliud è Damnaſceno viridi, quod Bartholomæus curarat. Deiparæ quæ Romæ à populo nomen habet, imago aræ inſiſtebat quam pendulæ hinc inde fimbriæ byſſinæ adornabant, ab vno latere paruuli Ieſu effigies maiuſcula, aureæ inſiſtens baſi, ab altero crucifixi, hinc inde quatuor ingentia candelabra cum facibus conſpiciebantur; parie-

Regno egre-ditur officia natalia in-ſpecturus.

tem

tem simul & pauimentum rami frondesque conuestiebant. Rege ingrediente cereos omnes accendimus, & in genua prouoluti sumus: nos ille imitatus, diutius singula accurate conspicatus & admiratus, ne verbum protulit, sed manibus motuque suum est stuporem testatus.

Deinde posita in cathedra resedit, aram imaginesque fixo intuens obtutu, tanto mentis gaudio, vt nobis consolationi foret. Nocte media primum celebraui sacrum, dein & suis alia temporibus, quæ extra templum ille, Bartholomæo Andrea præsente, qui ante causam cur exire templo cogeretur, ne offenderetur, aperuerat, audiuit.

Tum, quæ de fide nostra inaudierat, nonnisi vmbram esse & imaginem eorum quæ coram viderat, sæpius repetiit. Dein baptismum celebraui, quem & ipse coram spectauit. horum illi conspectu baptismi suscipiendi iniectum desiderium. ergo mentem aperit, Bartholomeum Andreæ in susceptorem eligens. Pro temporis illum breuitate edocui, templo ædificando insula, in qua Lusitani nonnulli agunt, & at quam belli tempore, quod loci natura munita sit, rex confugere solet, decreta.

Christianus esse vult & templum extrui curat.

Ergo post dies aliquot cum huc pariter conuenientes, locum designassemus, templum erigi ilico magna diligentia rex iussit, simul & duas domus in vsum meum eidem contiguas.

pe plurimos posthac Christo accessuros. nec spes me fallit. horum quippe exemplo & sermonibus permoti plurimi, baptismo tingi poscunt.

Toræ regi fidei nostræ percupido ante omnia declaraui, vni coniungi vxori, ex legis gratiæ præscripto, illum oportere; quod ambos simul baptismo lustrare, & matrimonio iungere decreuissem. Audiit consulentem, & si vt ante dixi, longe aliter Philippo regi consuluisset. Philippi ergo regis sororem, prudentia singulari etiam quoad rerum administrationem, & magno in res pias Zelo mulierem, quam à multo iam tempore vt primariam vxorem habuerat, mutua inter eos vigente concordia, tenuit. Non aliam ob causam eius baptismus simul & nuptiæ differuntur, quam quod per Quadragesimale ieiunium, non ea quam Tora desiderat celebritate, eadem celebrari queant; adeo vt in paschate ipsum amborum facturi simus participem. Et hinc à R. V. Deo per preces commendari velim, quod regis huius conuersio permagni sit momenti.

Beniensium rex, qui nouemdii itinere longe terra marique hoc in tractu septem imperat regnis, viribusque & potentia pollet, per epistolam baptismum à me efflagitauit, quod huius sit imprimis percupidus. Occasioni fuit, frequens eius cum Lusitanis, dum adhuc priuatus ageret, & etiam post regnum aditum, commercium. Horum nonnulli Christianam illi doctrinam tradidere, fideique mysteria. Post pascha huc me

Beniensium rex septem imperans regnu, baptismum expetit.

conferre ſtatueram; in quam rē Bartholomæus Andreæ celocem adaptari, qua veherer, curauit, ſeq; expeditionis huius comitem futurum ſpopondit. Verum ne duos hoſce desererem reges, & cœpta feliciter abrumperem, non prius hoc ſuſcipere iter potero, quàm alium, qui meum hic ſuppleat locum, R.V. ſubmiſerit. Meſſis ſane maxima, & ea in vniuerſis fidei ſuſcipiendæ diſpoſitio, qua vel deſiderari queat. Orandus dumtaxat Deus, ſimul & R.V. *vt mittat operarios.* Hæc autem regio, cum omnibus Europæ quæ vidi, & aliis quæ adii locis quoad cœli temperiem, ſi ſingulas anni tempeſtates ſpectemus, facilè certat. Cuius dotes proprietateſque Bartholomæus Andreæ, quod hic diutius ſit verſatus, Regiæ Maieſtati perſcribit, vti illius è litteris, quarum exemplar vnà cum meis tranſmitto, videre poterit. Si ſedem hic figere Societati detur, quo nomine non mediocriter Dei gloriam promouebit, nullo in loco potius primariam ac matricem conſtituere quam in Monte Leænæ poterit. Si vero Regia Maieſtas in hæc regna oculos coniicere voluerit, tantus hinc pauxillo tempore quæſtus erit, vt plurimi huc Luſitani non ſecus atque in Braſiliam & Indiam Orientalem, quæſtu illecti appulſuri ſint. Hactenus P. Barrerii litteræ anno MDCVI. menſe Februario miſſæ: quibus alias Regis Philippi ad Hiſpaniarum regem datas ſubnectam, quarum hæc ſeries.

Sed eo ſe Sacerdos conferre non potuit ne alios duos Reges desereret.

PHI-

PHILIPPI MONTIS LEAENAE *Regis ad Regem Catholicum literæ.*

EGo Philippus Leonis, montis Leænæ rex, infinitas omnipotenti cœli terræque ac rerum omnium conditori Deo, ob terram errorum caliginem anima dispulsam, simul & acceptum, quo fidem agnoscerem & suscipere in lumen gratias ago. quin & Maiestati vestræ, ob missum ad me præconem, qui idolorum quibus adhærebam falsitatem & fidei Christianæ veritatem reuelaret, me baptismo tingeret, matrimonio iungeret, Dei denique filium qui diaboli eram, simul & fratres, filios & subditos, constitueret. Tanti porro sacerdotem hunc facio, vt si quando ad alia se regna, vicinos edocturus & conuersurus reges confert, mœrore animus, illius conspectu carens, non secus ac viator, intra siluarum abdita & auia, Sole inter nubila latitante, contabescat. Ipse siquidem solus est, & tot satisfacere locis commode nequit. Obsecro itaque Maiestatem vestram, vt alios eiusdem instituti viros transmittat, qui eidem ad facem cœlestem, quam meo in regno succendit, aliis regionibus inferendam auxilio sint, quo verum Dei numen ab omnibus agnoscatur & adoretur. Ampli regni mei sunt fines, cœli mira salubritas & soli vbertas; ad quod plures Maiestatis vestræ subditos confluere peruelim, qui ipsum excolant, eodem gaudeant, rebusque quas suppeditat.

Rex Philippus agnoscit vocationis beneficium.

Patres Societatis à Rege Hispaniæ postulat.

Quo

Quo vero tuto tranquilleque agant, in portu Montis, ad quem piratæ omnes, Dei & maiestatis vestræ hostes aquandi gratia appellunt, & è quo vestrorum naues deprædaturi soluunt, arcis construendæ copiam facio. Ea porro Maiestatis vestræ subditos beneuolentia excipiam, qua quidquid vestrum haberi par est; à qua cœptum opus feliciter, perfici velim. Tot vitæ vobis annos addat Deus, quot cœlum stellas, quot habet littus arenas, vt omnes sub Maiestatis vestræ, ad regni mei tuitionem, vmbra viuamus. E monte Leænæ vicesima quinta Februarii die anno M D C V I. Hactenus regis litteræ. Bartholomæi vero, quarum in suis Barrerius meminit, quod aliud non continent quam quæ ante de soli vbertate proposui, hic præteribimus.

C a p. XLVII.

Tres alii Societatis Patres ad insulas Capitis Viridis, & inde in Guineam mittuntur. Horum vnius in tribus regnis gesta referuntur, simul & Barrerij ad Beniensium regem missio.

IAm ante duos Patrum anno M D C I V. ad Insulas capitis Viridis & inde in Guineam superiorem missorum, iisdem in insulis demortuos diximus, tertium vero cum in Guineæ continẽtem transisset, ita strenue in Dominica vinea laborasse, vt cætera quo taceam, duos Christo lucrifecerit regulos, simul & affinium & sanguine proximorum plurimos; quin & plura præstiturum fuisse, si qui auxiliatum venissent. Hanc ob

ob causam collegas aliquot à Prouinciale petierat, qui in frangendo paruulis diuini verbi pane suppetias ferrēt. Missi proinde an. MDCVII. mense Martio tres alii Socii, Emmanuel Almeida, Petrus Nettus, & Emmanuel Aluarus. Quorũ primi in Insula Iacobæa instituti sui functiones acturi remansere: & quidem adeo impigre, vt post semestre ambo, in medio laborum cursu præmia percepturi, magno & tractuum illorum & Societatis nostræ, cui permagno haud dubie constat, eatenus suos produxisse, vt ad præclaras hasce expeditiones, gentiũ inquam barbararum conuersionem, idonei sint, dispendiô, in cœlum sint euocati.

Emmanuel vero Aluarus paulo pôstquam in Iacobæam insulam appulit, in Guineã vnà cum fratre coadiutore soluit. post varia maris discrimina ac sudores tandem Bissanũ vbi Lusitani aliquot cõmorantur, appulit. Rex ilico baptismũ petit: at differre ad tempus visum, spe, propediẽ huc se reuersuros, ac tum per otium de tãti momenti negotio acturos, data. Bissano ad emporium S. Crucis, ꝙ in regno Guinalensi, accessere, vbi amice benigneq; à Lusitanis lociq; indigenis accepti sunt, ad aliquot hic hęsere dies, de rebus diuinis conciones & colloquia habentes, & imprimis cum rege & indigenis, erga quos non parum hoc nomine profecere. Regi persuasum, rit' vt barbaros & impios, à se ac subditis omnib. seruari solitos desereret, simul ne fascem illum baculorum colli atum, quem vt numen illos adorare, & Chinam dici (hoc. n. nomine Deũ & quid-

Emmanuelis Aluari gesta.

Guineenses Chinam di{ount} Deum, et quidquid earum habent. quidquid cariſſimum habent, iuxta illā Apoſtoli phraſin, *Quorum Deus ventus eſt*, nuncupant) narrauimus, coleret ac veneraretur. quam abſurdū ſit, faſcem baculorum numen credere, aperuit. Perſuaſit item, ne quem mortuo rege vel Principe, non vxorem, non amicos, non clientes ad tumulum, vti ſollenne erat, mactarent. Nam p̄terquam quod hoc cacodæmonis inuētum, *Crudelitas abrogata.* immanitate incredibili hanc parentationem peragebant. Præciſis.n.pedum manuumq; fruſtatim digitis, paulatim oſſa velut in mortario contundebant. cumq; iamiam exſpiraturi erant (cum nonniſi ad tres horas hoc in cruciatu agere poſſent) præacuto collum palo tranſadigebāt. atq; hoc pacto aliis, qui eumdem ſubituri erant, cruciatū, irretorto, ſiccoq; ſpectātib. oculo, necabantur. Ea ergo Patris verborum fuit efficacia, vt rex & optimates hanc deinceps feritatem eliminandam ſancte iurarint. Quibus auditis, Luſitani adſtantes in lætitiæ ſignum, ſclopetos exonerarunt.

Rex Guinalenſis Bigubenſis & Beguenſis baptiſmum petunt. Rex dein baptiſmum ſimul & alii optimates petunt: leuitatem quamdam veritus Sacerdos, in aliud eos tempus diſtulit, tum quo illorū conſtantiæ periculum faceret, tum vt melius quæ credenda & facienda eſſent, edoceret. Quo enim meliora ſolidioraque fundamēta, eo & domus eſſe ſolent firmiores ac diuturniores. Reges item Bigubenſis & Beſeguienſis participes reddi Baptiſmatis petiere; qui ſimul & Guinalenſis, Beafares ſunt, potentia inclyti. Guinalenſis ſiquidem ſeptem regnis dominatur, quorum regulis diadema imponit: cum tamen Biiagi, ad

meridiem contermini, ac de quibus mox agemus, sex illi regna ademerint. Bigubensis tres habet regulos stipendiarios qui beneficiario iure coronam ab eo accipiunt. Ad ortum vicinos habet Naluzios, bellacem populum : non tantus tamen, quantus à Bijagis illi metus impendet. Besguiensis quinque regulis pileum regalem imponit, & Naluzios simul & Bijagos habet confines.

Bijagi porro feri sunt & immanes, in septemdecim distincti insulas, ex horum regnorum opposito sitas : perpetuum cum Regibus Beafaribus & Lusitanis continentem incolentibus bellum gerunt, obuia quæque vastantes & depeculantes. Cum enim regionem omnem varia intermeent flumina atque æstuaria, eadem inopinato actuariis nauigiis subeuntes barbari, omnia circumquaque diripiunt & deprædantur. Vt anno sæculi huius septimo regum horum & Lusitanorum nomine, missus ad Hispaniarum regem sit societatis nostræ Coadiutor, auxilia aduersus barbaros postulaturus. Declarabat ille quod & indigenæ & Hispaniæ rex detrimentum passuri essent, si Bijagi inualescerent, & hunc tractũ peruaderent: quodècontra his subactis emolumentum sequeretur. Sunt enim insulæ & diuites & fertiles: quæ si semel in Lusitanam potestatem venirent, insignis hic constitui resp. aut præfectura queat. Omnia quippe vitæ necessaria subsidia abunde suppeditãt, & ob varios amnes & arbores amœnissimę sunt, pſertim palmos, vini, olei, rerumque aliarum feraces. *Biiagi quales sint.*

Armen-

Armentis, pecore, piſcib. ebore, oryza, cera, ferro abundant. In littore ámbra, griſea reperitur, at q̄p eā ignorent barbari, alio ab æſtu abripitur. Piperis caudati lætus hic prouentus, q̄p à Turcis & Saracenis magni æſtimatur, vt binæ quotānis naues hoc onerari queant. Ea ſoli eſt vbertas, vt etiam incultum & non ſubactum incolas locupletet, quia adeo potentes ſunt, vt reg. b. Beafaribus bellum inferre non vereantur; & Bigubenſem eo redegerint anguſtiæ, vt cum omnib. ſuis, illorum feritatem veritum intra denſa ſiluarum latitare compulerint.

Barrerius ad Beniensium pergit regem.

Verum iam ad Barrerii iter ad Benienſem ſuſceptum regem redeamus: eſt hic omniū huius oræ regum facile primus, cum ſeptem alios ſtipendiarios habeat. Is ergo vitæ Barrerii & fidei q̄ docebat fama excitus; ſimul & cognito duos illum Reges, Philippum & Toram, cui in baptiſmo Petri nomen impoſitum, & alios plures ad Chriſtum conuertiſſe: exſtimulante illū primario quodā Luſitano, q̄ eius in regno agebat, & q̄ cū amicitiā ſocietatemq; inierat; ſæpe p̄ litteras Barrerium in regnū inuitauit, baptiſmū vt conferret, optare ſe quippe Chriſtianis accēſeri. Poſtremis cū litteris miſit 18. ann. filiū, quē maiori cæteris amore cōplectebatur, tū hūc vt Chriſtianā imbueret fide, dein baptiſmo ablueret: tu etiam vt apud Patrem aſſiduus ſæpe illi baptiſmi paterni, antequam is ipſe, vtpote ſenectute & annis grauis decederet, memoriam refricaret.

Beniensis rex fieri vult Christianus.

Barrerius ergo, regis comperto deſiderio, ac ſimul veritus, ne ſi forte baptiſmatis expers

exſpi-

exſpiraret, animæ illius ſibi reddenda foret ratio, inuocato prius Dei numine, & conſultis amicis, iter hoc ſuſcipere decreuit, inſignem hinc tum ad Dei gloriam, tum ad animarum ſalutem, fructum promanaturum auguratus.

Ergo Kalendis Maii inde ſoluit, ea ipſa nocte patientiæ illius & conceptæ in Deum fiduciæ, quibus tum imprimis opus habebat, periculum facere voluiſſe videtur Deus. Tam horrenda namque ventorum, tonitruum ac nimborum ſuperingruit ſubito procella, à morte parũ vt abeſſent. ſecutæ dein toto itinere aliæ non minores, quod hoc ipſo tempore hiemis ac brumæ ſit initium. At hæc ſimul & prima ludicræ videbantur, ſi cum ea, quæ ad aliud regnum, è quo in Benienſe tranſitus patet, appulſos occupauit, comparetur. Huius enim tum rex cum Benienſi ſimultates habebat, & per ſuum ad ipſum merces aliaque tranſuehi flumẽ nolebat. Ergo viſo, Luſitanos, qui Barrerium comitabantur, merces Europęas aliaſque attuliſſe: interim dum ad Benienſem de Luſitanorum huc aduentu nuntius adfertur, vt is Baiulos qui ſarcinas & merces deferrent, ſubmitteret: alter optimates & conſultores ſuos in ſiluam (vti moris eſt, ſi quando clam quid agendum) conuocat conſulturus, ecquo Luſitanorum iter impedirẽt modo. Vniuerſos ſtatuerant obtruncare, ita tamen ne quod ipſi diſcrimen adirent. Quod ſi vi aperta impedirent iter, minimè fieri poterat. Quocirca alia procedere viſum fuit via. Conuocat igitur ſuos

Barrerii in via ærumna.

Barbari regis in Lusitanos molimen. rex iudicio cuidam præsentes futuros, quod quia de merce quadam erat, quam subditorum quispiam Lusitano incolæ extorserat, omnes adsunt Lusitani, at inermes, nullum periculū proditionemque veriti. Iam parati ad necē erāt barbari, regis duntaxat nutum exspectantes. Incitabat ad hoc eos prædę spes, & quas Lusitani aduexerant merces, quæque arcæ Sacerdotis inclusa opinabantur, qua tamen nonnisi imagines & sacer altaris apparatus continebantur. At quod *Hanc Aethiops impedit.* Dei res ageretur, ab Æthiope magni viro numinis Lusitanorum amico, quique alterius regis, cui hic regulus parebat, vt exploraret singula stipendia merebat, res fuit omnis impedita. Barbarorum siquidem is cognita certis è signis machinatione, exsurgēs, ensemque vibrans, neci se daturum ait illum qui primus in Lusitanos manus iniiceret, iniuriamq; irrogaret. Mox ea in ipsos depromisit encomia, vt positis armis barbarorū resederit furor. Missis ergo ad sacerdotem nonnullis suorum, rex sese purgauit: quin & ipse veniens huius se machinationis penitus ignarum ait. Ita rem habere credere se Barrerius ait, donisq; sibi suisq; transitū in Beniense regnū parauit. & nauigia, quibus Benam deferrentur, quod difficiles ante sinus & æstuaria, quæ maiores naues, quales Lusitanæ, non ferunt, sint superanda, impetrauit.

Barrerius in Beniense regnum venit. Beniensis comperto illorum aduentu, & viso filium iam Christianum redditum & Lusitano indutum ritu (hunc enim Barrerius cum Lusitano ad regem præmiserat suū aduentum nuntiaturo

suros) conceptum mente gaudiũ signis verbisque exprimere satis non poterat. Mox ergo patris casas extempore excitari iubet, filiumq; natu maximum, quinquaginta, circiter annorum & alium quadraginta, qui aduentum illi gratularentur, & viæ comites forent, stipantibus eos quinquaginta suorum qui sarcinas & merces Lusitanorũ deferrent, submisit. In primo eis regni vico occurrerunt, quos postquam biduo hilariter excepissent, ad regni sunt metropolim, bidui inde itinere distantem, per siluas densissimas & mõtes adeo cõfragosos, vt pedibus iter cõficere Barrerium exparte oportuerit, profecti. Nã adeo confragosa & inuia omnis est regio, vt quocumque pergebãt vndiquaque montibus collibusue cingerentur, quos viridantes arbores vestiebant, per valles autem amœnissimi fluebant amnes.

Ferrugineus Montosi soli color ferri fodinas prodit, è quibus ipsum eruentes incolæ, omnigenum ferramentum parant, quod Europæũ, ob materiæ subtilitatem, longe superat. Medium iam iter confecerant, ecce adest Callana vel regius cliens, equum præstantem, paulo ante reg à centum inde leucis transmissum, adducens, quem Barrerio ad reliquum itineris conficiendum ille, submisit. Immensas ille egit gratias quem tamen ob anceps ac difficile iter co[...] cedere noluit: hinc regio primogenito ipsum cessit, quo ille rectus Barrerio comes fuit. Ob altus tamẽ & vepreta occurrentia aliaque lo[...] dubia sæpe, descendere opus illi fuit. Vbi ad pag[...]

Rex duos illi filios & equum misit.

hinc intermedium venere, loci præfectus, comperto, Barrerium muliebre consortium fugere, omnes domo abdi mulieres iussit, donec horum certior Barrerius (quòd nemo de aqua rebusque necessariis comitibus prospiceret) domo tantum sua ait illas exclusas velle. ac tum demum foras prodeuntes necessaria protulere.

Quomodo illum rex exceperit.

Postridie in regiam peruentum. Magna animi gestientis significatione rex omnes excepit. nouis Barrerium ædibus, ligneo circum septis clathro, ne qua mulier accederet, hospitatum, vitulo pro more patriæ, donauit. Ne virum offenderet, hunc admissum Barrerius inter comites suos distribuit. Placuit hæc regi ceterisq; liberalitas. Tum multi super fidei mysteriis habiti sermones, quod verò puellæ nubiles totum nudæ corpus incedant ante omnia à rege petiit, has vt tegere verenda curaret. Publico ergo ille edicto hoc per vrbem omnibus indixit.

Baptismum petit.

Ipso Ascensionis Dominicæ sacro die primum hic Barrerius celebrauit: templo frondibus ramisque exornato. Septem duntaxat Christiani ædem ingressi sunt sacra audituri. Regem quoque ingredi volentem docet Barrerius cur nō baptizatos sacris arceri mysteriis mos sit, at illum baptismo tinctum primum omnium habiturum locum. Me ergo baptismo admoueas, obsecro, inquit rex: eius enim percupidus sum. Tum sacerdos, ad tam sublime mysterium matura opus esse ait præparatione, simul & Christianam doctrinam, & quæ seruare baptizatos oporteat, præmittenda. Placere hæc sibi rex

innuit

innuit, & sedem illi sacerdos extra ædem collocari iussit, quem vmbella sedentem quidam Cassanarum ab æstu solari texit. Christianorum inter sacra gestus & ipse & comites imitabantur, omnes Missæ ritus, & apparatus sacri splendorem maiestatemque non parum admirati. Sacrificium prius quam inchoaret aquam benedicit dein eadem circumstantes lustrat, de festo diei pòst concionem habet: pro qua & aliquot fidei articulos, & aduentus sui causam aperuit. non auri scilicet aliarumque se rerum, quibus inhiant ceteri, sed animarum dumtaxat Deo parandarum causa, illius ipsis cognitionem inferendo, & ab auitis erroribus reuocando, simul & ad vitæ iter edocendum venisse. Magna hæc auiditate Rex audiit: Lusitani enim erat sermonis peritus, vti & plerique optimates; eiusdem ignaris interpres dicta singula aperiebat. Vespere, rege cum Christianis intra ædem & filiis reliquisque foris præ metu ac reuerentia agentibus, recitatis Deiparæ Litaniis, doctrinæ Christianæ rudimenta declarata, & primaria eiusdem capita cognitu illis necessaria, & præsertim illa, quibus Mahometana superstitio quæ hoc etiam in regno radices satis profundas egit, oppugnari posse videbatur, tradita. Quotidie noui ad audiendum hinc inde variis è locis confluebant: orientemque sibi paulatim fidei lucem foris prodebant, dum aliis eam sectis quas hactenus secuti erant præponerent: hinc regem baptismo tingi omnes volebant, quo ipsi dein eiusdem fierent par-

Sacerdos sacra celebrat & concionem habet.

Subditi in fidem affecti.

ticipes. Inter ceteros vel fama exciti Barrerii doctrinæq; eius vel alias ob causas quas iam cōmemorabimus, in regiam vocati adfuere plures regi Beniensi stipendiarii reguli.

Quodam ergo die, omnibus his in opido etiam tum agentibus, splendida ipse amictus veste, Lusitano ritu, regulis proceribusque & Lusitanis incolis stipatus, vario instrumentorum, quorum hic in festiuitatibus publicis est vsus, concentu præeunte, manè theatrum publice conscendit. dein patriæ more considens, varias Europæ elegantias, & diuersa vestium genera, quas Lusitani hic mercimonia instituturi adferunt, coram se asportari iussit, adstantibus, suã præ aliis Souſorum (ita quippe hæc gens dicitur) regulis & Farinis, (hi alios sub se reges habent) potentiam tractans, ostentat. quorũ nulli suis in regno oculis sacerdotem, quem apud se ipse haberet intueri concessum sit, aut tot tantaque Lusitaniæ clenodia, quot quantaque hic cernerent, refert contigisse. optare se addebat, Christo accedere, & suum subditos exemplum sequi debere. dein miris fidem nostram laudibus extollere, & Mahometanam impietatem sugillare calumniarique cæpit. Quod autem reges omnes & alii plerique sig lla quædam & amuleta affa re elaborata, quæ Bexerini & Mandingani Cacizii ipsis, ab iniuria læsioneque in bello eos tutos fore spondentes, diuendunt, de collo gestēt: hanc ipse superstitionem elusit, nonnisi ad elicendum aurum,

Rex publica in oratione fidem depredicat.

Mahometanam sectam & Bexerinorum imposturas ridet.

cum, Bexerinorum id commentum asserens.

Quod ipse testatum facturus, exemplo rem confirmat. Audiuisse se quippe è sacerdote nostro, Regem Barbonentanum, dum horum amuletorum vim exploraturus, coram Cacizo vestem variis amuletis ac sigillis infertissimam diuendere volente, iaculo eam transfodit, si tot vestem amuleta seruare, illæsam minime potuerint, nec corpus illam induti tutum fore asserens. His dictis orationi finem imponit, & variis fidem nostram laudibus & præconiis exornauit. Hac cunctos ita permouit, vt publicè Christianam se legem velle suscipere nemo non proclamaret.

Læta hæc initia & regem baptizandum & subditos conuertendos ostendebant, vt nonnisi materiæ optime dispositæ forma deesse videretur. At quia alia Dei, alia hominum sint iudicia, longe secus quam sperabatur euenit. Cacodæmon enim saluti hominum inuidens, & tot se animarum facere iacturam dolens, quemdam suorum, nescitur vnde quos Iudæos (tametsi nō Mosis legem, sed Mahometi Alcoranum sequātur) vocant, huc transmisit. Diserti hi sunt & verbosi: hinc regibus & aliis proceribus applaudunt, effusisque laudibus adulantur ad vanitatē illos & fastū incitantes. Victorias namque de hoste relatas, & cuncta bello gesta & stratagemata, quin & maiorum facinora deprædicando, mendaciis plurimis intermistis, extollunt. Is ergo vt appulit, coram rege & proceribus aliquoties perorauit, tanta verborum copia, cele-

Res mirum in modum mutantur.

quin & Cōcham (omniū is Souſorū imperator eſt) ſe metuere. Magnū quippe Bexerinū, cui reliqui parent, apud illum expoſtulaturum, & ad bellum, quo regno penitus exueretur, exſtimulaturum. Cui ſe periculo occurrere poſſe dixit, ſi quæ habebat amuleta magno Bexerino, à quo eadem acceperat, remitteret. At quid hac ille remiſſione vellet, Sacerdos facile intellexit, hinc conditionem addidit, quam admittere rex noluit.

Antequam vero procedamus vlterius, quoniam magni Bexerini & aliorum ei ſubditorum hic meminimus, quales hi ſint, præmittendum. In ſuperiori Guinea gens eſt, vtramque Gambeæ oram accolens, quæ ad ducentas introrſum verſus leucas extenditur, quam Mandingas vocant. Hi non modo ab hinc annis aliquot Mahometanam ſuperſtitionem amplexi ſunt, ſed & ad alios eamdem propagare ſumma contentione allaborant: nam & mutuo commercio & armis patefecere ſibi ad varia regna aditum, & his imprimis, equitatu enim valent, & regibus quorum merent ſtipendia, & fidem & robur præſtant, hinc in primo ſemper agmine collocari ſolent. Quocirca regibus cariſſimi ſunt, à quibus agris multiſque donantur iuribus. His in coloniis Moſquea habent, & Bexerini ludum, in quo Arabice (qua illi lingua amuleta conſcribunt) legendi ſcribendique artem tradunt. Bexerinorum Primas, qui apud illos Epiſcopi aut Archiepiſcopi vicem obtinet, eo in regno ſedem figit, quod ad Mahometanam impietatem *Mandinga quales ſint.*

verba quædam incantatoria, quibus cacodæmonem, si quando vltionem de aliquo sumere vellet, inuocabat, docuisse dicebatur. hinc suis terribilis erat & metuendus, cum nullus ab eo fuga se subducere aut illi refragari auderet. nam eos ipsos dæmonum opera intercipiebat, hisq; carnificibus variis cruciatib. exagitabat. Eadem & in Lusitanos, à quibus iniuria affectus erat sæuiebat crudelitate. quod duo ipsorum, qui hinc alio concesserant, sed postliminio reuerterant, re ipsa se expertos Barrerio retulere. Cum enim regem offendissent, singulis à diabolo noctibus vapulabant, vix, vt post dies aliquot lecto surgere possent: quoque regis ira vehementior, eo & vapulabant dirius. Vnius dormientis naribus, fumum quemdam offlauit, à quo expergefactus toto tremebat corpore, magnam sanguinis copiam ad quindecim ipsos dies euomens. Vnicum hac in ægritudine solatium erat, Iesu & Mariæ nominum inuocatio, & orationum aliquarum recitatio: quæ cum intermitteret officia, somno captus, eisdem denuo doloribus excruciabatur. Quo comperto Pater aliquas illis reliquias Sanctorum, quo ab his eos Deus doloribus, sanctorum patrocinio, liberaret, dedit.

A Diabolo exagitari iubet, quos inimicos habebat.

Hanc in Barrerio de rege opinionem auxit quod vidit portentū. Regi quippe in tēpliuestibulo confidenti, dū officio quod ibidem agebatur, adest, allatus serpens magnitudinis femoris virilis, in spiras orbiculatim cōuolutus, vt caput aut cauda non appareret, tam insignibus variegatus colo-

Cum serpētibus luuli...

coloribus, nullum vt in aliquo animali similem vidisse Barrerius testatus sit. Templum ergo ipse cum peteret, vidit regem serpentem brachiis constringentem & manu leniter admota velut puerum demulcentem. Sacerdos etiam periculum facturus, contrectat anguem, sed nihil serpentini præferentem. Hunc serpentum regem appellant indigenæ magnique faciunt; vt Lusitanum, dum hunc in limine domus repertum necare vult, impedierint. Hunc igitur rex asportauit quod vero longe secus de baptismo rebusque fidei, quam ante, loqueretur, & Bexerinus ille quem diximus, eodem appelleret tempore, credidit Barrerius, hoc schemate diabolum domum eius subiisse, persuadentem huic potius agyrtæ ac legis mahometicæ mystæ, quam veritati fidei crederet.

Regis illa mutatio in causa est, cur alii non conuerterentur.

Repentina illa Regis mutatio omnibus fuit admirationi, & dolori iis qui in fidem propendebant. Barrerius priusquam quid agendum foret statueret, & rem Deo sæpe per preces commendabat feruentissimas, & quibus potuit modis regis animum tentauit. At quod peruicax & mordicus suam ille voluntatem tueretur, iniquum putauit, iis quibus vellet conditionibus, illi baptismum conferre. Quod autem, rege ad fidei signa non conuolante, frustra se tempus terere crederet Barrerius (nam nisi rege præeunte subditorum nullus Christo accedet) de reditu agere cœpit. Regem ergo conuenit, & quamobrem abitum adornaret, aperit, sarcinarum ab eo baiulos expetens. spem quidem huiusce fa-

Redire volentem impedit Rex.

ciebat

ciebat rex, ſed ſtudio rem diſtulit, nec executioni mandauit. Barrerius cognito, niſi quantocyus inde ſolueret, ad ſemeſtre ſibi hic manendum, quod amnes paulatim iam intumeſcerẽt, & traiecturis cymbæ non ſuppeterent, per amicos non ſuppeterent, per amicos regem compellandum cenſuit. At nequidquam valuit deprecatio. Perſuaſum proinde habuit, à rege ſe, velut honoris cauſa, vti olim ab Angolano alius eiuſdem Societatis ſacerdos, vi retinendum, & ni Deus ſe opponat, regno exire prohibendum.

Increſcebant indies torrentes, & facultatis abeundi à Rege impetrandæ ſpes decreſcebat, ergo ſoli niti voluit Deo, & Aethiope comite iter ingredi. At ne eatenus quidem rem deduci voluit afflictorum ſolamen Deus. Prius enim quam in viam ſe daret, nauem è Barlonento, qua Luſitanus regi intimus vehebatur, nuntiatum eſt eum in Portum de quo ſuprà meminimus appuliſſe. Cuius ille aduẽtu recreatus baiulos ilico plurimos, ad eius ſarcinas & merces deferendas ſubmiſit, etſi qui Sacerdotis ſarcinulas geſtaret, nullum mittere ſe diceret poſſe, quod agris ſerendis nemo non tunc occuparetur. Appulit tandem ad regem Luſitanus, atque ita ab omni qua laborabat anguſtia Barrerius fuit liberatus. Nam prius quam Luſitanus hinc in Barbonentum ſoluiſſet, ſuum illi erga res fidei ſtudium, & de accerſendo baptizandi ſui cauſa ſacerdote, deſiderium, quod & ſæpius per eumdem Luſitanum perſcripſerat, amuleta ſe Bexerinorum & idola igni traditurum pollicitus rex aperuerat.

Deus eius illum è manib. liberat.

Luſi-

Lusitanus ergo, è primo fermè colloquio mutatam eius mentem agnoscens, errorem illi prout potius aperit, videns autem quam iustis illi de causis Sacerdos baptismum negasset, & abitum adornaret, à rege baiulos illi impetrauit; quos quam inuitus ipse concederet, facile ex eo patuit, quod sufficientes non dederit. Hinc relinquere nonnulla coactus est, quibus postea opus habuit. At satis fuit illius tum quidem manus euasisse, & eius quem baptizarat filium, Lusitano deprecatore, secum ducere. Is rei huius exitus, iam quid in itinere Barrerius & egerit & tulerit, exponendum.

Cap. XLVIII.

Quid Barrerio Benæ digresso contigerit. Referuntur aliquot gentis huius ritus.

Barrerius Beniensi regi valedicit

BArrerius Beniensi cum regi valedixisset, & & diuinam vt lucem postularet suggessisset, fide simul data, se, si obstacula remoueret, propediem, eius baptizandi causa, rediturum: rex singula se facturum pollicitus, ad aliquot illi leucas comitem se obtulit. Hanc ab illo molestiam discussurus Barrerius, id opus esse negat: ad aliquod tamen ipse spatium comitatus est, etsi statim ipsum vt rediret oraret: non ostendēs tamen eius sibi societatem grauem esse. Hoc in itinere grauiora quam dum primum appelleret, tulit; tum quod torrentes aquis ingruentibus turgidi iter impedirent, tum vero quod maxi-

mam itineris partem pedes conficere cogeretur. Nam qui ipsum gestabant baiuli (nam homines hic iumentorum supplent vicē) nō adeo promptè officium non executi, atque dum prim.ū in regiam properaret. nam ad singulos eum propè passus humi depositum, non ante resumebant quam alluberet. Sed immissa cœlitus consolatione omnes hasce ærumnas leniebat Deus, & præsertim die vltima lætus allatus nūtius. Dum enim ob ingruentia tonitrua, cum comitibus in tugurium declinasset, ecce puer Lusitanus, quē in monte Leænæ ipse reliquerat, flexis vesperarum officium genibus recitantem per pedes subito apprehendit, & salutatum, ob lætum nuntium, honorarium rogat. Appulisse nempe è Lusitania Patres aliquot societatis: simulque Emmanuelis Aluari qui inter eosdem erat, litteras illi tradidit, quibus de suo & duorum collegarum, qui in Insula Iacobæa manserant, vt iam ante commemoratum, aduentu certiorem illum reddidit. Maximo hæc illi solatio fuere, quod ingruente post aduersitate breui diluit Deus. Vt enim ad proximum pagum peruenit, loci præfectus planctum (vbi dicunt) & exequias ob primarii cuiusdam viri obitum, incepit. Quoniam vero hoc in planctu luctuque permultum bibi vini solet, cum largius ipse bibisset, & lacessitum se crederet à Lusitano, nauis, qua alter ille Lusitanus Beniensis regis familiaris vectus erat, præfecto; hunc, si quando ad hunc pagum venisset, cum omnibus se Lusitanis neci daturum sæpissime iura-

Multa patitur, sed Deus ipsum consolatur.

iurauit. Veritus Pater ne qs inde tumultus oriretur, Lusitano illi perscripsit, tali ne tēpore adesset. at quod tabellarius virum non reperisset, alter horum ignarus adfuit. Consuluit illi Pater clam vt se subduceret: sed probe ille monenti minime credens, suam post imprudentiam agnouit. Præfectus enim loci temerario furore actus, clypeo spiculisq; manu sinistra instructus, & vnum dextra vibrans recta incautū petit, inclamans, Eia adeste viri, mactemus Lusitanos, nemo vt supersit. Vix hæc erat elocutus, cum ecce derepēte adsunt plurimi, pars spiculis pars arcub. & telis instructi, ingeminātes, Occide, Macta. Tū Lusitanos facta manu adorti, per Dei gratiam stetit, quo minus vniuersos iugularent. Lusitanus cum Christianis aliquot in Sacerdotis domum se recepit, quasi barbarorum ipse eos manibus educere potuisset; alius è rupe se præcipitem dedit, quo in saltibus salutem inueniret. Ad singula necem momenta Barrerius præstolabatur, & quo poterat modo ad eam se disponebat, commissorum veniam postulans, & vitam Deo in sacrificium offerens. Sed illo disponente barbarorum breui furor conquieuit, idque hoc pacto. Præfecti iam manus in Lusitanum vibrarat spiculum, cum frater illius maior, & vxor primaria, quam singulari ille amore cōplectebatur, confestim accurrentes ictum infringunt. Mox ergo omnibus se subducentibus barbarum, vbi vim deferbuisset æstus & vapor abiisset, facti pœnituit. hinc cum Lusitano in gratiam rediturus, magnā illi auri vim submisit.

Temeritas præfecti cuiusdam.

Diuina prouidentia retunditur.

Hoc

Hoc iri subsidit modo. Barrerius euidenti hoc subductus periculo, gratiis persolutis, & vale dicto barbaro cum Lusitano inde soluit, alterius regni petiturus portum, in quo simile, vt suprà narrauimus, discrimen euasit.

Vt verò tota planctus huius ratio, simul & cæca gentis ignorantia & dæmonis in ipsam potentia manifesta fiat, paucis hic eam complectemur. Vbi quis decessit, illius mox cõsanguinei & affines de obitu certiores redduntur; qui sæpe remotos varios que incolunt pagos, & quidem ob vxorum copiam, numero plurimi. Exemplo sint quæ Barrerio Farmæ primarii regis Manis & Loguorum filius, de patre narrant, habuit hic septuaginta duos filios, & quinquaginta filias, adeo vt ex ipso filiisque tria amplius hominum prodierint millia, quorum plerique superstites. Hanc ob causam, tum etiam quod variis in pagis connubia ineant, ad varia eundũ loca, quò singulis consangunei obitus denuntietur. Vbi hęc in pagum aliquem perlata fama, omnes eum velut loci inquilinum plangunt, dein affines & sanguine proximi ad exequias se conferunt, donarium aliquod, quisque pro facultatibus afferentes, hic aurum ille pannum ad vestes parandas, alii alia, etiam ea quæ à Lusitanis veneunt, cum ad defuncti cadauer venere, plangentes ingrediuntur & eiulantes quos dum alii plangentes, excipiunt, inconditis lamentis & fletibus omnium obtundunt aures. Quæ afferunt ad exequias donaria, tripliciter partiuntur; pars

Quo mortuos plangant modo.

tumulo infertur, pars regi loci cedit, tertia defuncto sanguine proximiori, cui omnis exequiarum, cura concredita. Reges & alii optimates Manes, noctu clanculo sepulturæ traduntur, adstantibus duntaxat sanguine proximis. Hanc forsan ob causam, quod tota vita in hunc vsum coaceruarunt aurum, (cuius sæpe ingens vis) & alia pretiosa simul tumulo inferantur. hinc quo sepulti sunt loco ignorari volunt, ne auri tollendi causa & sepulcrum effodiatur & lacessantur manes.

Ne quod vero tumuli exstet vestigium, in fluminis alueo plerumque infodere cadauera solent, aquam eiusdem, interim dum terram effodiunt, & tumulum claudunt, alia elice lacuna diuertentes; tum demum fractis repagulis solito aquam cursu ferri sinunt. Magna auri hoc pacto vis perit; tum etiam, quod sæpe subita reges & proceres mors abripiat, vt quo repositum loco sit aurum, in exequias asseruatum, (nam hoc omnes celant) aperire nequeant, nec aliunde id constare queat.

Aurum & alia sepeliuntur vnà cum cadauere. Præter ea quæ regio inferri tumulo diximus, comites cadaueri adduntur vxores & clientes carissimi, vt in altera eis vita vel vsui, vel præsto sint. Alii verò in pagis, in quibus decessere, sepulturæ cum allatorum à consanguineis portione, & aliis quæ ipsi dum viuerent collegere, traduntur. In campis enim elysiis se singula reperturos credunt. Ergo vel naturæ lumen animarum docet immortalitatem, & esse post hanc vitam, aliam, quam iis quibus hæc,

hæc, rebus opus habere barbari putant. In quo quidem errant, non tamen dum comparare student ea, quæ in alio sibi sæculo fore credunt necessaria. Ruborem hoc incutiat Christianis; qui cognito, ad feliciter in altero viuendum mundo, bonis operibus, caritate inquam, & misericordia, aut ipsarum potiùs meritis (quæ post mortem nos sequuntur, teste in Apocalypsi Ioanne & regnum nobis cælorum parant, vt ipsa docet in Euangelio veritas) opus esse, thesauros hos coaceruare & cælo, in quo eos nec ærugo exedet, nec tinea destruet, nec latro tollet, inferre negligunt. Hæc profectò barbarorum solicitudo & diligentia Christianorum in die iudicii socordiam inertiamque arguet. Si quis vir magnus decesserit, tumulum tugurio circumstructo tegunt, quod panno aliisque rebus vestiunt, quæ ibidem putredine consumuntur, hæc sæpe tuguria ac busta affines adeunt, cum demortuis locuturi, & quibus conflictantur ærumnas narraturi, quo suam apud Deum patrocinio causam agant.

Apoc. 14. 13.
Matth. 25. 35.

Funere peracto domum omnes cum stramine luctus, id est, totidem culmis stramineis, quod menses ad vsque anni finem restant, redeunt. Hæc enim illorum supputandi est ratio; vt constet, quo sit planctus finiendus tempore. Interim, ac præsertim circa anni finem, magnam orizæ, vini, gallinarum alti'ium, caprarum, aliarumque rerum, & si defunctus sit inclytus, vaccarum copiam comparant. Tempore ergo, iuxta culmorum numerũ euoluto,

Quomodo circa anni finem se gerant.

plures variorum ordinum denuo conueniunt, supremum luctum & planctum peracturi, aut potius funebre epulum paraturi: iis namque diebus exulantur, comedunt, bibunt, tripudiant, cantillant, idque continuis noctibus, nulla corpori quiete data. Quod verò ad inconditum omnium cantum plurima accedant instrumenta, tantum clamando strepidum cient, vt, hisce noctibus vniuerso in pago somnum nemo capere queat. Hinc domos suas procul à pagis extrui Patres curant, etsi templum in pago sit; ne inconditis hisce Barbarorum cantibus turbentur.

Omnis defuncti & funeris curatoris honos in eo situs, vt ea sit ciborum omnium copia, vt absumi commodè nequeat, & ea vini, vt ex ebriorum numero eius abundantia colligi queat. In gaudium comicum planctus hic tragicus desinit, vt loci primores siquando sollenne instruere epulum volunt, planctum per antiphrasin ipsum dicant, huiusmodi autem in maiorum honorem, sæpè parant, ad quas epulas tum vicinos regulos tum optimates inuitant. Cùm enim plurimi hic sint amnes & euripi, cymbęque variæ, facilè vnum omnes in locum conueniunt. Tale anno M DC VII. rex quispiam hic instruxit, quod verò cum regibus manib. magni momenti negotium tractādum haberet, Petrum regem etiam eodem inuitauit, quod vicinis is omnibus ætate & consilio, prudentiaque antecedat. Is se per ætatem & ob susceptam legem Christi initio

Luctus in gaudium desinit.

Rex Petrus Christia

pur-

purgauit: Verum aliorum victus precibus, vrgente inuitante, adfuit. Vbi Petrum venturum certo constitit, alii dum ab illo quæ statuerant, impeditum iri crederent, suas illo nondum præsente, epulas, nefanda impiaque diabolo victima mactata, inchoarunt. In Lucum enim vaccas aliquot & puellam eleganter comptam deductam, peractis quibusdam quos cacodæmon docuerat ritibus, regibus antecessoribus immolarunt. Tandem Petrus, multis stipatus (neque enim alter fidit alteri) adest, & ab aliis sequestratus, semper se vt Christianum gessit, etiam tempore quadragesimæ aliis namque comedentibus, ipse nequidquam rogatus, nihil gustauit. Epulo opiparo, & tripudiis, finitis, Petrus, edito modestiæ exemplo, simul & bonam in reliquorum animis de lege quam susceperat opinionem relinquens, tandem reuertit. Illius exemplo consilioque permoti aliquot eidem accedere fidei voluere, & inter alios quidam eius intimus, regni in quo hocce instructum erat epulum heres, qui suum illi filium velut pignus obsidemque dedit, & docendum & baptismo tingendum, vti reuera tinctus est.

nus ad tale epulum inuitatur Impia & cruenta victima.

D. Petrus aliis regib. exemplo est.

Hi barbarorum ritus & consuetudines. Ad Barrerium iam redeamus sperarat is ab hoc se Lusitano nauarcho ad montem Leænæ vehendum, vti receperat. sed frustra fuit; dum locorum & oræ illius ignarum se suosque, & pluuio cœlo ventisque contrariis ait impediri vt partem, flumina atque æstuaria ma-

Barrerius multa initinere patitur.

gno cum labore traiiciendo, partim, multis cum difficultatibus terra eundo, suum confecerit iter. Nam vt pluuia illum madefactum taceam, tot per viam offendit lacus, torrentes, & limosas paludes, vt sæpe in præsentissimo mergendi, quamuis barbarorum humeris insideret, periculo versaretur; & saltus adeo erant inuii, vt qui vepreta fruticesque præcideret, præmitti virum oporteret. hinc sæpe de via aberrabant. At hisce in laboribus sua spiritui consolatio & corpori minimè defuit. nam omnibus quos transibant in pagis amicè liberaliterque habebantur.

Regem Fatemam cōuenit.

Inprimis à rege Boulonum Fatema, quem extra locum regium in vico, (quem Chicalem dicunt) offenderunt. Nocte huc appulere, lucem præbebant faces non cereæ, sed stramineæ: harum enim hic vsus, etsi cera regio abundet. Sacerdoti obuiam rex procedens, benigne eum habuit, vt quem alias vidisset & familiarius nosset. Cui aduentum gratulatus, in domum paratam manu sua deducit: quam luculento excitato foco calefieri siccarique curabat. Multa super fide nostra inter se sunt locuti; auditorum alias illi Barrerius memoriam refricat; quorum se & memorem & implendi auidum rex ostendit. Sed alium se pagum haud procul à mari constituere velle, in quo commoretur, quo commodius ipsum, docendi gratia, sacerdos accedat. Aliquot illum diebus apud se detinere voluit, at prout potuit

Qui Christianis accedere vult.

potuit se Barrerius excusauit, ad itineris sui metam aspirans. Vale regi cum dixisset & iam ad iter se accingeret, multi illum Calcæ aut clientes regii adiere, Fatemam excusantes, quod procul à regia agens, eo quo par esset splendore, excipere minimè hospitem potuisset; tum armillam illi auream adsumptus itineris tolerandos à rege transmissam protulere. Acceptam sacerdos ridens legatis reddidit, regi, suo vt nomine pro insigi hoc beneuolentiæ pignore, gratias agerent: neque enim se aurum aut aliud quidlibet, sed solas animas cælo inserendas quærere; & pluris se facere, regiam huc animam pertrahere posse, quam omnes eius & totius mundi opes, asserens. quam eius abstinentiam Rex simul & proceres demirati, solius salutis ergo huc illum venisse comperiunt.

Hoc in regno Christianum Barrerius reperit, [illegible]ula Iacobæa patria, sed qui, ob assiduum cum ethnicis commercium, barbaro pene viueret ritu. quem proinde, prout par erat, acerrimè corripuit. Resipiscens alter & errorem agnoscens alio se commigraturum, vbi Christiani partes ageret, & filium vnà secum octodecennem, baptismo tingẽdum & fide imbuendum, ducturum spopondit nec fidem fregit. Filius autem vitali tinctus lympha Lusitano coniugato, à quo fidei mysteria doceretur, traditus est. In quo suo hic officio minimè defuit, interim dum parẽs alio

Christiani conuersio.

in pago relictas facultates transfert, quo ad Christianorum loca commigraret. Incidit hic item in Germanum, qui vnà cum piratis, in Insulis ab idolis cognominatis, ad Fatemam spectantibus, captus est; cui quod inflare buccinam nosset, pepercerant. Is iam patrii sermonis periçiam nactus, inter ethnicos ethnicizans inquiete agebat, vt Barrerium de sui apud regem solutione agere paratũ impedierit. & sanè ægrè eo rex caruisset, quod aliquot indigenas tubam inflare doceret. In Beniensi regno in quatuor alios incidit, ita barbarorum ritibus moribusque assuetos, vt nunquam eos ad sedes mutandas vitæque conuersionem suscipendam permouere potuerit. Ita scilicet viuunt & moriuntur æternis simul & temporariis quas pararunt opibus priuati, quod rex loci, in quo agunt, omnium se heredem scribat. Reperit & Indium, qui hic diutius egerat, aberat is alio in pago vtrumque remoto, Barrerio tamen citanti parens adfuit, confessionem noxarum spopondit, & ad Christiana se loca transiturum. at sacerdote inde digressuro subitò recessit, sarcinulas, vt quidem dicebat, asportaturus. Alius cùm, eadem promissione facta, fidem falleret & eodem immergeretur scelerũ cœno, funestam vitæ habuit catastrophen. à suis enim sociis & contubernalibus, auro dum inhiant, necatus interiit.

Rex aduenarum facultatum heres.

CAP.

Cap. XLIX.

Magni rituum impiorum Choragi, simul & filii regis Petri conuersio refertur. hic baptismo tinctus varius à Deo charismatibus donatur.

Biduo postquam à Fatema Barrerius discessit, tam sanus & sospes suum confecit iter, ac si à læto conuiuio venisset. at delectauit illum inprimis Emmanuelis Aluari hoc in loco conspectus; quod noxarum confessionem facere iam sibi liceret, à triennio namque sacerdotem non viderat. Vbi aliquod mutuæ congratulationi & solatio tempus datum, simul ad insulam Caracoram, quæ regi Petro paret, profecti sunt; tum quod hic domus & templum esset, tum quod à Lusitanis & aliis Christianis inprimis exspectarentur. Adiere in itinere regem, qui in pago continentis tum agebat. cui ægro persuadere conati sunt, vt in insulam se conferret, inter Christianos Christianus acturus. Id se facturum pollicitus, paucis post diebus huc regiam transtulit, vnde non mediocre secutum bonum. nam quod è toto regno ad regem concursus fiat, ethnici visis hoc in loco Christianorum ritibus ad doctrinam Christianam & conciones, in quibus & de impiis superstitionibus, & fidei nostræ veritate agebatur, confluebant, vt hoc pacto plures Christo accesserint; & inter alios quidam ceteris & doctior & patriorum rituum callentior; quos ille proinde aliis tradebat. Is vbi ad

P. Barrerius & Aluarus conueniunt.

Regem Petrum adeunt.

insulam venit (alio enim in loco domicilium habebat) quidquid in templo viderat, vel in lectione catechistica audiebat, accuratius secum tacitus meditabatur; hinc eos in animo motus ac lumen sensit, vt maxima sibi contentione baptismum petierit conferri. Optabat autem, nequis propositi, doctrinæque suæ conscius foret, donec reipsa baptismum suscepisset, ne fortè obstaculo esset, & imprimis regis filius natu maximus & successor; q mystam hunc velut oraculum suspiciens, à suo diuelli latere minimè patiebatur. Verùm publicè ac palàm virum baptizare visum fuit patribus, quo & Satanæ & ethnicis omnibus, qui hunc superstitionum suarum choragum permagni faciebant, maior nasceretur infamia. Ergo edoctum & dispositum, baptismo, rege antè, coram filio, quem catechumenus metuebat, de eiusdem conuersione certiore reddito, lustrant. Qua ille re recreatus, manibus cælo sublatis, Deo gratias, ob communicatam subdito suo lucem fidei agit. Regia proles non modò eidem non succensuit, verum & propositum dilaudauit, quin & suum tametsi paruulum, filium, baptismo tingi voluit. at quod reluctaretur flendo puer, in aliud istempus dilatus. Ethnicum hunc abluit Emmanuel Aluarus, suoque donauit nomine. Dein in patriam ilico reuersus, idolum quod hactenus coluerat, asportans, coram Patre aliisque, pedibus conculcauit, diuturnam suam cæci-
tatem

Rituū ethnicorū doctorem baptismo tingunt.

tatem, deteſtatus. Huius rex Petrus exemplo, ad alios confundendos & ad fidem traducendos, vt plurimum vtebatur, dicens, Annon idem quod Emmanuel Cuba, (ita namque ante baptiſmum vocabatur) numen adorabam? an non ei in omnibus ipſe fidem adhibebam? Iam Chriſtianus eſt, omniaque idola peſſundat & ridet. Illius porro conſtantiæ periculum facturus Deus, afflictiones & aduerſitates illi immiſit. hinc ethnicis, qui opibus & gratia affluentem antè viderant, criminandi calumniandique data occaſio, quaſi ob ſuſceptam hæc fidem illum mala premerent. at eam in aduerſis mentis oſtendit conſtantiam, vt alterum Iobum diceres, Chriſtianis & Luſitanis tolerantiæ exemplum. Deo autem ille gratias ob excuſſum Satanæ iugum agebat. ſæpe namque ipſum ethnicum cacodæmon, præſertim ſecundum quietem, terrebat, nulla vt hanc arte vexationem à ſe excutere poſſet. at baptiſmo recepto ab hac ſe liberatum penitus peſte ſenſit. ſuam quoque ipſe riſit inſaniam. ethnicus enim ſibi mortuo arma addi voluerat, quibus in alia diabolum vita propelleret.

Huius exēplo multi conuerſi.

Aduerſis probatur sed Deo gratias agit.

Hanc enim illi eamdem eſſe credunt cum hac mortali, & iiſdem inſtrumentis, armis, cibis, rebuſque, quibus hic viuos, defunctos opus habere. Inferos & manes eſſe negant, at rectâ omnes Dei adire domicilium, & eo apud illum loco ac dignitate eſſe putant,

putant, quæ apud mortales fuerant. Hinc ei se angustiis pressi commendant, & victimas offerunt. Emmanueli porro Neophyto, satis minimè fuit iter cæleste inuenisse, nisi & alios eodem pertraheret, & ordinem caritatis secutus, primo filiolam quam habebat vnicam septennem, mox & alios ad Christiana signa inuitarit, quoscumque poterat Christo lucraturus, & præconis Euangelici vice fungens.

Alios Deo lucratur.

Conuersus dein, magno vniuersorum cum stupore, Regis Petri filius iam emancipatus, & ex parte iam regnans. Is itaque cum duos filios iam baptismo lustratos haberet, horum partim adhortationibus partim iis quæ in Caracora videbat & audiebat, (nam sæpe diuinis concionibus, lectionique catechisticæ intererat) permotus, quotidie magis magisque erga fidem afficiebatur. Suum is ad tempus desiderium celabat, at tandem ipsum Rege patri, à Deo ad id intrinsecus concitatus, aperuit. Quem vt in proposito parens confirmaret, multa in Christianæ fidei laudem, pro eo quod cœlitus acceperat lumine, depromebat. Quo autem maiori baptismus eius splendore & plausu perageretur, multos regni proceres ad ipsum inuitauit, & velut in publica festiuitate lætari voluit. Adfuere non modo euocati, sed & alii plurimi, huiusce rei conscii, suum quisque donarium & instrumentum, quibus in festiuitatibus personant, adferentes.

Per-

Permagni heccæ conuerſio ad diuinæ gloriæ augmentum fuit momenti. nemo enim non mirabatur, virum hunc immanitate nobilem ac metuendum, humanæ carnis deuoratorem, & necandorum carnificem, adeò repente mutatum, vt agni induiſſe manſuetudinem videretur: palamq; vniuerſi teſtabantur, Chriſtianorum Deum magnæ eſſe potentiæ, vt æqui tam admirabiles mutationes cauſaretur. vt enim baptiſmum ſuſcepit, adeò barbaram hanc ſeuitiem exhorruit, vt omnia domo immanitatis inſtrumenta vaſaque eiecerit, Chriſtianam lenitatem induens.

Illius mira post baptiſmum morum mutatio.

Quo verò barbara humanæ carnis deuorandi huc inuecta modo ſit conſuetudo, quæ apud pleroſque etiam in vſu, paucis recenſebo. Anno ergo ſuperioris ſæculi quinquageſimo gens quædam barbara, cum patriæ contineri terminis ob multitudinem non poſſet, de ſedibus commodioribus quærendis agitat. Hi in Congo Giachæ, in Angola Gindæ, in Aethiopia Abyſſina Gallæ, apud Indos Zimbæ vocitantur. Forſan iidem & Imbiæ à quibus Mombazæ aliaque vicina regna deuaſtata diximus. Hi & in hunc Guineæ tractum ad vſq; Leænæ montem penetrarunt, vbi initio Cumbæ, id eſt, hominum deuoratores, dein Manes ſunt appellati. Regionem peruagantibus non alius erat cibus, quàm per viam iugulatorum caro, quam teneris palmarum gemmis ſurculiſq;, quos

Vnde humanæ eſus carnis huc inuectus.

Palmites

Palmites dicunt Lusitani, adhibitis elixant. atque hoc pacto omnes loci palmas, quæ vinearum & olearum noſtratium loco ſunt (inde enim & vinum & oleum, aliaque neceſſaria proueniunt,) deſtruxere. In bello ingentibus vtebantur clypeis, quibus totum obtegebant corpus; quoque maiori eſſent terrori hoſtibus, prælium commiſſuri, cruentos necatorum artus, hic manum, ille pedem, humerum aut femur alius dentibus verſabant, os obtegentes, feralis hæc & immanis ſpecies etiam copioſiſſimos exercitius in fugam agebat. Hi Congenſi regno, tempore Bernardi regis, cum Catharina Luſitanis præeſſet, vt alibi dictum, deuaſtato, tandem ad maritimam oram peruenere, & hic ſedes per varia ſparſi loca fixere, adeò vt ad vſque Leæne montem regnaque vicina nonnulli acceſſerint. Quare agri vbertate capti fixis hic ſedibus, paulatim à ferali hac conſuetudine ad manſuetudinem tranſiere, ſed penitus non exuerunt. nam & hodie bello fuſos aut capite damnatos deuorant. Ex omnibus hiſce anthropophagis nullus, anno ſæculi huius ſeptimo, præter regem Petrum ſuperſtes erat, quem vegetum ac viuidum conſeruare placuit Deo, (vt qui, cum centenario & tricenario maior eſſet, vix tricenos compleſſe annos videretur) vt per illum ſanctum eius nomen glorificaretur, & ſuorum conuerſionis foret velut inſtrumentum.

Terror è crudelitate naſcitur.

Rex Petrus carniuororũ primarius.

Decennium hic itineri illos ſuo impendiſ-

ſe,

ſe, ob continuum cum incolis vbiq; bellum, dicebat; quin & etiamnum ſe meminiſſe, quo à Luſitanis arcis, cui à fodina nomen, præſidiariis, pulſi eſſent, & tormentis bellicis excepti modo. Hinc diuina erga ipſum & alios eiuſdem gẽtis benignitas elucet; dum fidei lumine illuſtrantur, & Dei filii, cum antè cacodæmonis, & infandis flagitiis immerſi, conſtituuntur: Porro regis Petri filius (cui Chriſtophori baptizato nomen impoſitum) omnes domeſticos ſuum exemplum æmulatos, ad Chriſtum tranſire voluit; modò hunc modò illum Patribus baptizandos docendoſq; adducens, & inter illos filiorum ſuorum tres, præter duos illos, quos iam antè baptiſmo luſtratos diximus, item & illorum matres. Quin & vbique fidem deprædicans ethnicorum ſuperſtitiones criminabatur.

Filius regis Petri Christophorus vocatus alios Christo lucratur.

Hinc Regem Philippum ipſe cum adiſſet, & hiſce de rebus coram ethnicis interipſos ortus eſſet ſermo, tanta in idola inuehi cœpit vehementia, omnes vt in admirationem raperet. Narrabat is, ſe nondum Chriſtianum tetris & horrendis ſemper ſomniis interpellatum, & hunc ſe errorem prę aliis habuiſſe, ſe, ſi qua cum muliere cibum ſumeret, aut aliquam menſę ſuę participem redderet, ilico demoriturum. At baptizatum & quiete nocturna frui, & ad domeſticas mulieres, ſine vllo maleficio, fercula tranſmittere. Dolere adhæc, tot ſe annis tantoq; diſpendio idola coluiſſe, quaſi ab ipſis vita ſanitas, & fortunæ omnes dependerent. Hiſce

aliiſq;

aliiſq; ſermonibus, multis baptiſmi deſiderium iniecit.

Quomodo eius Zelum remunerratus ſit Deus.

Illius autem ardorem Zelumq; compenſare voluit Deus; nam à pleriſque ſuorum antè derelictus (nam ſi quando ſubditi, regis ſui non ferunt iugum, ad alium temere tranſeunt) vbi ad Chriſtiana illum ſacra conuerſum nuntiatum eſt, omnes, etiam munera & obſequium deferentes, vltro reduces vidit. Viſentes illum conſanguinei & amici, eius proſequiſque vitæ mutationem prædicauere, & in fide ſuſcipienda veſtigia ſunt æmulati. Petrum autem parentem hæc imprimis recreauit; hinc illum aſſiduè apud ſe habere, ſuæ menſæ adhibere, conſulere, & plurimis in rebus primogenito præferre, & maioribus officiis colere: promittere inſuper, illi prius quàm vita decederet, reconditam ſe gazam patefacturum, quo nullum maius exhiberi à regibus illis amoris argumentum poteſt.

A parente ad Fatemã tranſmittitur cui percarus fuit.

Interim legationis ad Fatemam Boulonioꝝ rum regem adornandæ incidit occaſio; nullum porro mittere Petrus, quam hunc ipſum, voluit, tum quò illum eueheret, tum quòd Fatemæ è ſorore, Petri regis vxore conſobrinus eſſet. Plurimos Chriſtophorus ſecum comites habebat, Luſitanico indutos more; conducebat & Fatemæ filium, quem apud ſe educatum, etiam cum aliis baptiſmo, rogante patre, admouerat. Amicè honorificeq; eum Fatema habuit, dum ſuo aſſidere lateri, & menſæ participem reddere voluit, ac ſe ipſo maiorem iam diceret

ceret, vtpote Dei filium redditum. Delectabat illum & filius Christianus effectus & Lusitanam indutus vestem: quòd autem susceptam puer fidem sibi gratularetur, eamq; mirifice extolleret, Fatema iocatus ait. En vt nobis filios auferant Patres; & iis baptismo iam initiatis nos ipsos oppugnent. Tandem muneribus donatum, insigni cum amoris testimonio abs se dimisit, tegiq; Petro scripsit; cùm omnes eum etiam nondum ad Christum conuersum consulerent, consulentiq; auscultarent, æquius videri; illius vtpote iam Christiani & filii Dei; consilia exquiri. ac se, si quando commodum videretur, ad ipsum properaturum; ac de hac, super qua legationem miserat, aliisq; magni momenti rebus, coram acturum.

Hæc dum fiunt, Batterlo per nauem ex Insula Iacobæa appulsa, quæ præfecti aliorumq; ferebat litteras, nuntiatum est, duos illos, qui hic [illegible]serant Patres, demortuos. Dolebat horum ille casum, & suum imprimis, quòd magnum ab horum opera sibi subsidium spopondisset. Scripserat quidem, antequam de illorum aduentu certior redderetur, vti mox vt appulissent vrbe egressi ad salubrem se locum conferrent, donec immiti cœlo nonnihil assueuissent. At frustra; nam nonnisi post semestre & amplius litteræ redditæ. Hinc, mox vt è Lusitania vene[illegible] [illegible]nimarum Zelo acti, ita saluti illarum incub[illegible]ce; quasi non carnei, sed ferrei, non morb[illegible] non morti deniq; obnoxii forent. Nam quod insulam hi, pietatis studiosi, Patribus

Duo Patres in insula Iacobæa decedunt.

Illorum Zelus & labores.

Societatis noxarum confessionem peragere consueuissent, tantus ad eos pœnitentium numerus confluxit, vix vt cibo somnoq; capiendo tempus superesset. Ad hunc laborem accedebant assiduę diebus festis ac Dominicis conciones, lectiones catechisticæ, & grammaticæ, & Theologiæ positinæ, vt alias instituti functiones, ægrorum, carceratorum, & valetudinariorum visitationes prętercam: vt horum duorũ humeris collegii integri onus idq; inter alienigenas, & cælo inclementissimo, incumberet. Illorum interitum doluit Barrerius, tum ob illam quã diximus causam, tum verò quod metueret, ne qui ad hanc posthac insulam socii, in qua pauxillo tempore quatuor decessissent, nec in Guineam mitterentur, ne fortè eamdem subirent aleam; etsi Barrerius, vt testis oculatus, montis Leænæ cælum, esse dicat Lusitanico mitius. Raro hic siquidem præ morbo quis moritur ad omnes senio, veneno aut [illegible] venerea; & ad vitæ necessaria subsidia suppeditanda, cum optimo Europæ certare tractu. Neq; enim tam intensum hic frigus, vt in nonnullis Europæ locis, nec æstus, ob assidua ventorum flabra adeo vehemens, vt nec domos aqua conspergere, nec ventilabris ad ventũ excitandum opus sit. Quod profectò prodigii habendum loco, cum zonę torridæ omnis hęc regio subiecta & Aequatori proxima, quam proinde nec ab hominibus nec animalibus ob æstus vehementiam incoli posse credidere prisci. contrarium ipsa docet experientia, & infi-

Horum morte dolet Barrerius.

Cælum huius oræ Europæo salubrius.

niti

hiti huc ex Europa quotidiè commigrantes. Sed iam reliqua prosequamur.

CAP. L.

Fidei in monte Leana narratur pr. uectio. Rex Philippus insignem in virtutibus progressum facit.

REgis Philippi in rerum diuinarum cognitione progressus, & vitæ honestatis quod suis dabat, exemplum, eius quoq; in aliis Christo asserendis studiũ & ardor, Christianis ad diuinam bonitatem dilaudandam, ethnicis ad imitandum fidei ad sui augmentũ erant occasio. Illius siquidem auspicio exstructum in portu Saluatoris qui oĩm totius regni celeberrimus, templũ quod elegantia & magnitudine cum omnibus illius oræ certabit. perfectum id paulo ante Dominicæ circumcisionis festũ. ingens huc hominum ad iubileum, Soc. Iesu templis hoc ipso die concessum, multitudo confluxit. Ante prandiũ plurimi SS. Confessionis & Eucharistię Sacramenta frequentarunt, vesperi baptism⁹ soleñis peractus, cui aliquot regis fratres ab ipso ad soleñitatẽ augendam inuitati, & ethnici varii adstitere. Baptismo tinctę inprimis aliquot regis supioris, & Philippũ dum ethnicũ ageret, vxores; & senex qui loci hui⁹ abhinc annis plurimis præfectum, ob probitatem & ritè impletas muneris sui partes, egerat; itẽ vxor eius penè ęqualis. Omnes autem tam probè officio funguntur, & eo vitę sunt omnib⁹ exẽplo, vt Patribus gaudio sint & solatio. Fratres regii (quorum nonnulli aliquot locorum obtinent dominium, & subditos habent) ad Christum se transituros polliciti sunt. & re ipsa iá horũ nonnulli inter catechumenos adscripti. Oo 2 *Regis Philippi Zelus*

Rex Philippus haud procul à Patrum domo sedem figit.

Post templum & Patribus domicilium paratum, alias sibi ędes haud procul inde ædificari curat; quibus perfectis, cum vniuersa se huc regia contulit. Non displicuit id Patribus, vtpote cum scirent, & post reipsa experti sunt, quanti ad regni totius conuersionem momenti afferat, Regem Christianum eodem quo ipsi habitare loco. Et sanè plurimæ hinc secutæ conuersiones & alia ad honestatem spectantia, quę iam prosequemur. Paulo pòst mutatam regiam in morbum rex incidit; inursunt ægrum fratres & consanguinei, loci mutationi invaletudinem adscribunt, aliò se conferat suadent. Putant quippe vana superstitione barbari cum loci mutatione abire morbum. Quos ille ridens, Christianum se esse ait, & credere non à mutatione sedis, sed à Dei manu suam dependere sânitatem, & ab hoc valetudini se posse, etiā aliò non concedendo, reddi. nec regem fefellit spes, nā paucis post diebus, magno omniū Neophytorū gaudio, vires recuperauit.

Crucem erectam in loco figit.

Post paulo cum Patres ingētem è ligno crucē parassent, suos ipse rex humeros eidem ferendæ supposuit, & cum ipsis Litanias decantans, aliasq; orationes magna pietatis significatione decurrēns, in eminenti portus loco fixit. Non procul hinc fanum idoli erat (vti in omnibus conspici portubus solent.) sed hoc dirutum, ne dæmoni coram crucē, quā superatus occubuit, honor exhiberetur. Idem & de aliis eiusce loci vicinorumq; delubris factum: quin & ethnicis abrogatis carminibus; Christiana interdiu in

templis

templis, & noctu in publico pagi loco, magno non Neophytorum modò, sed & ethnicorum, regis ad exemplum, concursu, cantabãtur. hinc plurimis sæpe ad Christum transeũdi veniebat ardor, & nonnulli reipsa desiderium complebant. Præter spiritualia Philippo regi post conuersionem data cælitus charismata, etiam temporalia non defuere. quin & regni dilatati limites & subditorum auctus numerus. nam plerique, fratris (qui, quòd subditis abundaret, omnium regni huius procerum erat & potentissimus & maxim⁹) ad ipsum subditi transiere. Quod vicini reges fidei ab ipso susceptæ acceptum retulere. Quod autẽ inter regni huius incolas frequens sit mari cõmercium, idcirco quę vno accidunt loco, ad alium mox fama defert. Hinc regis huius conuersio per omnium aures diuagata, plurimis imitandi iniecit desiderium. & sanè plurimi viri primarii, qui in patris eius exequiis ploratum alio è regno, quod transpromontorium Ledanum, in ora Malaguettæ, venerant, cum diuinis officiis, exhortationibus, & baptismo coram interfuissent; & in admirationem rapti sunt & eadem deprædicarunt, & inprimis vitæ quam ducebant neophyti, honestatem. quin & regi Patres esse debere aiebant carissimos, quod & altissima & sanctissima traderent; se quoque, vbi legatione, quam agebant, defuncti essent, cũ suis huc se familiis commigraturos, quò Christum profiterentur, & eius in regno inter neophytos agerent. Hinc anno sæculi huius octauo aliquot venere, alii nauem

Deus Philippi regis imperium dilatat.

qua commode traiicerent, quæ circa Kal. Nouembr. huc properaret, exspectarunt.

Reges alii eius exemplo moti.

In alio trans Loguos regno, plurimi optimatum ad fidem Christianam, audita ex aliis neophytorum Leænensium pietate, suscipiendam moti sunt. hinc rex, cui idem desiderium, Barzerium ad se variis rationibus inuitauit, templum exstruere paratus, in quo & docerent & baptizarent Patres. At quod nonnisi Bini essent, & neophytos deserere non possent, in aliud rem tempus, donec auxiliares submitterentur socii, qui his & illis verbi Dei panem frangerent, distulere. Hæc sunt quæ anno octauo contigere.

Soror eius prudens baptismum suscipit.

Sequenti autem, Philippi in regno aliæ conuersiones, & quidem aliquot virorum illustrium, ac præsertim fratrum & consanguineorum eius celebratæ. Prima fuit sororis eius insigni prudentia & animo masculo mulieris; cui⁹ magna tum hoc in regno, tum apud vicinos erat auctoritas. Dum adhuc Ethnica superstitione teneretur, audito Christianis nonnisi vnicam vxoré ducere licere, Philippi regis fratris matrimonium ritu Christiano vt perageretur, operā dedit, & ex eo tempore erga fidé se propensam ostendit, Patri promittens rebus se confectis, baptismi & doctrinę suscipiendæ gratia redituram. Redeuntem sacerdos interdum adiit, ac docuit: Cumq; enixè ipsa baptismum peteret, non prius ipsam baptismo tingere voluit, quā ad locum in quo templum, commigrasset, minime consentaneum ratus eam Christianam inter ethnicos agere. Ergo

Ergo locum pro ſuo erga bap.iſmum ſtudio mutauit. Rex frater illam ſufficienter edoctam, Luſitanis comitantibus & aliis domi adit; inde ſimul magno plauſu & iubilo ad templum deducunt. Philippæ Leonis, ad fratris exemplum, cuius imitata fidem, nomen illi inditum. Illius baptiſmus inſignem neophytis lætitiam, regibus & proceribus ethnicis, quibus illius prudentia & conſiliorum maturitas nota erat, admirationem attulit. adeò vt regis Farmæ ſoror, eius audita conuerſione; Ecquis iam Chriſtianis non accedet, inquit, cum Mabora (hoc eius ante baptiſmum nomen) iiſdem acceſſerit? Et ſane eius exemplum quam plurimi ſecuti. inter alios frater eius, Philippi ſucceſſor. cuius conuerſio magnopere expetebatur, quo Chriſti fides in regni capitibus continuaretur.

Illius conuerſio aliorum conuerſionis occaſio.

Hic falſitatem ſectæ quam ſequebatur & noſtri dogmatis veritatem ſæpius antè perſpexerat, imo & Barrerio, qui cum ſæpius agebat, ipſum ſe amplexurum promiſit; at moram trahens & tergiuerſabatur: verum cognito ſororem Chriſto initiatam, illam in baptiſmo, vt antè habitationis ſociam, habere voluit. Fratris rex voluntatem cognitam habebat, at oportunam hac ſuper re cum illo agendi occaſionem captabat; quæ tandem hoc modo data. Sacerdotes ambo cum in Petri regno verſarentur, alium regis Philippi fratrem audiuere, ad portum Saluatoris è monte Leænæ, vbi eiuſdem facultates, baptiſmi

quem tanto tempore desiderarat, suscipiendi gratia, commigrare velle. Barrerius horum certior Aluarum eò destinat, qui hanc in ouile Christi ouiculã perduceret. quòd vero omnibus baptizandis noua pro more detur vestis, vt internum simul & externum habitum mutent, byssinam Aluaro, quam primo viro primario baptizando reseruarat, dedit. Aluarus cum in portum Saluatoris appulisset, à rege Philippo magna fuit gratulatione ac studio exceptus: quòd verò frater, cuius causa hoc Aluarus iter susceperat, nondum occurrentibus impedimentis, appulisset, de alterius fratris, regni successoris, baptismo agere interim cœpere. Rex magna rem animi contentione promouens, extemplò ad locum, in quo frater agebat, diei inde itinere remotum, properat. Setuanus (hoc ei nomen) occasione vsus Regi ait, se ilico Lusitanum, familiarem suum, qui duodecim inde leucis aberat, per nuntium, rogaturum, num in baptismo fideiussorem agere velit. Rex fratris voluntate comperta, Sacerdoti nostro rem ex ordine enarrat, & ad fratris baptismum, quem nonnisi post tredecim commodè futurum putabat dies, cuncta disponit. At longè secus rem Deus disposuit. Vix enim digressus erat rex, dum Lusitanus ille quem frater fideiussorem petierat, omnium ignarus fortè adest. Ergo simul postridie viam ingrediuntur, (Setuano consiliorum suorum neminem habere cõscium volente, donec confecta res esset) & ad Saluatoris tandẽ portum magna

Maxime fratris regis, reg. i heredis.

post

post pericula appulere. Nam tam atrox incubuit procella, vt Lusitanus temerarium crederet vlterius transire, & in portum aliquem nauem, donec procella detumeret, subduci suaderet. at catechumenus rem dissimulat, concepta in Deum fiducia, nefas esse dicens metuere, tam sanctum aggredientes opus, & suis Deum adfuturum. Nec fefellit eum spes. Repentinum eius aduentũ mirabantur omnes & inprimis Aluarus, hic enim audito è Philippo, fratrem non tam cito adfuturũ regnum Petri adire interea statuerat. Quare eo ipso die omnem apparatum sacrum naui quam conscensurus erat, imposuerat; sed hac tempestate quã dixi, deterritus, domum redierat. Noctu ergo in pago excitatur strepitus, & Setuanum cum Lusitano susceptore aduenisse illi nuntiatur. Mirantur sacerdos & frater rex q benignè sua illum domo excepit, bonam noctis partem diuinis simul laudibus, & de rebus fidei colloquo impenderunt. Postera luce fratrem ad templũ, in quo tum sacerdos agebat, deducit, oratq; vt, cum Deus sanctum hoc opus cœperit, ipsũ pficiat, fratri baptismum quantocyus conferendo, ne sua dæmon arte obstaculũ opponat. Satis n. iam edoctus erat, & nihil ei erat optatius, quam baptismo Dei filiũ constitui. Si qua in re mora grauis esset, in hac præsertim fore. Obsecrauit & hoc ipsũ catechumenus, simul & Lusitani omnes ac neophyti; vt negare diutius Aluarus non potuerit, & illum duntaxat diem disponendo illi examinandoq; dederit, quæ Baptismũ ... petit, & ocyus.

ante edocuerat illi memoriam renouans, & beneficii accipiendi magnitudinem ob oculos ponens. Ne verò ob vestis defectũ baptismus differretur, fratri eius in monte Leænæ agenti destinatam vestem viro dedit. Vbi catechismi pomeridianum adfuit tempus, catechumenus fratre rege & Philippa sorore, susceptore aliisq; Lusitanis, neophytis simul & ethnicis stipatus, Lusitanam indutus vestem, alacer & hilarus, templum, præeuntib. patriis citharœdis, adiit, Pater cum doctrinam Christianam illi publicè proposuisset, baptismo tingit, & Ioannis nomine donauit. Postridie cum fideiussore Sacerdotem adit, illius benedictionem impetraturus; accepit & rosarium, thecam reliquiariam, & imaginem coram qua prouolutus oraret, cum petiisset. V[illegible]um ergo illum cum fideiussore suis reddere iam, Christianũ, & ipsos, ad dominum maiori quam antè obsequio colendum, & eius imitationem adhortari. Magnam ea res omnibus lætitiam attulit; præterquam duci cuidam, sibi percaro, cui illa tum quidem mutatio displicuit, vt acerbius illi locutus, ab eo se desciturum sit comminatus. Tum Lusitanus, etsi à te deseratur, à Deo tamen longè potentiori minimè derelinquetur, cuius iã per baptismum est filius cõstitutus. Hinc occasione data, coram omnibus, illi populi errorem aperuit, dũ cornib⁹, animalium exuuiis, & aliis id genus reb⁹, in bello à vulneribus tutos se fore confidunt. Tum de Dei potentia, eiusq; erga suos prouidentia tanta est publicè prolocutus, vt dux ille,

Baptizatur & Ioannis donatur nomine,

Subditos hoc recreauit.

le, aliique cedentes non alium esse faterentur Deum, q Christianorum, & domini sui sequi exemplum proponerent. Et reipsa plurimi, vt post videre erit, sunt secuti. His ita constitutis, vbi ad sua Ioannes venit, omnia quæ reperit idola cōminuit & igni tradidit, eorumque loco fixã crucem, pronus in terra, magna pietate adorauit. Exinde susceptor, salutarib, instructo ad vitam posthac Christiano ritu agendã præceptis, vale dicens ad sua discessit. Cui proinde diabolus, ni obstitisset Deus, insidias pniciemque moliebatur: perterrere salrẽ conatus, ante nauem tetra illi & omnib. classiariis forma, q̃ nec hominem, nec piscem, aliudue animal, sed mistum quid & portentosum referret, apparuit, sed iam aliorum regis fratrum conuersionem prosequamur. *Idola is cōminuit.*

Non multo post Aluarus in Petri regnum euocatur, in quo plures Christo fideiq; peperit, vt suo commemorabo loco: cumq; mox vnum, dein aliud regnum adiret, in Philippi tandem substitit, vbi plurimos ad Christum transtulit, & imprimis Songam regis germanum, de quo iam antè egimus. Erat is omnium facile potentissimis, & robore & prudentia singulari, vt successorem sibi illum pater designaret. At etsi regnum minimè adiisset, maximæ tamẽ apud ões, & præsertim Philippum fratrẽ auctoritatis erat. Hinc si qua de re ancipiti cōtrouerteretur is regis loco, ea porabat eloquentia, vt quocũq; vellet, omniũ animos ptraheret. Hic cum Regis nomine vna cũ Lusitanorũ pfecto *Alius Philippi frater ad fidem transit.*

in Leæ-

in Leænæ venisset montem, omnes prouinciæ huius proceres & optimates conuocat, iisque persuadet, vt arcis, quam in montis extremo Lusitaniæ rex exstrui volebat, cōstructioni subscriberent, & commodum ei locum, simulque omnia ædificationi necessaria præberent. Deniq; ab hoc, (vt Lusitanorū præfectus aiebat) totius regni conuersio pendebat: Hoc n. conuerso ceteros facilè manus daturos spes erat. Hinc cōuersioni eius imprimis incubuere Patres, quibus ille vicissim bonam semper spem dabat. At quod ad humanæ prudentiæ præscriptum omnia sua dirigeret, ad annos aliquot rem distulit, num hic stabilem habituri essent Patres sedem, & quem res Christiana successum, præuidens. Hoc ergo quo sacerdos hoc regnum subiit tempore, cum Philippo rege fratrem reperit; adeò quidem facilē & parentem, vt rationib. quas afferret, & precibus Regis & Ioañis fratris, qui hic etiamnum agebat, cederet. Ergo Christianum cum se fore promisisset, Regi, fratribus, aliisq; incredibilē attulit lætitiā, gratias Deo, ob disruptos ab eo, ethnicæ superstitionis laqueos agentibus. Rei huiusce fama toto cum regno increbuisset, multi eiusdē baptismo quo nullus hactenus exstitit celebrior, adfuere. Nomen nactus est Bartholomæus: vitæ autē post conuersionem probitas, simul & vehemens ad subditos Christo asserendos ardor intrinsecus à Deo illum tactum arguebant, & non casu ipsum, sed studio ac sponte hanc mutationem suscepisse.

Quanti momenti sit baptismus.

Bartholomæus dictus.

Baptis-

Baptiſmo cinctus duos filiorum, cariſſimos Patri docendos & in filios Dei per baptiſmũ cooptandos tradidit. Præter hanc fuere & aliæ variorum ordinũ conuerſiones, quas quo regios fratres proſequamur, in alium reſeruabimus locũ. Interea namq; dum hic ſacerdos ageret, Luſitanos cõmonendo, confirmandoq;, neophytos autem animando, appulit huc & alius Philippi frater, qui in Leænæ monte pagum & iuriſdictionẽ habebat; quemq; antè ſacerdoti ad fidem ſe tranſiturũ ſpopõdiſſe dixi. at quod à Patrium domicilio procul abeſſet, ſuo cõmodè ſatisfacere deſiderio nõ poterat. Sed hac occaſione oblata, fratreſq; ad Chriſtiana conuolaſſe ſigna comperiens, diutius differre noluit. Interim Luſitanus, q Philippi Regis fideiuſſor fuerat, ad alium regni eius portũ appulit, qua re ad Philippum perlata, vnà cum fratrib. ipſum compellaturus adiit, ſimul & ſacerdotem, quo fratrem baptizaret, ſecum ducturus. Luſitanus certior dumtaxat Regem cũ fratrib. aduolare, magno eos plauſu & ſplẽdore quo oportebat, excipere ſtatuit, qui & tertii regii fratris, (cui Sebaſtiani nomen impoſitum,) baptiſmo, qui Bartholomæi celebrior fuit, vſu venit. Sui Luſitani & indigenæ in eodẽ celebrando ſtudium & operam innuere, quod verò Michaël Petri regis filius, de cuius couerſione poſt agemus, caſu tum adueniſſet, ad aliquot feſtiuitas ipſa dies durauit. *Tertii fratris Philippi regis conuerſio.*

Baptiſmum etiam ſuſcepit, interim dum hoc ageret Pater loco, primarius è Manica gente & magni- *Baptiſmus magni viri è gente Manica.*

magni nominis vir, tum quod è primis terræ fuisset occupatoribus, tum vero quod prudentia ingenioq; valeret. Hic tum Philippi Regis & fratrum exemplo, tum iis quæ è sacerdote de religione sacra coràm audierat permotus tam præclarè de iisdem sensit, vt dum illum Sacerdos edoceret, tam clare euidenterq; de fidei rebus ageret, vt pleriq; neophyti, quin & sacerdos Indus, qui tum hic erat, obstupescerent; hicq; palam assereret multos se quidem p Indiam ad fidem conuersos & catechumenorum baptismos, at qui tam sublimè aperteq; de diuinitate loqueretur, vidisse neminem. Illius q-dem baptismum turbare voluit Satan, interea dum ipse baptismo disponitur, tumultum in pago excitans; at Dei ope & patris operâ omnia composita. Andreæ illi nomen, dum Diui eius die baptismo tingitur, datum; ille vicissim sacerdoti filium baptizandum obtulit, & daturum se operam, quo domestici suum exemplum æmulentur, promisit.

Ioannes tẽplũ exstrui in suo portu curat.

Natalibus hoc in loco peractis, sacerdos, cum plurimis noxarum confessionem peragẽtibus aures dedisset, & viuificum Eucharistiæ Sacramentum administrasset, qui huc Iubilæi merendi studio venerant, ad Ioannis ditionem se contulit. De templo Deo, domicilio patrib. huc primum venturis, quo cælo assuescerent, exstruendo actum est. Vbi res decreta, ilico executioni mandari cœpta, nam tot operi Ioannes fabros addidit, vt paucis post diebus sacro dicendo locus fuerit idoneus. Hinc plerique ad domi-

domini sui exemplum sequendum permoti sunt, vt, si vestes, quibus donarentur, suffecissent, omnes haud dubiè ad Christum transissent. Quocirca in aliud rem tempus differre visum est. ipso tamen Epiphaniæ festo duos Ioannis fratres, ac filium, trium Magorum paruulum in cunabulo Bethleemitico adorantium, nomine donatos, sacerdos baptismate lustrauit; alios interim, quò baptismo dum opportunum foret, aptiores forent, edocens. Iam æquo ditius in Philippi regno commorati, ad D. Petri sedem transeamus.

Cap. LI.

Aliquot in regno Petri, virorum mulierumque illustrium conuersiones referuntur, simul & alia fidei incrementum instituta.

Tora rex, sanctiori nomine Petrus nuncupatus, priusq̃ Christiana sacra susciperet, duas primarias habebat vxores; hanc Regis Philippi, illam Fatemæ consobrinam. hic Christum professus, hasce eidem accedere maximopere cupiebat. Prima, etsi hoc ipsum etiam optaret, & sacris officiis (quod insulam Caracoram Petri nomine gubernaret) semper interesset, suum tamen, humano quodam intuitu, desiderium non posuit; donec rex ipsam vrgens, tandem in sententiam, sublatis antequibus impediebatur inanibus opinionibus, ptraxit, officiisq; coluit. Altera in primario regni commorabatur loco, in quo ante cõuersionẽ sedẽ habebat Petrus, quẽ regis loco ipsa, vt Caracorã altera, regebat. Hęc cum ægritudine

Conuersio duarũ mulierum illustrium olim Petri regis vxorum.

ad vi-

ad vitæ extrema redacta esset, in Caracoram delata est, vbi variis nequidquam adhibitis remediis, hoc ad Deū transit modo. Illam rogantem ad templū aliquoties perduxit Rex, orans sacerdotem, ipsa non minus, Deo suam vt per preces salutē commendaret. Hinc quodā die sacerdoti se ait ad Christū accessuram, si modò sanitati redderetur. Ergo vires vbi redditæ, illa voti promissiq; rea, non alium esse cōfessa Deum est, quam Christianorum. Vtraq; simul baptismo tincta, plaudentib. & rege & neophytis omnibus: quas secutæ ancillæ & pedissequæ complures, quæ illū antè expetierant. Cōmodè id sanè cecidit, quo dominas herasq; in templum comitarentur. Illarum in concionib. & exhortationib. catechisticis frequentandis ardor; & in officiis diuinis attentio, Christianis exemplo, paganis stupori sunt.

Miraculosa curatio.

Idem aliis ipse vxoribus beneficium rex studuit impertiri; quarum aliquam cū permouisset, magno suo cum gaudio ad sacerdotem adducebat, quò ab ipso & instrueretur fidei rudimentis, & salutari deiii lympha ablueretur. Eadem & filios cura, quos è variis ante fidem vxoribus genuerat, ad Christum adducebat. Neq; enim omnes apud se vxores, aut filios ex iis genitos reges apud se alere solent: sed sobolem natam matres educāt, donec victum sibi comparent; quæ communis omnium sors est. Verum vt hanc ætatem attigere, si regno imperioque nati aptiq;, aliquot iis agros & pagos, quibus præsint, donare rex parens solet.

Rex Petrus alias olim vxores Christo parit.

Vna,

Vna, viso socias cum sobole ad baptismum properare, & à peccatis expiari, sponte nemine impellente, venit, filiumq; decennem è rege susceptum, Patribus docendum, fideq; Christiana imbuendum tradit, etsi ipsa ab ethnica superstitione non desciſceret. Prolem Patres non inuiti admisere, & baptismo lustratam apud se retinuere, olim illam aptum ad suos Christo; forsitan & matrem afferendam, instrumentum futuram augurantes. Hanc mulierem imitatus est alterius pueri octennis pater. hic enim superstitiones ac ritus ethnicos deserere nolens, filium baptizandum attulit; quem mater in alio insulæ loco post septimestre neci dedit, & ne pœnas daret; fuga sibi consuluit. Hac Regi nunciata cæde; eadem qua res acta nocte; innocentis corpusculum, quo honorificè terræ mandaretur, afferri iubet. Hunc detecto vultu, in feretro publicè spectandum proposuere Patres, antea manibus cruce inserta, & ea qua potuere solennitate velut Martyrem terræ mandarunt; quod illum; ex fidei Christianæ odio interfecisse mater (fidem faciebant indicia) diceretur.

Harum vna, ethnica filium sacerdoti tradit.

Innocentis paruuli baptismo tincti iugulatio.

Moris est, vt qui baptismi candidati sunt, cuncta quæ adorant idola ad Patres deferant, iis inspectantibus proculcent, ignique tradant. In Petri autem regis domo numen, quod ille etiamnum ethnicus permagni faciebat, superstes cum esset; ipsi mirari allatum est. etsi enim; diligenter singulos domus angulos explorando idola cuncta ipse protulisset, hoc tamen reperire minimè potuit. miratur ergo vbinam

hactenus delituisset. Mox ipsum patribus, hi pueris Christianis, huius & aliorum regum & optimatum filiis tradunt. hi magno ipsum plausu in ignem raptant, & quibus potuere ludibriis & cachinnis dum Patribus hoc gratum fore credunt, proscindunt. Id enim puerorum in idola odium & rabies, ut eadem ubiq; locorum indagantes nulli omnino parcăt, Præter idola hæc lignea alia habent, quę Chinas dicunt: pyramidis artificiosæ formam referentia in quibus formicæ albæ quæ foras non prodeunt, sed internis cellulis distinctæ, ut quo vivant cibo incertum sit, reptantes cursitantesque apparent. In has etiam pyramidas pueri sæviunt, earumq; domunculas in oratoriorum modum paratas, subvertunt & dirunnt. Hanc eorũ audaciam mirantur turbari. Nam Chinas ipsi formidant. hĩc quoties mancipium coëmunt, ante Pyramidi cui vinum aliaque offerunt, sistunt, eiq; quodammodo devorent & orantes ut ipsum si fugam ineant, serpentes, lacertæ, tigridesque dilacerent. quas servi minas adeo exhorrescunt, ut etsi ab heris acerrime vapulent inire fugam minime ausint.

Pueri Christiani in idola sæviunt.

Quis in servum emendũ hic ferretur ritus.

Singulis in regnis locus est Diabolo sacer, in quo primaria illi sacra peraguntur, is quem adire Petrus Rex solebat. insula est, una à continente dissitus leuca in sinus quem Philippi regis subditi & ipsius commercii causa frequentant medio Idolo.

Camassoni nomen; prætereuntes a. adeo

ipsum

ipſum verentur, vt, ne naues diffringat metuentes, huius in conſpectum cum venerunt, oryzam illi, oleum vel aliud quidlibet, quod vehunt, in mare eadem iaciendo, offerant. Semel quotannis eam rex inſulam adibat, hæc ſacrificia in rupe proxima facturus, & Camaſſono capras & gallinas viuas, quas in inſulam deiici iubebat, oblaturus. tutò hic animalia agebant. neq; enim quis vt eadē ſurriperet, metuendum erat, cùm nemo in inſulam exſcendere auderet. Patres ergo æſtuarium hoc ſubeuntes, inſulam ingreſſi ſunt; & illis ſub opacarum arborum vmbra aliquantiſper conſidentibus, qui vnà cum ipſis naui vehebantur pueri Chriſtiani, tota, Camaſſoni minas ethnicis nequidquam cōminantibus, inſula tutò vagabant: repererunt hi variis in arboribus apes mellificaſſe, quarum fauos Patribus, hi ipſos Regibus Petro & Philippo tulere illud Samſonis ænigma vſurpantes, *De comedente exeuit cibus & de forti*, leonis inq̄ tartarei faucibus, *egreſſa eſt dulcedo.* Hoc primum ethnicis admirationem mouit: at viſo Aluarum paucis poſt diebus in morbum incidere, illius in Camaſſoni inſulam ingreſſui ipſum adſcripſere: reddita tamen ſtatim illi ſanitate Deus euidenter oſtendit, à ſua, non diaboli niſi in quantum hoc interdum ad noſtri explorationem diuinamq; gloriā permittat, morbos imitti dextra. Refert Barrerius, in reditu ſe è Bena, cum præter aliud regnum nauigaret, vidiſſe in loco quodam diabolo ſacro, varias huc illucq; motitantes imagines ac figuras. Putabat

Iudic.14.14

Inſulæ dæmoni ſacra, deſerta.

is initio nigros esse patriæ incolas; atquòd desertus esse locus diceretur, esse diabolos hoc in loco sibi dedicato, humana apparentes forma suspicari cœpit. Iam ad regem Petrum redeamus. qui cùm omni in Deum colendum aliosque ad eiusdem cultum & fidem traducendos studio incumberet, Deus vicissim illi honorem deferri curauit. Ethnicum namq; illum tot tantiq; principes ác reges non adiere, quot Christianum permagni á barbaris hoc haberi solet. Adiit inter alios Filanus patentissimæ prouinciæ ac plurimorum Dominus multis suorum comitatus. Cum hoc Barrerius iam antè de fidei veritate, idolorumq; vanitate egerat. Tum quidem á Christiana se fide alienum ostendit, ita tamen diuini verbi semen in animum admisit, vt fructum proferret amplissimum. Post enim spontè Petrum regem adiit, hac dumtaxat super re consulturus. Satuit ergo ad Christum transire, sed prouinciam prius ac subditos adire, & Fatemæ (quem ille caput vt alii pleriq; reguli, agnoscebat) animum aperire & illo annuente rem exequi. Quin & ipse Fatema, quem magnum dicunt regem, Petrũ regem adiit, consulturus, Christianis num accederet, vt qui huc se ferri sentiret, (vt quidem Petrus rex narrauit) Et sanè magnum is erga rem Christianam affectum declarauit, vt qui officio diuino libens interesset, concionibus item & publicis Patrum exhortationibus, & quem habiti priuatím de religione sermones & colloquia delectarent. Adfuit & baptísmo solenni, in

Honorantes se honorat Deus.

Rex Petrus ab aliis inuisitur regulis, qui Christianis accedere volunt.

in quo tinctus adolescens, quem secum duxerat, sibi percarus: quem baptismatis fonte iam egressum Lusitano viro illustri concredidit, vt doceret & educaret; missurum se quoq; filium, vt illum etiam baptizatum apud se detineret. Statuit ergo coram Rege Petro & sacerdotibus sedem mutare, eamq; haud procul à mari statuere, quo commodius ad ipsum edocendum Patres excurrant. His ita constitutis in regnum vale Patribus dicto, & obsequio delato, reuertit. Tertio Petrum adiit Sangrafareus legitimus Loguorum rex. His præfuerat antè pater eius Farma, sed iam ipsum subditi pileo, (id est corona & dignitate regia) donarant; verum à fratre regno deturbatus vires & copias sceptrum recuperaturus colligebat. Etsi n. frater etiam regni successor à patre designatus esset, natu tamē maiorem antè regnare voluerat. Iunior autem quod apud subditos feritatis nomine passim malè audiret, & aliquos fratrum quo regnum firmaret, de medio tolli curasset, hunc communi suffragio, vt regnum capesseret, inuitarunt. At nonnisi valida collecta manu regni ingredi terminos vult, quod omnium exploratam fidem minimè habeat. Is Caracoram cùm venisset, Patrum desidei rebus agendi modum ritusq; obstupuit, & sola fama, quæ de illis diffusa vndiquaq; erat se excitum coram spectare singula aiebat voluisse, vt & amicitiam cum iis iniret, & quam docebant doctrinam audiret. Templum frequentabat, & diuinis intererat velut Christianus. Singula

Loguorum rex Petrum regem adit.

Erga fidem afficitur. spectat, singula miratur, & præsertim hebdomadæ Maioris, quæ tum inciderat, ritus. Initio aiebat se, si regno reciperetur, templum & elegantia & amplitudine cum omnibus vicinis conferendum, extructurum, quò aliqui Patrum eo se conferrent, seq; & fratres & subditos baptismi lauacro abluerent. Verum vbi maius illi lumen illuxit, totum se in Patrum manus tradidit, baptismumq;, si modo videretur, quàm celerrime sibi conferri petiit, suum si desiderium differrent, vxorem saltem animo in fidem propensissimo, tingerent. Sed vtriusque voto tum quidem minimè satisfacere Patribus visum, dum metuunt, ne cum aliud adire regnum, in quo sedem fixerant, ipsos oporteret, omnium præceptorum penitus obliuiscerent. spem ergo vtriq; fecere, vbi commoda esset occasio, votorũ ipsos compotes fore. Ergo ad suos reuertens. Sangrafareus, Patres obsecrat, vt suum Deo negotium commendarent, vt, si vllum ad regnum ius haberet, sibi redderet. Nuntiatum deinde, in potiorem illum regni partem admissum esse, & hieme transacta, quæ supererat reddendam. Item, in bono illum manere poposito, & maiori quàm ante baptismũ contentione postulare. Si voti illum reddere compotem Deus voluerit, optimum id medium fore, quo plures animę ad Deum accedãt, spes est, nam præterquã quòd regnum hoc vicinorum omnium maximum sit, aliis plurimis continentis conterminum est, si Christo accedat, cetera facilè manus dabunt. Non solum

Baptismum petit, sed in aliud reiicitur tempus.

autem

autem honorificis regum aditionibus etiam in hoc mundo, Petri regis erga diuinum cultum zelum & ardorem, sed & bonis temporalibus compensare voluit Deus. Ex quo enim ad fidẽ transiit, plures Lusitanorum naues, quàm antè illius ad portus applicuere; hinc eius vicini reges expetiere fœdus & amicitiã, quò mercium Europæarum redderentur participes. Qui iis vehebantur nauibus Lusitani, gestiebant, lætitia, videntes ꝓbam neophytorum illorum cõuersationẽ, & pia puerorum carmina audiẽtes; nam doctrinã à Patrib⁹ traditã vesperi quotidie decantabant, dein tertio percutientes pectora, dicendo, *Parce Domine*, audientes ad pietatẽ excitabant. Singulis id peragebant continuo noctibus; dum his digredientibus illi succedunt. Mirabantur & paruulos vix dum prima verba balbutientes, quotidie in lectione catechistica, omnia doctrinæ Christianæ fundamenta à capite ad calcem, sine vllo errore, decurrere. Alii è Guineæ portu Cacheo, ad quem plurimæ è Lusitania, Hispania, & Iacobæa insulæ naues appellunt, venerant, orantes, Patres, vt eò se conferrent, incolas ea quæ salutis sunt edocturi; iis tamen fidem Patres etsi summopere id desiderarent, cum in tantam messem operarii non sufficerent, dare minimè potuere. Interimdum naues in portu Regis Petri agunt, Hebdomadæ maioris incidit festiuitas: q̃ verò aliqui Lusitani iis vecti Psalmos & alios Ecclesiæ cantus nossent, dierum illorum maiori

Temporale à Regis Petri [...] commodum

Lusitani neophytorũ exemplo ædificantur.

Hebdomada sancta officia solenniter celebrata.

quam alias antè celebrata solennitas. In concione feriæ V. ea erat lacrymarum copia & lamentorum sonus, vt rem mirati ethnici inuicē intuerentur. Secuta dein flagellantium supplicatio, hactenus hic inuisa, qua è templo egressa, rege & neophytis cereos gestantibus, certis in locis ad aras vicatim erectas subsistebat. Flagellantium numerosa non erat series, at sanguinis prorumpentis ingens copia. ea res ethnicos suspensos tenebat, dum eò neminem redigendum putant insaniæ vt in corpus seuiens proprium, sanguinem eliciat. Hinc ethnicus vir magnus credere, ipsos rubro quodam vnguine, quod palmis exprimit, humeris tinctis populo imponere, quasi ex Dei amore sanguinem elicerent. Ille cum Regi Petro quem finita supplicatione domi adierat, hoc retulisset, ipse indignans illum regia correptum acriter, eiecit dicans, Apage scelestè, apage; an non meministi, alias, cùm Deiparam latera habere negares, pœnas te, breui quinq; tuorū demortuis teq; à serpente læso & alias dedisse? & hodie Christianorum quem Dei amore eliciunt corpore sanguinem quò peccatorum veniam obtineant, palmeum esse mentiris vnguen? Apage miser, & peccatum plange, ne te diuina corripiat manus, & acriores luas pœnas. Is autem cùm primò Deiparæ effigiem, à Patribus recenter allatam, ad D. Lucæ imaginis imitationem efformatā, inspexisset, viuam esse mulierem & quamcumq; se in partem conuerteret ab hac se respici credebat. at cùm propius

Ethnici quid de flagellantibus conferent.

Rex corripit virum qui sanguinem effusum palmeum esse liquorem diceret.

us esset intuitus num corpus ipsa haberet, pictamque videret, ridens regi ait, viua hæcce videtur mulier, at costis caret. & ob hanc illum blasphemiam à Deo rex punctum ait. Verum ad propositum redeamus. Quòd non sufficerent flagellantibus vestes in hunc vsum paratæ, & flagella, alter alteri succedebat, & priorum vestes post sequentes induebant, & hoc pacto ad vsque Feriam VI. flagellantium continua series & nulla intermissio, magno ethnicis fuit stupori, & inprimis Christophori, filii regis de quo supra in corp⁹ suum sæuities: nam nulla dignitatis qua fulgebat dignitate habita, non ritè se Christiani partes implere credebat, nisi & alios imitaretur. hinc eo in corpus rigore sæuiit, vt omnibus esset admirationi.

Inter conuersiones primarias primum obtinet locum, quaque nulla maioris ad Dei gloriam momenti, & maioris rege neophytisque omnibus solatii, ipsa filii eius primogeniti ad Christum accessio, qui non successor solum regni erat designatus, sed iam per senium parentis eius administrationis particeps erat. Huic ante baptismum Yara erat nomen, seque semper fidei aduersarium præbuerat, & idolorum obseruantissimum, vt, si quando reliqui ad fidem inuitarentur, eius se exemplo dicerent retineri. Ille parentem, dum in fidem propenderet, deque eadem suscipienda tractaret, omni ab eadem contentione deterrere conatus est, sed operam cum luderet, vt,

ſe inuito hoc fieri ethnicis conſtaret, inde ſe ſtomachatus proripuit, nec paterno intereſſe ſimul cum aliis fratribus baptiſmo voluit. Hunc dein parens ipſe Chriſto lucrari contendit, & ingenii mentiſque tenebras diſcutere, ſimul & errorem viuis rationibus & nouis officiis oſtendere; quin & minas addit, dum nulli ſe filiorum niſi Chriſtiano, regni poſſeſſionem relicturum aſſerit. Neophyti quoque palàm, ſe ab illo mortuo patre, ſi in ethnica ſuperſtitione perſeueret, deſcituros teſtati ſunt, & in Philippi regis clientelam ſe daturos. Hiſce comminationibus reſipiſcens, patris & conſilium & exemplum, Chriſtianis accedendo, ſequi ſtatuit, patribus id ipſum facturum ſe promittens, filiam antè ſuam baptizandam illis tradit, idem & filio primogenito poſtulans. Suam verò rem ipſe ita diſtulit, vt vix eiuſdem conuertendi ſpes ſupereſſet. Vbi tandem Ioannem Socerum ſuum, fratrem & ſucceſſorem Philippi regis, de quo iam antè locuti ſumus ad Chriſtũ tranſiiſſe comperit, animæ illi Deus oculos aperuit, itaque permouit, vt Aluaro de conuerſione ſuſcipienda agenti, veritate quam is docebat victus, ceſſerit, vnum eſſe confitens Deum, & omnem idolorum cultum proſcribens. Ita mouere ſcilicet exemplum, præſertim magnatum, & aliorum auctoritate valentium ſolet. Denique totum ſe Sacerdoti tradidit ab ipſo inſtituendus, & baptiſmum enixè poſtulans, iam tum & ſuſceptorem ſeligens, & omnes catechu-

Filius regis natu maximus idolorũ cultui addictus.

Christianus accedere vult.

meni

meni partes peragens. Horum parens, qui alio in loco tum verſabatur, factus certior, gaudio exſiliit; vt cui nihil accidere gratius poſſet: Intereſſe ſe baptiſmo eius velle ſignificauit, & præſtitutum eiuſdem tempus cum veniſſet, nauim parari, qua ſinum illum traiicere ſolebat, voluit. Interea dum Catechumenum Aluarus docet, & deſiderii ille igniculos argumentaque prodit, ſingula ſibi præſcripta accuratè exacteque ediſcens, Rex Philippus Aluarum ad ſe pernuntium euocat, de magni momenti negotio cum illo coram acturus. Abit ergo, ſuumque catechumenum extrema baptiſmalium aquarum ſiti laborantem deſerit; cui etſi moram Aluarus apud Philippum non traheret, ſingula abſentiæ momenta dies, & dies menſes videbantur; ipſum videre reducem ſummopere cupiebat, quotidie aduentum eius inquirens. hinc conſolari illum neophyti, ſpemque reditus facere, propediem adfore Sacerdotem aſſerentes. Illo redeunte ea virum iuuaſit lætitia, quæ dicendo exponi nequeat: hinc numquam ab eius latere diuellebatur, ac tum per ſe tum aliorum interceſſione, baptiſmum ſibi ocyus dari petiit.

Illius deſiderium de baptiſmo ſuſcipiendo.

Nondum ad parentẽ miſſa erat nauis quam poſtularat, quod certum reditus Aluari tempus ignorarent. at ille filii baptiſmo adeſſe optans nauemque minimè exſpectans, inopinato adfuit. Mox ergo vt deſcendit in terram, ſacerdotem adit, pro more munus

Parens illius intereſſe baptiſmo voluit.

illi

illi defert, bonitatem diuinam, & insignem erga filium Yatam benignitatem deprædicans; & ob gratiam sibi regnoque vniuerso hac ratione collatam gratias agens.

Decreta baptismo dies Archangelo Michaëli sacra, interim vestes illi pro dignitate induentis, & Lusitani ducis, susceptoris futuri liberalitate parantur. Ex omnibus regni prouinciis eius ad baptismum factus concursus, qui magno & apparatu & splẽdore celebratus. Michaëlis illi à die sacra nomen impositum. lætitia & gaudium & plausus eos ipsos dies continuò habuit. Vnde non mediocre bonum secutum. nam qui hic adfuere, rei huiusce celebritatem apud suos deprædicarunt. Fatema, qui omnium oræ huius regum primus, & iam aliquam fidei lucem acceperat, vbi principis huius (quem idololatriæ patronum & protectorem acerrimum credebat) conuersionem audiit, imitari se velle significat. Alius vir omnium regni huius primus, hac conuersione cognita, deliberandi finem fecit, etiam, quo baptizaretur, solum Aluari in prouinciam suam aduentum exspectabat. Alius quoque vir princeps horum factus certior, Yatane, inquit admirans, Christianus? dein manum ori superponens, hoc ostendit signo, omnes eius exemplum debere imitari. Ipse autem neophytus magno aliorum conuersionem procurauit studio, ducto à domesticis initio; vt qui ante conuersionem Saulus fuerat, iam

Baptizato nomen Michaëlis imponitur.

Quæ inde secuta bona.

Chri-

Christi membrum factus, Pauli instar ardere videretur. Ante omnes filium natu maximum, puerum nouennem ad Christi ouile perduxit, qui Patrum antè, quam parens fidem suscepisset, conspectum colloquiumque fugiebat. at pòst, eo in ipsos studio fuit, vt domum ipsorum numquam desereret, & eo in res diuinas affectu, vt quàm doctrinæ Christianæ, dum eam tradebant Patres, interesse, nihil illi accidere posset gratius. Bartholomæi nomen illi datum; tamque honestè vitam instituit, vt patrem simul & auum recrearit, & ob morum mutationem ambo ingentes Deo gratias agerent.

Michaël à morbo insanabili per baptismum curatus.

Michaëli, præter gratias & charismata spiritualia in baptismo collata, temporalia Deus minimè negauit; cui ipse vicissim gratus extitit, diuinam bonitatem deprædicans. Cum enim ante incurabilis eum morbus teneret, ob quem non parum angebatur, non modo quod mortem minaretur, sed hominum etiam commercio ob intolerabilem fœtorem priuaret: mox vt sacro hoc baptismi labro ablutus est, velut alter Constantinus, corporis simul & animæ salutem nactus est, morboque se liberatum vidit, vt sacerdoti ipse confessus est; & coram omnibus diuinam potentiam deprædicans, quam in idolis posuerat fiduciam detestabatur. quo enim illorum cultui erat addictior pluraq; sacrificia & victimas iisdem offerebat, eo morbus magis ingrauescebat.

Omnis

Diaboli cōmentum ad gloriam diuinam obscurādam.

Omnis autem boni aduersarius diabolus tantam Dei gloriam obscurare & subuertere satagens, ethnicum eiusdem pagi incolam excitauit, noctu vt idolum in via qua Sacerdoti alijsque neophytis ad templum eundem erat, ornatum decoratumq; statueret, fortè hac postridie Lusitanorum præfectus transibat: visoque obstupescens idolo, & ethnici statuentis audaciam, Zelo iraque motus, fuste quē manu tenebat, in terram deiecit ac comminuit, neu inde prius digredi voluit, quam locum purgatum & ab hac abominatione mundatum cerneret, nullum vt superstitionis vestigium superesset. At Satan, quò ethnicis, hanc numini irrogatam iniuriam, impune non habituram persuaderet, effecit, vt (Deo ad maiorem sui id permittente gloriam, vti pòst videbimus) ilico male præfectus Lusitanus haberet. Turbauit ea res Christianos, ethnicis autem animum addidit. Susceptoris quoque sui vicem dolens Michaël, domi illum suæ inuisit. Rex horum factus certior, sacerdotem qui iam inde abcesserat, nocte intempesta aduocat, Lusitanique periculum nunciat. Horum componere turbationem sacerdos conatus, Satanæ hæc inuidia machinationeque factu ait; sed nullum nobis illum afferre detrimentum nisi Deo permittente, posse sperare se, quidquid ad famam ille comparandam reperisset, opprobrio hoc illi, & Deo gloriæ futurum. Vti reuera contigit. Præfectum quippe Sacerdos male habentem

Idoli sui deturbatori morbum immittit.

& con-

& confessionem commissorum agere volentem, offendit, vt qui se iam iam moriturum diceret. At postquam spiritualis Medici partes Sacerdos egisset, Deoque ægrum commendasset, paulo pòst, sanitati pristinæ ipse redditus est, nullum vt morbi superesset, plaudentibus Christianis & frendentibus ethnicis vestigium.

Eodem quoque tempore finem habuit fœda quædam pluuiæ & tonitruum tempestas, quam eodem cacodæmone motore concitatam fit verisimile, Deo id forsan ita disponente, euidens vt foret, quo vtraque esset auctore procella commota. Tum vero Michaël domum, quæ procul inde aberat rediit, obuia quæque idola, mox vt appulisset, ferro igniq; deleturus, vitamque ad legis susceptę præscriptum instituturus. Assumpsit secum puerum Lusitanum, annuente Sacerdote, à quo planè fidei rudimenta edoceretur. *Sed brui sanitati redditur.*

Harum conuersionum pars & auctor primarius fuit ipse P. Aluarez in Philippi modò, modò in Petri regis agens regno; vltro enim citroque assiduò commeabat. Cognito autem aliàs Petrum regem ægrè habere, mox vt regni eius portum intrauit ipsum inuisit, quo nihil accidere regi potuit optatius; nam illius aduentũ ardentissimè exspectabat. Regię verò munitiones pertransiens varia hinc inde ab ancillis ethnicis erecto vidit idola; ne vero eadem ipsæ interea dum regem conuenit auferrent, ex templo cum Lusitanis sociis itine-

itineris; egressus; tantò in numina furore ac rabie insurrexere; vt momento locus ab impietate purgatus nullum impii cultus retinuerit vestigium. Accedit interim Lusitanus præfectus, sociorumque collaudato Zelo lætus regis conclaue adiit, & nonnisi à diabolis illum lecto affligi asserit; factum ex ordine enarrans. Recreabat iacentem lætus hic de vindicta, de hostibus suis sumpta nuntius, vt non alio quam à Deo salutem sanitatemque exspectare se diceret. Hinc diuinæ bonitati visum, Euangelii à sacerdote recitati virtutê efficaciaque eandem illi reddere. Quare Aluarum confirmatus adiit; sæpèque palàm omnibus; illius opera Deum sibi sanitatem contulisse professus est; & hoc à Tabellione qui forte aderat, in acta referri publica voluit.

Rex Petrus euangelii lectione sanitate redditur.

Hinc augúratus est sperauitque, amicum suum integerrimum, Besseum nomine, qui Fatemæ regis successor erat, eodem, à morbo, qui ad aliquot eum menses lecto affixerat; remedio liberandum. Is ergo cùm Petrum iam Christianum adiisset, in diuinis officiis, concionibus, & catechisticis exhortationibus frequens erat; vbi multa de fidei Christianæ veritate, sanctitate, deque idolorum quæ adorabat vanitate falsitateque dicebantur. Quibus permotus Christianis se accessurũ promisit; vbi Fatemã consuluisset, ne forsan illũ, si eo ipso inconsulto aggrederetur, offenderet:

Vir primarius ampli imperii successor fidem se amplexurũ spondet.

At quod rem de die in diem differret, aliquot illi flagella, quibus excitaretur, peruicaciamque exueret, Deus immisit. Hinc quodam die cum iter agens, socios longo interuallo præcederet, solus in validum armatumque Æthiopem incidit, qui stricto illi gladio necem minabatur. Hæ rebat anxius Besseus; hinc siquidem mortis illum formido ad fugam compellebat, illinc dedecus, (quod fugere [illegible] enti huic probrosum) candem dissuadebat. Tamẽ etsi aduersarius viribus polleret, & armatus pugnam capesseret, ipse vero solo ense esset cinctus, loco cedere imperatus, duellum inire statuit. Ergo diuino fultus auxilio aduersarium sternit, ac sine vllo sui maleficio etsi non absque vitæ periculo, necat. Gratiam tamen acceptam cœlitus, qua periculum euaserat, minime agnoscit, nec sponsionis ideo promissique de fide capessẽda meminit. hinc alterum intentare Deo visum flagellum, morbum inquam, à quo adeo victus & prostratus, vt quo positus esset loco, non excedere, nec vllum mouere membrum posset. Rex Petrus hisce cognitis, seruos illi misit, à quibus in amœnum, quod habebat viridarium, ac salubre ferretur, quo & illum apud se haberet, & sanitatis eius rationem haberi curaret. Ad aliquot hic menses versatus est, nihil vt se morbi vis remitteret. At vbi Regi Petro valetudo reddita, vt diximus, cogitare is cæpit, forsan ob ægri peruicaciam, qua inspirationibus diuinis parere detrectabat, sanitati illum non restitui. Ergo vbi rem sacerdoti aperuit naue cõscensa virum iussit, quem iam pene ad extre-

Promissum differens à Deo punitur.

ma redactum reperit. Vbi suum ipse ægro morbum narrauit, simul & quo valetudini redditus esset modo, in Deum, non in idola impotentia spem coniiceret, suasit. Nec verbis ad persuadendum pluribus opus fuit. Cum ergo secum abduxisset, sacerdotis illum curæ credidit. Is peccati grauitatem aperuit; cuius ille pœnitens non aliam sibi ob causam morbum immissum ait, quam quod Dei vocationem neglexisset. Fidei rudimenta edoctum ad templum deducit, vbi primum animæ, per baptismi lauacrum, dein corporis eodem momento sanitatem consecutus est. Emmanuelis illi nomē datum, quod ipso Domini Iesu Christi, veri Emmanuelis, natali baptisma suscepisset. Frequentes ad baptismum eius conuenere Lusitani, qui eodem, ad Iubileū circumcisionis dominicæ vndique confluerant. Nec Christiani modo, sed & infideles hoc miraculum obstupuere, & inter alios Bexerinus siue Cacizius Saracenus, qui Emmanuelis medicum egerat, & morbo præfuerat. Is cum baptismo interesset, & subito redditam sanitatem ægro vidisset, ita cælitus illustratus & motus fuit, vt Christianam fidem veram esse confiteretur, & in sacerdotis se manus traderet, (quem Dei dicebat Bexerinum) quo mysteria fidei se doceret, & baptismo dein tingeret. Hæc sunt quæ ad annum vsque M D C X. vtroque in regno circa fidei Christianæ progressum contigere iam alia Guineæ loca adeamus.

Baptismo recepto sanatur.

CA-

CAP. LII.

Barrerii è Guinea ad insulam Iacobæam iter describitur, quid per viam in portubus Alensi, Iolensi & Cacheano ad animarum salutem egerit.

Barrerius ad insulam Iacobæam iter instituit.

EO in statu quem dixi res Christiana in hisce Guineæ locis erat, cum Barrerium ad insulam Iacobæam excurrere opus fuit, tum ob Patrum eodem missorum decessum, tum vero vt locum aream q; domui aut collegio Sociis eò posthac mittendis, è regio præscripto exstruendo designaret. In via redditæ illi Superiorũ eodem super negotio litteræ; magno sane suo gaudio, dum suæ illorum voluntatem intentioni conformem reperit. Triduo postquam è portu soluisset, redire compulsus est, quod vnum nauis malũ turbo ac procella disiecisset. Alio concinnato suum sunt cursum prosecuti. quos hinc aduersans ventus, illinc rapidus maris æstus ac fluenta in vada arenosa impulit, à quibus tamen Dei ope educti sunt. Octo post discessum diebus, in solens ac vehemens subito Barrerium morbus corripit, quem & ardentissima febris & omnium ciborum secutum fastidium: cui nullum (cum nõ suppeteret) remedium, præter fiduciã in Deum, à quo solo sanandum sperabat, cum eius causa iter hoc suscepisset, applicuit. Ergo salutem recuperat, simul & ingens tumor, quem hoc symptoma attulerat, mox detumuit. *In morbum incidit at Deus salutem reddit.*

Viginti ipsos dies, vt insulæ quã petebant altitudinem consequerentur, impenderunt, at, Deo disponẽte, nec huius nec vicinarũ insularũ cõsẽq

Erga fidem afficitur. ſpectat, ſingula miratur, & præſertim hebdomadæ Maioris, quæ tum inciderat, ritus. Initio aiebat ſe, ſi regno reciperetur, templum & elegantia & amplitudine cum omnibus viciniis conferendum, extructurum, quò aliqui Patrum eo ſe conferrent, ſeq; & fratres & ſubditos baptiſmi lauacro abluerent. Verum vbi maius illi lumen illuxit, totum ſe in Patrum manus tradidit, baptiſmumq;, ſi modo videretur, *Baptiſmum petit, ſed in aliud reiicitur tempus.* quàm celerrimè ſibi conferri petiit, ſuum ſi deſiderium differrent, vxorem ſaltem animo in fidem propenſiſſimo, tingerent. Sed vtriuſque voto tum quidem minimè ſatisfacere Patribus viſum, dum metuunt, ne cum aliud adire regnum, in quo ſedem fixerant, ipſos oporteret, omnium præceptorum penitus obliuiſcerent. ſpem ergo vtriq; fecere, vbi commoda eſſet occaſio, votorũ ipſos compotes fore. Ergo ad ſuos reuertens. Sangrafareus, Patres obſecrat, vt ſuum Deo negotium commendarent, vt, ſi vllum ad regnum ius haberet, ſibi redderet. Nuntiatum deinde, in potiorem illum regni partem admiſſum eſſe, & hieme tranſacta, quæ ſupererat reddendam. Item, in bono illum manere poposito, & maiori quàm ante baptiſmũ contentione poſtulare. Si voti illum reddere compotem Deus voluerit, optimum id medium fore, quo plures animę ad Deum accedãt, ſpes eſt, nam præterquã quòd regnum hoc vicinorum omnium maximum ſit, aliis plurimis continentis conterminum eſt, ſi Chriſto accedat, cetera facilè manus dabunt. Non ſolum

autem

autem honorificis regum aditionibus etiam in hoc mundo, Petri regis erga diuinum cultum zelum & ardorem, ſed & bonis temporalibus compenſare voluit Deus. Ex quo enim ad fidẽ tranſiit, plures Luſitanorum naues, quàm antè illius ad portus applicuere; hinc eius vicini reges expetiere fœdus & amicitiã, quò mercium Europæarum redderentur participes. Qui iis vehebantur nauibus Luſitani, geſtiebant, lætitia, videntes ꝓbam neophytorum illorum cóuerſationẽ, & pia puerorum carmina audiẽtes; nam doctrinã à Patrib⁹ traditã veſperi quotidie decantabant, dein tertio percutientes pectora, dicendo, *Parce Domine*, audientes ad pietatẽ excitabant. Singulis id peragebant continuo noctibus; dum his digredientibus illi ſuccedunt. Mirabantur & paruulos vix dum prima verba balbutientes, quotidie in lectione catechiſtica, omnia doctrinæ Chriſtianæ fundamenta à capite ad calcem, ſine vllo errore, decurrere. Alii è Guineæ portu Cacheo, ad quem plurimæ è Luſitania, Hiſpania, & Iacobæa inſulæ naues appellunt, venerant, orantes, Patres, vt eò ſe conferrent, incolas ea quæ ſalutis ſunt edocturi; iis tamen fidem Patres etſi ſummopere id deſiderarent, cum in tantam meſſem operarii non ſufficerent, dare minimè potuere. Interimdum naues in portu Regis Petri agunt, Hebdomadæ maioris incidit feſtiuitas: ꝙ verò aliqui Luſitani iis vecti Pſalmos & alios Eccleſiæ cantus noſſent, dierum illorum maiori quàm

Temporale è Regis Petri conuerſione commodum

Luſitani neophytorũ exemplo ædificantur.

Hebdomada ſancta officia ſolemniter celebrata.

quam alias antè celebrata solennitas. In concione feriæ V. ea erat lacrymarum copia & lamentorum sonus, vt rem mirati ethnici inuicē intuerentur. Secuta dein flagellantium supplicatio, hactenus hic inuisa, qua è templo egressa, rege & neophytis cereos gestantibus, certis in locis ad aras vicatim erectas subsistebat. Flagellantium numerosa non erat series, at sanguinis prorumpentis ingens copia. ea res ethnicos suspensos tenebat, dum eò neminem redigendum putant insaniæ vt in corpus seuiens proprium, sanguinem eliciat. Hinc ethnicus vir magnus credere, ipsos rubro quodam vnguine, quod palmis exprimit', humeris tinctis populo imponere, quasi ex Dei amore sanguinem elicerent. Ille cum Regi Petro quem finita supplicatione domi adierat, hoc retulisset, ipse indignans illum regia correptum acriter, eiecit dicans, Apage scelesto, apage; an non meministi, alias, cùm Deiparam latera habere negares, pœnas te, breui quinq; tuorū demortuis teq; à serpente læso & alias dedisse? & hodie Christianorum quem Dei amore eliciunt corpore sanguinem quò peccatorum veniam obtineant, palmeum esse mentiris vnguen? Apage miser, & peccatum plange, ne te diuina corripiat manus, & acriores luas pœnas. Is autem cùm primò Deiparæ effigiem, à Patribus recenter allatam, ad D. Lucæ imaginis imitationem efformatā, inspexisset, viuam esse mulierem & quamcumq; se in partem conuerteret ab hac se respici credebat. at cum propi-

Ethnici quid de flagellantibus censeret.

Rex corripit virum qui sanguinem effusum palmeum esse liquorem diceret.

us esset intuitus num corpus ipsa haberet, pictamque videret, ridens regi ait, viua hæcce videtur mulier, at costis caret. & ob hanc illum blasphemiam à Deo rex punctum ait. Verum ad propositum redeamus. Quòd non sufficerent flagellantibus vestes in hunc vsum paratæ, & flagella, alter alteri succedebat, & priorum vestes post sequentes induebant, & hoc pacto ad vsque Feriam VI. flagellantium continua series & nulla intermissio, magno ethnicis fuit stupori, & inprimis Christophori, filij regis de quo supra in corp⁹ suum sæuities: nam nulla dignitatis qua fulgebat dignitate habita, non ritè se Christiani partes implere credebat, nisi & alios imitaretur. hinc eo in corpus rigore sæuiit, vt omnibus esset admirationi.

Inter conuersiones primarias primum obtinet locum, quaque nulla maioris ad Dei gloriam momenti, & maioris regę neophytisque omnibus solatij, ipsa filii eius primogeniti ad Christum accessio, qui non successor solum regni erat designatus, sed iam per senium parentis eius administrationis particeps erat. Huic ante baptismum Yara erat nomen, seque semper fidei aduersarium præbuerat, & idolorum obseruantissimum, vt, si quando reliqui ad fidem inuitarentur, eius se exemplo dicerent retineri. Ille parentem, dum in fidem propenderet, deque eadem suscipienda tractaret, omni ab eadem contentione deterrere conatus est, sed operam cum luderet, vt,

ſe inuito hoc fieri ethnicis conſtaret, inde ſe ſtomachatus proripuit, nec paterno intereſſe ſimul cum aliis fratribus baptiſmo voluit. Hunc dein parens ipſe Chriſto lucrari contendit, & ingenii mentiſque tenebras diſcutere, ſimul & errorem viuis rationibus & nouis officiis oſtendere; quin & minas addit, dum nulli ſe filiorum niſi Chriſtiano, regni poſſeſſionem relicturum aſſerit. Neophyti quoque palàm, ſe ab illo mortuo patre, ſi in ethnica ſuperſtitione perſeueret, deſcituros teſtati ſunt, & in Philippi regis clientelam ſe daturos. Hiſce comminationibus reſipiſcens, patris & conſilium & exemplum, Chriſtianis accedendo, ſequi ſtatuit, patribus id ipſum facturum ſe promittens, filiam antè ſuam baptizandam illis tradit, idem & filio primogenito poſtulans. Suam verò rem ipſe ita diſtulit, vt vix eiuſdem conuertendi ſpes ſupereſſet. Vbi tandem Ioannem Socerum ſuum, fratrem & ſucceſſorem Philippi regis, de quo iam antè locuti ſumus ad Chriſtũ tranſiiſſe comperit, animæ illi Deus oculos aperuit, itaque permouit, vt Aluaro de conuerſione ſuſcipienda agenti, veritate quam is docebat victus, ceſſerit, vnum eſſe confitens Deum, & omnem idolorum cultum proſcribens. Ita mouere ſcilicet exemplum, præſertim magnatum, & aliorum auctoritate valentium ſolet. Denique totum ſe Sacerdoti tradidit ab ipſo inſtituendus, & baptiſmum enixè poſtulans, iam tum & ſuſceptorem ſeligens, & omnes catechu-

Filius regis natu maximus idolorũ cultui addictus.

Christianus accedere vult.

meni partes peragens. Horum parens, qui alio in loco tum versabatur, factus certior, gaudio exsilit; vt cui nihil accidere gratius posset: Interesse se baptismo eius velle significauit, & præstitutum eiusdem tempus cum venisset, nauim parari, qua sinum illum traiicere solebat, voluit. Interea dum Catechumenum Aluarus docet, & desiderii ille igniculos argumentaque prodit, singula sibi præscripta accuratè exacteque edifcens, Rex Philippus Aluarum ad se pernuntium euocat, de magni momenti negotio cum illo coram acturus. Abit ergo, suumque catechumenum extrema baptismalium aquarum siti laborantem deserit; cui etsi moram Aluarus apud Philippum non traheret, singula absentiæ momenta dies, & dies menses videbantur; ipsum videre reducem summopere cupiebat, quotidie aduentum eius inquirens. hinc consolari illum neophyti, spemque reditus facere, propediem adfore Sacerdotem asserentes. Illo redeunte ea virum iuuasit lætitia, quæ dicendo exponi nequeat: hinc numquam ab eius latere diuellebatur, ac tum per se tum aliorum intercessione baptismum sibi ocyus dari petiit.

Illius desiderium de baptismo suscipiendo.

Nondum ad parentē missa erat nauis quam postularat, quod certum reditus Aluari tempus ignorarent. at ille filii baptismo adesse optans nauemque minimè exspectans, inopinato adfuit. Mox ergo vt descendit in terram, sacerdotem adit, pro more munus illi

Parens illius interesse baptismo voluit.

illi defert, bonitatem diuinam, & insignem erga filium Yatam benignitatem deprædicans, & ob gratiam sibi regnoque vniuerso hac ratione collatam gratias agens.

Baptizato nomen Michaelis imponitur.

Decreta baptismo dies Archangelo Michaëli sacra, interim vestes illi pro dignitate induentis, & Lusitani ducis, susceptoris futuri liberalitate parantur. Ex omnibus regni prouinciis eius ad baptismum factus concursus, qui magno & apparatu & splẽdore celebratus. Michaëlis illi à die sacra nomen impositum. lætitia & gaudium & plausus eos ipsos dies continuò habuit. Vnde non mediocre bonum secutum. nam qui hic adfuere, rei huiusce celebritatem apud suos deprædicarunt. Fatema, qui omnium oræ huius regum primus, & iam aliquam fidei lucem acceperat, vbi principis huius (quem idololatriæ patronum & protectorem acerrimum credebat) conuersionem audiit, imitari se velle significat. Alius vir omnium regni huius primus, hac conuersione cognita, deliberandi finem fecit, etiam, quo baptizaretur, solum Aluari in prouinciam suam aduentum exspectabat. Alius quoque vir princeps horum factus certior, Yatane, inquit admirans, Christianus? dein manum ori superponens, hoc ostendit signo, omnes eius exemplum debere imitari. Ipse autem neophytus magno aliorum conuersionem procurauit studio, ducto à domesticis initio; vt qui ante conuersionem Saulus fuerat, iam

Quæ inde secuta bona.

Chri-

Christi membrum factus, Pauli instar ardere videretur. Ante omnes filium natu maximum, puerum nouennem ad Christi ouile perduxit, qui Patrum antè, quam parens fidem suscepisset, conspectum colloquiumque fugiebat. at pòst, eo in ipsos studio fuit, vt domum ipsorum numquam desereret, & eo in res diuinas affectu, vt quàm doctrinæ Christianæ, dum eam tradebant Patres, interesse, nihil illi accidere posset gratius. Bartholomæi nomen illi datum; tamque honestè vitam instituit, vt patrem simul & auum recrearit, & ob morum mutationem ambo ingentes Deo gratias agerent.

Michaël à morbo insanabili per baptismum curatus.

Michaëli, præter gratias & charismata spiritualia in baptismo collata, temporalia Deus minimè negauit; cui ipse vicissim gratus extitit, diuinam bonitatem deprædicans. Cum enim ante incurabilis eum morbus teneret, ob quem non parum angebatur, non modo quod mortem minaretur, sed hominum etiam commercio ob intolerabilem fœtorem priuaret: mox vt sacro hoc baptismi labro ablutus est, velut alter Constantinus, corporis simul & animæ salutem nactus est, morboque se liberatum vidit, vt sacerdoti ipse confessus est; & coram omnibus diuinam potentiam deprædicans, quam in idolis posuerat fiduciam detestabatur. quo enim illorum cultui erat addictior pluraq; sacrificia & victimas iisdem offerebat, eo morbus magis ingrauescebat.

Omnis

Omnis autem boni aduersarius diabolus tantam Dei gloriam obscurare & subuertere satagens, ethnicum eiusdem pagi incolam excitauit, noctu, vt idolum in via qua Sacerdoti aliisque neophytis ad templum eundem erat, ornatum decoratumq; statueret, fortè hac postridie Lusitanorum præfectus transibat: visoque obstupescens idolo, & ethnici statuentis audaciam, Zelo iraque motus, fuste quē manu tenebat, in terram deiecit ac comminuit, neu inde prius digredi voluit, quam locum purgatum & ab hac abominatione mundatum cerneret, nullum vt superstitionis vestigium superesset. At Satan, quò ethnicis, hanc numini irrogatam iniuriam, impune non habituram persuaderet, effecit, vt (Deo ad maiorem sui id permittente gloriam, vti pòst videbimus) ilico male præfectus Lusitanus haberet. Turbauit ea res Christianos, ethnicis autem animum addidit. Susceptoris quoque sui vicem dolens Michaël, domi illum suæ inuisit. Rex horum factus certior, sacerdotem qui iam inde abcesserat, nocte intempesta aduocat, Lusitanique periculum nuntiat. Horum componere turbationem sacerdos conatus, Satanæ hæc inuidia machinationeque factu ait; sed nullum nobis illum afferre detrimentum nisi Deo permittente, posse sperare se, quidquid ad famam ille comparandam reperisset, opprobrio hoc illi, & Deo gloriæ futurum. Vti reuera contigit. Præfectum quippe Sacerdos male habentem & con-

Diaboli cōmentum ad gloriam diuinam obscurādam.

Idoli sui deturbatori morbum immittit.

& confessionem commissorum agere volentem, offendit, vt qui se iam iam moriturum diceret. At postquam spiritualis Medici partes Sacerdos egisset, Deoque ægrum commendasset, paulo pòst, sanitati pristinæ ipse redditus est, nullum vt morbi superesset, plaudentibus Christianis & frendentibus ethnicis vestigium.

Eodem quoque tempore finem habuit fœda quædam pluuiæ & tonitruum tempestas, quam eodem cacodæmone motore concitatam fit verisimile, Deo id forsan ita disponente, euidens vt foret, quo vtraque esset auctore procella commota. Tum vero Michaël domum, quæ procul inde aberat rediit, obuia quæque idola, mox vt appulisset, ferro igniq; deleturus, vitamque ad legis susceptę præscriptum instituturus. Assumpsit secum puerum Lusitanum, annuente Sacerdote, à quo planè fidei rudimenta edoceretur.

Sed lr rui sanitati redditur.

Harum conuersionum pars & auctor primarius fuit ipse P. Aluarez in Philippi modò, modò in Petri regis agens regno; vltio enim citroque assiduò commeabat. Cognito autem aliàs Petrum regem ægrè habere, mox vt regni eius portum intrauit ipsum inuisit, quo nihil accidere regi potuit optatius; nam illius aduentũ ardentissimè exspectabat. Regię verò munitiones pertransiens varia hinc inde ab ancillis ethnicis erecto vidit idola; ne vero eadem ipsæ interea dum regem conuenit auferrent, ex templo cum Lusitanis sociis itine-

itineris; egressus; tantò in numina furore ac rabie insurrexere, vt momento locus ab impietate purgatus nullum impii cultus retinuerit vestigium. Accedit interim Lusitanus præfectus, sociorumque collaudato Zelo lætus regis conclaue adiit, & nonnisi à diabolis illum lecto affligi asserit; factum ex ordine enarrans. Recreabat iacentem lætus hic de vindicta, de hostibus suis sumpta nuntius, vt non alio quam à Deo salutem sanitatemque exspectare se diceret. Hinc diuinæ bonitati visum, Euangelii à sacerdote recitati virtutē efficaciaque eandem illi reddere. Quare Aluarum confirmatus adiit, sæpèque palam omnibus; illius opera Deum sibi sanitatem contulisse professus est; & hoc à Tabellione qui fortè aderat, in acta referri publicà voluit.

Rex Petrus euangelii lectione sanitate redditur.

Hinc auguratus est speràuitque, amicum suum integerrimum, Besseum nomine, qui Fatemæ regis successor erat, eodem, à morbo, qui ad aliquot eum menses lecto affixerat; remedio liberandum. Is ergo cùm Petrum iam Christianum adiisset, in diuinis officiis, concionibus, & catechisticis exhortationibus frequens erat; vbi multa de fidei Christianæ veritate, sanctitate, deque idolorum quæ adorabat vanitate falsitateque dicebantur. Quibus permotus Christianis se accessurū promisit; vbi Fatemā consuluisset, ne forsan illū, si quid ipso inconsulto aggrederetur, offenderet: At

Vir primarius ampli imperii successor fidem se amplexurū spondet.

At quod item de die in diem differret, aliquot illi flagella, quibus excitaretur, peruicaciamque exueret, Deus immisit. Hinc quodam die cum iter agens, socios longo interuallo præcederet, solus in validum armatumque Æthiopem incidit, qui stricto illi gladio necem minabatur. Hærebat anxius Besseus; hinc siquidem mortis illum formido ad fugam compellebat, illinc decus, (quod fugere ... enti huic probrosum) candem dissuadebat. Tamē etsi aduersarius viribus polleret, & armatus pugnam capesseret, ipse vero solo ense esset cinctus, loco cedere imperatus, duellum inire statuit. Ergo diuino fultus auxilio aduersarium sternit, ac sine vllo sui maleficio etsi non absque vitæ periculo, necat. Gratiam tamen acceptam cœlitus, qua periculum euaserat, minime agnoscit, nec sponsionis ideo promissique de fide capessēda meminit. hinc alterum intentare Deo visum flagellum, morbum in quam, à quo adeo victus & prostratus, vt quo positus esset loco, non exced... te, nec vllum moueie membrum posset. Rex Petrus hisce cognitis, seruos illi misit, à quibus in amœnum, quod habebat viridarium, ac salubre ferretur, quo & illum apud se haberet, & sanitatis eius rationem haberi curaret. Ad aliquot hic menses versatus est, nihil vt se morbi vis remitteret. At vbi Regi Petro valetudo reddita, vt diximus, cogitare is cæpit, forsan ob ægri peruicaciam, qua inspirationibus diuinis pare e detrectabat, sanitati illum non restitui. Ergo vbi rem sacerdoti aperuit naue cōscensa virum inuisit, quem iam pene ad extre-

Promissum diff... in ... D. b puni-tur.

ma redactum reperit. Vbi suum ipse ægro morbum narrauit, simul & quo valetudini redditus esset modo, in Deum, non in idola impotentia spem coniiceret, suasit. Nec verbis ad persuadendum pluribus opus fuit. Cum ergo secum abduxisset, sacerdotis illum curæ credidit. Is peccati grauitatem aperuit; cuius ille pœnitens non aliam sibi ob causam morbum immissum ait, quam quod Dei vocationem neglexisset. Fidei rudimenta edoctum ad templum deducit, vbi primum animæ, per baptismi lauacrum, dein corporis eodem momento sanitatem consecutus est. Emmanuelis illi nomē datum, quod ipso Domini Iesu Christi, veri Emmanuelis, natali baptisma suscepisset. Frequentes ad baptismum eius conuenere Lusitani, qui eodem, ad Iubileū circumcisionis dominicæ vndique confluerant. Nec Christiani modo, sed & infideles hoc miraculum obstupuere, & inter alios Bexerinus siue Cacizius Saracenus, qui Emmanuelis medicum egerat, & morbo præfuerat. Is cum baptismo interesset, & subito redditam sanitatem ægro vidisset, ita cælitus illustratus & motus fuit, vt Christianam fidem veram esse confiteretur, & in sacerdotis se manus traderet, (quem Dei dicebat Bexerinum) quo mysteria fidei se doceret, & baptismo dein tingeret. Hæc sunt quæ ad annum vsque M D C X. vtroque in regno circa fidei Christianæ progressum contigere iam alia Guineæ loca adeamus.

Baptismo recepto sanatur.

CA-

CAP. LII.

Barrerii è Guinea ad insulam Iacobaam iter describitur: quid per viam in portubus Alensi, Iolensi & Cacheano ad animarum salutem egerit.

EO in statu quem dixi res Christiana in hisce Guineæ locis erat, cum Barrerium ad insulam Iacobæam excurrere opus fuit; tum ob Patrum eodem missorum decessum, tum vero vt locum aréamq; domui aut collegio Sociis eò posthac mittendis, è regio præscripto exstruendo designaret. In via redditæ illi Superiorũ eodem super negotio litteræ; magno sane suo gaudio, dum suæ illorum voluntatem intentioni conformem reperit. Triduo postquam è portu soluisset, redire compulsus est, quod vnum nauis malũ turbo ac procella disiecisset. Alio concinnato suum sunt cursum prosecuti. quos hinc aduersans ventus, illinc rapidus maris æstus ac fluenta in vada arenosa impulit, à quibus tamen Dei ope educti sunt. Octo post discessum diebus, in solens ac vehemens subito Barrerium morbus corripit, quem & ardentissima febris & omnium ciborum secutum fastidium: cui nullum (cum nõ suppeteret) remedium, præter fiduciã in Deum, à quo solo sanandum sperabat, cum eius causa iter hoc suscepisset, applicuit. Ergo salutem recuperat, simul & ingens tumor, quem hoc symptoma attulerat, mox detumuit.

Barrerius ad insulam Iacobæam iter instituit.

In morbum incidit a Deus salutem redditur.

Viginti ipsos dies, vt insulæ quã petebant altitudinem consequerentur, impenderunt, at, Deo disponẽte, nec huius nec vicinarũ insularũ cõsq

potuere: nam æstus ad ortum eos egit, cum ad occasum, insulæ vergant. Ergo, viso se abreptos, & ventum, quo ad optatum insulæ portum reuerterentur, aduersantem, maximè quod commeatus deficeret, orã maritimam, à Xanega flumine ad vsque Cacheanum portum excurrentem versus, cursum direxere, & ante quatuor & viginti horas eius in cõspectum venere: quod insigne prouidentiæ diuinæ fuit argumentum: nam ad Iacobæam insulam post appulsi, intellexere, ni Deus protexisset, in piratæ illos nauem, quæ ad aliquot dies omnem hanc oram speculatura peruagata erat, incursuros fuisse. Dein, ad plurimorum salutem, ad hosce Deus portus, illum videtur egisse; nam plurima illius operâ infernali barathro animæ eductæ, in quod peccatis degrauatæ, haud dubie incidissent. Oram hanc incolunt barbari Mahometum professi, etsi in duobus eius portubus Lusitani agerent, & aliæ huc nationes, præsertim Galli, Angli, Batavi appellant, mercimonia tractantes. Horum primarius Ala, alter Iola. Barterius ergo primũ Iolam, post varios anfractus, quod naucleros portum ipsum perspectum haud haberet, inuehitur. Ipso D. Francisci excensionem fecit, à Lusitanis benigne ipsa in acta exceptus amiceque habitus, eius aduentu mirifice recreatis. Illorum primarius de omnibus illi necessariis prospexit, domum templo, quod hic habetur vicinam, adornat, & omni quo hic egit tempore, magna liberalitate ac alacritate fouit, vt eadẽ moderanda fuerit. Percontatus, num sacro dicen-

A piratis nauu liberatur.

Ad nouos Guineæ portus diuini tus appellit

Iolam appellit, quid hic egerit.

dicendo hic apparatus foret, audiuit eum apud Insulæ Iacobææ Episcopi, visitatorē, qui Alenti in portu agebat, esse. Quamdiu autē hic agebat, audiēdis cōfessionibus & catechisticæ doctrinæ tradendæ totū se dedit, ad quam magno Christiani ardore & studio cōfluxere. Nec sine fructu is impensus labor. Saraceni concionantem aut docentem foris auscultabant, obstupentes & visis & auditis. vnde plerique, quin & Bexerini aliquot, ea quæ docebat & laudabant & deprædicabant.

Nō multo post nūtiatus Alæ Barrierii aduētus. ergo visitator Episcopi illum per litteras eò inuitat, tum vt Christianos illius videndi percupidos solaretur, tum vero vt in oneris curæque partem succederet, nā male habebat. Misit eā idem opera, quædam illi ad iter necessaria quibus ipsum opus habere comperisset. Iola ergo digressus Barrerius, Christianis discessu mœrorem fuit, sed facta propediem reditus spes, etiam antequam Cacheum adiret mœrorem temperauit, quo cōfessionem nonnullorū Iolæ exciperet, & aliqua ad Dei gloriā cœpta opera perficeret. Aliqui ipsum partim ex affectu, partim quod itinera difficilia, comitati sunt. Visitator & Lusitani Alæ cō morātes, quorum ingens numerus, illius aduentu cognito, obuiam prodiere, quin & loci præfectus, etsi Saracenus, arcte amiceque illum cū aliis amplexus, non minus illius se aduentu quam Lusitanos ipsos, recreari ostendit. Tū vero Visitator illi (qp saraceni hi sacerdotes nostros Alborū reges dicant) Ecce, inqt (Patrē designans) Alborū regem. Albos autem dicunt & Lusitanos & Euro-

Alum inuisitat us adit.

Ad crucem in portu fixam præsentibus hæreticis & saracenis doctrinam tradit Christianam.

pæos omnes, colore cāditos. Anteq̃ autem pagū subiret, crucē in portu fixā cōspicatus per viā genu flexo supplex, (quē & cōtes imitabantur) cōspicientibus nō saracenis modo, sed & diuersarū gētium hæreticis & frendētibus, salutauit. Quos vt amplius cōfutaret, quotidie ad eius basin doctrinæ Christianæ tradidit rudimēta, ꝙ locus hic tum ab indigenis, tum exteris maxime frequētaretur. Lusitani loco vicini, sedes, scamna, scabellaq; adferebāt, ceteri per herbā strati audiebant. Quo verò maior huiusce rei auctoritas foret omnibus exemplo, quotidie penes præsens visitator aderat. Omnes, magni simul & parui elata voce pueris doctrinā Christianā cantantib. respōdebāt; vt sonitu nō acta modo vicinæ, sed & naues in mari stantes, quin & pagus omnis, qui plures saracenos q̃ Christianos incolas habebat, reboaret. Singulis in exhortationib. aliq̃ tractabat caput, ꝙ vtrisq; maxime hæreticis eo in portu agētib, ꝓdesset. nam pleriq; ipsorū, etiā saraceni, hisce intererāt maioriq; q̃ Christiani attentione singula notabant. Dominicis festisq; diebus maiori quàm alus, sollemnitate doctrinā catechisticam tradere volebat; at, quod loci rex & reliqui proceres Saraceni forēt, inter quos pleriq; Bexerini, nonnullis ea res displicuit. Decretū tamē, annuēte Visitatore, vt semel ea quā fieri poterat maxima sollennitate & apparatu fieret, vt quo hoc ciuibus placeret modo, videretur. E. Dominicæ diei vespera tēplo egressi per primariā pagi plateā amplā simul & longā, ꝓcedebant. Agmēn ducebat puer nolam sonans; quem Lusitanus ingentē

Cum Christianis processionem instituit ad catechismum tendentibus.

gestãs crucifixi effigiem sequebatur, viris primariis plurimis cereos accensos gestantib. & Lusitani, & aliis Christianis, binis, longa serie, supplicãtium ritu, comitantib. & ad puerorum duorum, qui doctrinam Christianam decantabant, præcentum respõdentibus. Vtrimque stipabat ingẽs Saracenorum & Bexerinorum multitudo. In huiusce plateæ medio publicum forũ est. quod verò per medium mulierum fructus aliaque vendentium, supplicantium ordo transiret, ipsa, sublatis in capita canistris corbibusq;, sequebantur.

Ad crucem, quæ extra pagum parietibus conuestita (quod id Christianorum cœmiterium) cum ventum esset, omnes coram illa in genua prouoluti sunt, pueriq; alta tertio inclamarunt voce, parce Domine, vti quotidie sub catechismi finem facere cõsueuissent, quibus eadem voce Christiani reliqui percussione pectoris respõdebant. vnde ad dolorem pietatemq; plurimi excitati sunt. Christiana lectione peracta, eadem omnes serie, quiete velut in Christiana ac catholica rep. reuersi sunt. Placuit hic Lusitanis successus. Barrerio dicunt, non dubitare se, si societas hic sedem fixam haberet, quin totum hoc regnum Christi imperio adderetur. Idem & visitatoris fuit iudicium, dicentis in nullo huius tractus opido maiorem socios animarum facere fructum posse: quod ingenio indigenæ valeant, & ad fidem precipiendã optime dispositi sint. Nam, vt Barretius ipse refert, primarii quiq; regionis præfecti, quibuscum ipse egit, confiteri non verebantur, quiquid sibi Bexerini de Mahometana ob-

trudunt lege, nonnisi nugis & fabulas esse, & in sola fide nostra veritatem contineri; se quoque, etsi Saracenos exterius profiteantur, interius Christianos esse: quo minus autem mentem aperiant & baptismum suscipiant, impediri se stipēdiis regis: qui si Christum profiteretur, confestim se secuturos. Addidere Lusitani, regem non vsq; adeo ab eo remoturo: vt qui ingenio valeret, & rerum Christianarum auditu delectaretur. In priuatis cum Lusitanis sermonibus is Bexerinos ridet, itaque apud eum sordent, omnes vt regno exigere voluerit, sed humano intuitu, quo illi maxime moueri solēt, ab hocipso deterritus est.

Adolescens primarii viri filius, qui regis vectigalibus præerat, auditis quæ pro catechismo Barrerius dixerat, post institutam eam quam diximus supplicationē, tale fidei amplectendæ desideriū cōcepit, vt Lusitanis familiaribus mentem animūq; aperuerit, vt ad Barreriū perducatur orans, quo illorū patrocinio & auxilio baptismum conferat. Vbi Barrerii in conspectum venit, illius pedibus aduoluitur, etiam atque etiam contendēs vt se Dei constituat filium, & in socium admittat, paratum se quippe quocunque locorum sequi. Qui eum comitabantur Lusitani, idem rogant, causam subesse negantes, cur votorum minime compos fiat. Recreabat Barrerium feruens adolescentis desiderium; petitionemq; iudicabat æquissimam: dubitanti tamen, Parenti ne ac regi gratum id futurū sit, parenti, inquit, scio, nihil accidere posse gratius, quā me Christi militem habere, eum & ipse esse velit.

Conuersio adolescentis Saraceni.

Rex

Rex ægrène laturus sit, ignoro. at mihi quid futurum etiamsi refragetur? non equidem credo, (inquit tum Lusitanus vir opulentus magnæque auctoritatis) mortem tibi propterea illaturum. Si te in mancipium vendiderit, quod eo inuito baptismũ susceperis; persoluens quidquid pro te exegerit, in libertatem mox te asseram. Non aderat his Visitator: quod vero hac super re cum ipso deliberare oporteret, consolatus adolescentem Barrerius, suasit, vt parenti visitatorique animum declaret; qui si baptismo annuerent, ilico se votorum compotem factum. Visitator, parens, & primarii aliquot Lusitani hac super re inter se consultant: quod vero ad portum se propediem venturum rex significasset, illius exspectare aduentum placuit, cùm minori discrimine tunc baptizari posset. Quid dein contigerit, non constat; quod paulo post inde Barrerius, Cacheum petiturus, commodam nauigandi occasionem nactus, recederet. *Baptismum petit sed ob regem id differtur.*

Verùm antequam huc appelleret, Iolam, vt, pollicitus erat, rediit. vbi cum confitentibus reliquis aures dedisset, & res ad Dei cultum spectantes constituisset, Cacheum recta petiit, quo post triduum nocte intempesta appulit. Lusitanorum præfectus commodissimas illi ædes adaptarat, ad quas ipsum, vt appulisse comperit, deduxit. Postridie illum Lusitani adiere, & ipse illos vicissim, quibus in templo, ante sacrum, pro concione aperuit, post varia se pericula & anfractus, ad hunc à Deo portum conductum, suamque illis operam pro instituti sui ratione, *Barrerius Cacheum petit.*

in quotidie doctrina Christiana tradenda dominicis festisque diebus exhortatione habenda, & confitentibus noxas aures præbendo, addixit.

Quæ hic vitia inualescerent. Portum hunc institores Hispalenses, Lusitani & Insulæ Iacobææ, ad mancipia coemenda frequentant, hinc frequens hic commercium, & multi in hoc laquei, quibus animæ ad interitum pertrahuntur. Æthiopes adhæc Christiani, quod assiduo cum ethnicis agant, quodque doctore careant, facilè ad pristinam redeunt impietatem, moresque barbaros; ii præsertim qui ante baptismum magicam colebant, diuinantes futura, & morbos præstigiis quibusdam magicis verbisque sacris pellentes. Hinc optabant plerique adesse quemdam Societatis sacerdotem, qui hæc tolleret vitia; atque ideo Barrerium in monte Leænæ agentem eo inuitarunt. Verum tum quidem eo is se conferre minimè potuit: sed iam nihil minus agitantem ipsum huc destinat Deus. cuius aduentu plurima vitia sublata. *Catechismum hic docet magno cum fructu.* Non enim pueri modo & Æthiopes sed & Lusitani quotidie doctrinæ Christianæ intererant; de iis namque agebat, quæ singulis prodessent.

Hac peractis, & præmiis rite respondentibus datis, templo omnes, ad crucem in portu collocatam, pueris duobus doctrinam Christianam cantantibus, & aliis ex ordine respondentibus, egrediebantur, eadem acturi, quæ in Alensi ante portu, dein eodem reuertebantur. Dominicis verò festisque diebus maiori id fiebat celebri-

tate:

tate; ad remotius enim templum concedebant, ſambuciſque tempore & loco commodo ſonabant. Primarii loci incolæ, ſimul & vulgus, interdum & rex ipſe, qui Chriſtianus, ſupplicationem ſequebantur. Ex hac aliiſque Barrerii actionibus, & imprimis è noxarum exomologeſi, is ſecutus fructus, vt longè alius, quàm ante pagus videretur. Hinc quo poſſunt maximo certatim ab eo omnes ſtudio contendebant, ſedem vt hic figeret: ſed per ea ob quæ in Inſulam Iacobæam vocabatur negotia, ſimul & ſuperioris litteras hoc in portu redditas, ſeſe excuſans, iiſque valedicens, ſpem fecit alium ſuo loco propediem mittendum. Nam in Iacobæa quatuor ſocios recenter ex Luſitania appulſos, & duos Coadiutores reperit quos ad varia Guineæ loca deſtinat, vt minori cum vitæ diſcrimine, primos regionis morbos ferant, ac deinde in Iacobæam, reuerterentur ii qui hic neceſſarii erant.

Ad inſulā Iacobæam appell:, in qua ſigniter laborat.

Solus ipſe hic ad tempus manſit, aliorum ſupplens defectus & omnium partes agens: nam præter ſtatas conciones, doctrinam catechiſticam, Sacramenti pœnitentiæ adminiſtrationem, ægrorum, carcerum, xenodochiorum viſitationes, Grammaticam addebat lectionem, quam nonnullis opidanorum filiis prælegebat, dum hoc ad maiorem Dei gloriam ſpectare imprimis cenſet. His aliiſque oneribus ſe dum grauat, metuebant amici, ne morbum in affecta ætate contraheret, vtpote qui LXXVII. annum iam ageret. Valetudinem tamen ei Deus ſartam

tectam-

tectamq; esse voluit,& ad sin ula obcūdæ vires animumque addidit. Suis autem ipse litteris testatus est, nullo vmquam in loco, tam exiguo tempore, Societatis è functionibus ampliorem fructum quàm Cachei prodiisse, & euidentiorem vitæ morumque in omnibus mutationem

Quam Cachei fructū collegerit.

secutam. Totius vitæ piacula multi per confessionem aperuere, alii eam pœnitendo gratiam lucemq; accepere, vt sui ipsorū, dumtaxat causa illum huc appulsum dicerent. hoc enim ni fuisset, impœnitentes vitam finiissent, vt ipsimet palàm asserere non verebantur. Erat qui triginta ipsos annos in damnationis versatus statu, sæpe Deum orabat, aliquem vt sibi Societatis Sacerdotem mitteret, cui delicta ante mortem aperiret. Neç defuit diuina bonitas, Sacerdotem misit, confessumq; haud multo post ad se vocauit.

Verum hæc hactenus, quoad fidei in superiori Guinea propagationem ad annum vsque sæculi huius decimum: vt non minima sit spes, vineam hanc, si modo colatur, præstantissimos vberrimosque diuinæ maiestati fructus allaturam, cum tales tamque vberes breui dederit. Vt taceam hoc pacto impediri, quo minus pestiles Mahometis secta radices in hoc Africæ tractu agat: iam enim Fullos, Ialophos, Berbecinos, Mandingas, qui sub Lusitanorum aduentum ethnici erant, & Euangelio aures faciles dabant, & interdum etiam admittebant, virus hoc infecerat.

Hodie vero Mahometum omnes profitentur,

tur, nec fidem Christianam ferunt. Si vero serpenti huic cancro obuiam, antequam proserpat longius, non eatur, metuendum, ne omnes omnino gentes ac regna inter Oceanum occiduum & Sinum Arabicum interiecta occupet. Mandingæ enim, sectæ huic addictissimi, etsi à Mahometis sepulcro absint quàm longissimè, eodem tamen peregrinantes, abeunt, & quamcumque peragrant regionem, Alcorani imposturam commentaque deprædicant. Rex Catholicus anno circiter sexcentesimo horum factus certior, quo & hisce malis via præcluderetur, & fides Christiana in locis, quæ Mahometana nondum infecerat contagio, doceretur, Mahometanos præueniendo, Societatis eo viros mittendos censuit. Quæ res cum ad annum vsque quartum dilata esset, Bexerini, qui ante sua diffusuri commenta huc se conferebant, cognito post, Patres nostros in Africam commigrasse, & aliquos fidei accedere, deinceps nō sunt reuersi. At cœpisse nihil est, si felicia initia non promoueantur, tam lætam spondētia messem. In quam rem necesse imprimis est, multos operarios prædicatoresque virtute insignes & animarum salutis studiosos, mitti. Diuina enim auxiliante manu, rem Christianam mirifice illos, breui tempore auctūros, fit vero simile. Et sane hic expeditioni adesse vnice videtur Deus, ethnicorum Christianorumque in damnationis hic statu agentium, facilem conuersionem, quin & cœlum reddens salubrius ac mitius. Qui enim hisce locis assueuere, testati sunt, ex quo

Deus huic expeditioni fauere videtur.

hic

hic exſtrui templa, & Sacroſanctum miſſæ ſacrificium celebrari cœpit, horrendas & fœdas tempeſtates, ante hic frequentes, deſiiſſe, & miram ſoli fertilitatem, cœlique temperiem, ſecutam. Ad maiorem nominis ſui gloriam cuncta diſponat Deus. Iam in Braſiliam tranſeamus, & quid ab anno hic ſexcenteſimo ſupra milleſimum contigerit, diſquiramus.

CAP. LIII.

Res Braſilicæ. pax inter Luſitanos & Aimuros, gentem barbaram, initur.

EO res Chriſtiana apud Braſilios eſt loco, vt ſperandum ſit, breui ingentem barbarorum manum ad Chriſtiana ſigna tranſituram, & imprimis gentem (de qua tertio hiſtoriæ huius actum libro) illam immanitate in Braſilia notiſſimam, & illatis Luſitano malis nobiliſſimam, Aimuros vel Gaimuros, qui omnem circumquaque regionem peruagati, varia intulere damna, & Luſitanorum ergaſteria officinaſque etiam haud procul ab opido Baienſi, Ilheenſi, S. Aimari, & portu ſecuro euerterunt. nam ad centum & amplius leucas extenduntur. Verùm anno ſæculari pacem cùm Baienſibus & Ilheenſibus hoc quo ſequitur modo contraxere.

Aimuri Luſitanis varia inferunt damna.

Duodecim circiter ab opido Baiano leucis ad meridiem, in tractu, quem Cachoeiram dicunt, Aluarius Roizius Luſitanus, vir nobilis, multum agri & opum poſſidens, com-

commorabatur: sed varias ab Aimuris vicinis tolerabat iniurias. Is duas illorum comprehensas mulieres, ad sua pertraxit. Quarum una paulo post demoritur: altera ita est vsu domestico mansuefacta, vt etsi libera ad suos redeundi facultas fieret, ab hero discedere nollet, Lusitanos suis præferens; tum quod lautè benigneque ab iis haberetur, tum quod eorum agendi ratione caperetur; vt & sermonem didicerit. Eius industria & opera pacem cum Aimuris herus fieri posse sperat. Ergo in locum misit, in quo à suis, vt qui sæpe hic versarentur, audiretur. Hæc aliquoties eo se conferens, patrio notos compellabat sermone, at frustra: nam illa vel non audiebatur, vel ipsi non aderant, aut respondere nolebant. Aliàs tamen conspicata eminus quosdam, quænam esset aperit, & ad pacem ipsos cum Lusitanis, quorum humanitatem viuendique ritus extollebat, ineundam adhortatur. His dictis tum quidem discessum est, relictæque in loco in quo latuerat, vestes, commeatus, ferramenta varia, cultri, secures, aliaque, quæ, illa abeunte, barbari magno cum gaudio collegere. Aliquot dein menses vltro citroque commeando impensi, donec Maroti ceteris audacia ac securitate, quidam Aluarum Roizium, qui aliquoties iam ad Aluarum Caraualium opidi Baiani præfectum ea de re perscripserat vt tanti momenti negotium Deo per preces commendari curaret, adiere.

Pacem cum iisdem inire conantur Lusitani.

Tandem

Tandem ergo post varia postulata aliquot mulieris huius consanguineos actuaria ipse munita ad Baiensem præfectum destinat. Credebant hi eo se habendos modo, quo ipsi Lusitanos, (quos interceptos iugulant & deuorant;) adeo vt mirarentur, vbi se in hostium opido impune habere, quin etiam, quasi perpetua cum Lusitanis amicitia iunctos, benignissime tractari vident. Datæ quippe, quibus se tegerent vestes, annuli, catenulæ aliæque vitreæ ad vxorum & liberorum ornatum, illis stupentibus, elegantiæ. Quam Lusitanorum benignitatem mirati, ad suos reuersi, donaria suis quisque monstrabat. Hinc quinquaginta adolescentibus animus & ardor accreuit, vltro Caranalii adeundi. Barbarorum horum conspectus, tanta opidum omne & vicina compleuit lætitia, vt in gratiarum actionem Deo iussa sit & indicta supplicatio: quæ gaudentibus vniuersis in Collegio societatis finita, & hic, concione eadem de re habita, conclusa.

Humanitate vincuntur.

Iisdem diebus tanta ad Aluarum Roizium multitudo barbarorum confluxit, vt quo illos exciperet in ædibus locus non sufficeret. Misit ergo ad Baiensem præfectum percontaturus, ecquo cum his ageret modo. Visum concilio, aliquam eorum partem in vicinam insulam, cui Taparica nomen, mittere: in qua si quod malum machinarentur, ipsum exequi prohiberentur, & Societatis Patres iis viciniores forent, à quibus Creatoris notitiam, mores, & pietatem Christianam docerentur.

In insulam pleriq; mittuntur.

Orant

Orant ergo Rectorem collegii, aliquot, vt suorum huc mitteret. Nec vanæ preces. At non eum quem sperabant, res exitum habuit, ob loci quem delegerant inclementiam. plerique enim contracto morbo exstinguebantur. Ita autem hæc proserpebat contagio, vt omnes in præsentissimo versarentur periculo. præclara exercendę caritatis occasio hic Patribus oblata; dũ noctu diuque ægris sedulo impigreque adsunt, & temporalia spiritualiaq; suppeditant auxilia, iis præsertim qui ad extrema venerãt, quos prout poterant, solabantur. Etsi vero linguæ essent ignari, per interpretem tamen cognitu ad baptismum recipiendum necessaria tradebant. Bimestri & amplius spatio his detinebantur, eo quidem studio, vt cum nonnisi tres essent, senorum tamen laborem subirent: vt singulari Dei factum sit nutu, nullum è diuturna vexatione & molestia, morbum illos contraxisse. Verum vbi increscere vidẽt malum, præfecto de mutandis sedibus perscribunt. Re deliberata per varia eosdẽ loca spargere placuit. Hinc nonnulli ad officinas Aluari Roizii, alii ad duos pagos Baiensi opido oppositos, quibus duo sociorum præsunt, missi. à reliquis Brasiliis hic commorantibus humane amiceque sunt excepti, etsi illi hostilia ab hisce & iniurias sustinuissent.

Sed hic morientibus plerisque alio commigrant.

Ad aliquod quidem tempus quiete hisce in pagis egerunt, sed parentum, quos in siluis reliquerant, tacti desiderio, insalutato hospite, inde clam omnibus, dolentibus Patribus, & op danis vniuersis, dum illos minime reditu-

Nonnulli ad suos redeunt & reuertuntur.

tos ſperant fugiunt. At Deo rem longe ſecus diſponente, paulatim redeunt, his redeuntibus abibant illi. Aliqui ad opidum ſe contulere, vnde læti domum, ob humanitatem exhibitam, concedebant; alii linguæ Luſitanæ in pagis Braſiliorum, alii in collegio ſociorum ad diſcendæ applicìti fuere, primum ipſos patres intelligant, ipſi dein ipſorum ſermonem ediſcerent. Omnia ex voto ſucceſſura ſpes eſt, idque interceſſione Deiparæ, cui opus hoc dedicarunt: vt quę deinceps in Ilheenſi opido contigere manifeſtant. Nam cum Aimuris ex oppoſito habitãtibus, eo quo commemorabo modo, etiam pax coaluit.

Aimuri Ilheo proximi, manſuefacti.

Opidum hoc, vel vt Luſitani dicunt, colonia aut præfectura, triginta ad meridiem à Baiia diſtat leucis: infeſtabant hoc, vt alibi dictum, Aimuri, qui quadraginta ipſis annis tam atroci ipſũ bello exagitarunt, omnem vt circumcirca regionem vaſtarint: & ſane ipſum euertiſſent, in eiuſdem conſeruationem Baiæ præfectus Caraualius inuigilaſſet. Tandem & cum Ilehenſibus Aimuri, Dominici Roizii ſocietatis Ieſu coadiutoris opera pacem ſanciuere. hic cum recenter è Luſitania appulſus in collegio Baienſi ageret, Aimuris huc primum venientibus, ita erga illorum conuerſionem affici cœpit, vt linguę eorum ediſcendæ gnauiter incubuerit, & mediocrem breui eiuſdem ſit cognitionem aſſecutus. iniectum etiam viro deſiderium ad ipſos proficiſcẽdi ad pacem incitandi, & fidem Chriſtianam docendi. quare hanc à ſuperioribus ſibi demandari prouinciam petens Ilheum miſſus

eſt,

Dominicus Ruiz ... Soc. I. ... eosdem accedere ... natur.

est, vbi sociis etiã exstructa dom⁹, & vnde facile ad eorũ salutẽ ꝓcurandã proficisci poterat. Ilheum vt appulit, incolas orauit, vt si quã barbarorum turmam conspicerent, ad se referrent: sperare se quippe illos ad vrbem & pacẽ reductum iri. Ridere eius ꝓpositum alii & fieri posse negare, vt sanguinolẽta illa gens, cædibus & lanienæ hominum assueta, pacẽ ineat cum iis, quos, præterq̃ ad saginam & mensam, exosos habebant, & à q̃bus vicissim plurimi ipsorum, variis in conflictibus fusi interiissent. Non idcirco à ꝓposito desciuit Dominicus, sed & superiori loci desideriũ, spemq; quam de pace ineunda conceperat, aperit. Annuit tandem postulatis superior, & se comitem obtulit, statim vt cognitum esset, vbi nã agerent. Paulo post id cognitum nam nuntiatũ, haud procul à fluuio, sesquileuca ab opido, dissidere. Horum facti certiores, re per preces Deo commendata, canoam (cymbæ genus est) superior cum Dominico, & præfecto opidi aliisque duobus conscendit. Alia subseq nauigia iubent, sed magno interuallo, ne pauorẽ barbaris incuterẽt. Vbi ad Aimarorũ deuẽtũ sedes, Dominic⁹ eos patria cõpellauit lingua, pacẽ cum illis se initurũ venisse exclamãs, ꝓinde ne metuerẽt, neu malũ aliq̃ inferrẽt. Audiuere q̃dẽ loquẽtẽ, sed detegere se noluere: tandẽ tamẽ, Dominico instãte latibulis prodeunt, arcubus instructi, & solos Patres, q loquebãtur, ad colloquiũ in ripa, q̃ eminus digito cõmonstrabant, inuitant. Metuebant Lusitani, ne ꝙ patribus malum inferrent. ꝙ similiin casu alias à barbaris male habuissent. at Domini-

Eos ... loquuntur ... ad ... ducunt.

 cus

cus, sola in Deũ fide armatus, bona superioris cũ veniã (à quo benedictionem ante accepit) solus, ad eosdem nauigat. Etsi autem instarent Lusitani, ne socium sacerdos tam euidenti exponeret periculo, non ideo tamen cessit. Vbi ad barbarorum stationem peruenit, etsi nauigatio non egrederetur ipsi, sepositis arcubus confluunt. Tum aduentus causam aperit, ad pacem scilicet ineundam, & farinam quam ipsi inprimis expetunt, adferre se ait. Benigne audiuere singula, sed illis farina fuit longe gratissima. Tum vero quo arctius fœderis vinculum foret, expedire ait, aliqui vt secum in opidum concederent, quos postridie se eodem sisturos loco promisit, & in aliorum vsum, farinæ plurimum. Non displicuit barbaris consilium: hinc omnibus ad opidũ ire contendẽtibus, tres solum, (nã plurium capax cymba non erat) admisit. Vnum vero, qui quod nõ admitteretur succẽsere videbatur, signo dato Dominicus, in aliam quam submittebat, inuitauit. at ille moræ impatiens, nando ad socios peruenit. Rei huiusce fama, ante in opidum relata, quam rediissent patres: hinc tanta opidanos incessit lætitia, vt in portu ipsos exspectarint, magnaque humanitate exceperint, mirati gentem adeo immanem, & maleficiis illatis infamem, tam fidenter ad opidum confluere. Barbari quidem adeo sibi metuebant, vt Patris ac socii pauidi latera premerent, indiuulsi eorum comites, nec prius deseruere quam domũ concessissent. Postridie eodem vnde venerant, remissi, & cæteris farina allata, quos in

Magna humanitate excipiuntur.

ripa

ripa sociorum aduentum præstolantes, repere-re. Vbi ripæ accessere cum barbaris Patres, alii in ripa stantes, non exspectarunt donec nauigantes per otium excensionem facerent; sed brachiis eosdem violenter, magna cum gratulatione & plausu extraxere. In terram cum descendissent, quidam ex illis, quos in opidũ, Dominicus du-xerat, sagittarum mox, spectantibus aliis, in pacis argumentum, aciem fregit. Tum alius ex iis qui remanserant orationem ad suos habuit, qua (vti Dominicus, qui eamdem intellexerat, retulit) & bellum exstinctum docebat, Patres & viros integerrimos arcu nec sagittis instructos esse, neu cuiq̃ maleficium irrogare, A quibus cum vltro aduocarẽtur æquum videri sequi. Tum omnes ad eos confluxere & matres suam ostendere supellectilem & sobolem. duos vetula quædam adducebat liberos, orans, vt secum illos assumerent, & aliquot ferramenta darent; at ea lege ne ab iisdem discederent. Triginta tum quidem adducti, neque enim plures nauigium capiebat, licet alii admitti vellent. Sacerdos ergo cum socio triginta hosce feros secum in opidum duxere. Opidanos hæc ita res recreauit, vt non exspectantes donec excensionem Patres fecissent, è naui in collegium, sublatos in aerem gestarent. Quatriduana fuit hæc vltro citroq; commeatio, adferebant semper farinam & alia cibaria patres, & vicissim barbaros in opidum reuehebant, quos in Lusitanorum mittebant ergasteria, donec locum, in quo simul omnes agerent, constituissent. Ita igitur erga patres barbari affici cœ-

Barbari oratio pacẽ instrum declarantis.

Quomodo ad humanitatem traducti.

pere, vt ipsorum amittere conspectum ægrè ferrent, & illorum gratia etiam quiduis exequerentur. Mulieres, pueros ęgros Patribus, quos Dei dicebant filios adferebant, quo eosdem sanitati restituerentur. Quin etiam in siluis dum agerēt, primari⁹ aliquis capitis dolore fatigatus, Lusitanos orauit, sacerdoti se vtpote male habentem, sisterent. Ad se adducto patres aliqua medicamenta cū adhibuissent, breui ab omni fuit ægritudine liberatus. Nec ingratus exstitit. Hinc pręclare de patribus sentiunt, affectuque ipsos prosequuntur eximio, paternum siquidem necessitatibus & corporis & animi pressi in ipsis amorē experiuntur. Vbi ingens multitudo confluxerat, de iis vnum in locum congregandis dandisque viritim agris quos colerent, actum est: quo paulatim mansuescerent, cæteris Brasiliis, sensim ad humanitatem efformatis, permiscendi. Cui rei initium daturi patres, dicto crucem quinquaginta palmos longitudine exæquātem, magno barbarorum cum gaudio figunt loco. quam viri simul & fœminæ ad destinatum tulerunt pagum, & magna lætitia & plausu erexere, etsi crucis virtutem sanctitatemq; ignorarent, sed eo quo potuit modo sacerdos eam exposuit, diuinam deprecatus clementiā, vt suaue crucis iugum gens hæc posthac susciperet. Pacē cum hac Aimurorum manu constitutā, duos ex vniuerso ipsorum numero, elegerunt patres, qui è siluis & saltibus socios exciterent, initamque cum Lusitanis pacē, simul & illorum munificentiā declararent. Nec defuit præconū industria: nam paucos post dies reuersi ducentos ac quinquaginta sagittarios, la-

Duo ad Aimoros relIquos profecti plurimos adducunt.

tertoſos & proceros, à prioribus tum pulchritu-
dine, & corporis mēbrorumq; ꝓportione, tum
colore differentes (nā pleriq;, viri ſimul ac fœ-
minæ candore cum Germanis certabant) addu-
cunt. Hi Braſiliis manſuefactis, qui Petiguareſiū
pagum incolebant, terrori fuere. Viſa. n. eminus
aduenientium turma hoſtem rati, deſertis agris
quos colebā', & omni inſtrumento ruſtico, fugī
ineunt. Sed tādem per duos illos præcones, præ-
currētes de tota re certiores redditi; fractis in pa-
cis ſignū telis, ac reſumpto animo, duos illos, ſi-
mul & alios decem, q recenter adueniebā', (inter
quos erat elegātis vir ingenii & diſertiſſim⁹) cym-
bis excepere. Hi in opido patres adiere, magna ar-
cuū copia allata, quorū magnitudo omnib. ſtu-
pori fuit. Hos patribus in pacis & amicitiæ argu-
mētum dedere, & viciſſim farinā, edulia, ſecures,
aliaq; ferramēta accepere. Vbi ad locū in quo ce-
teri maſerāt, ventū, tāta animi gratulatione & af-
fectu Patres ſimul & præfectū, ac reliquos Luſi-
tanos comites, amplexi ſunt, ac ſi amicitia perpe-
tua vincti fuiſsēt. Hinc tā familiariter viūtur pa-
tribus, vt in collegio aſſidue verſentur, & ab illis
agnorū inſtar in omnib. dirigātur. In quo diuina
elucet potentia, dum q ante mores lupinos pſer-
rent in oues & agnos repēte mutauit. Idē & alios,
q in denſiſſimis hinc inde ſalrib. ſparſim agunt,
q ꝓpe infiniti, imitaturos ſpes eſt. Illos ergo qui
iuxta Ilheū opidū cōſederāt in duos diuiſere vi-
cos Patres, in quorum vno mille ducenti, in alio
quadringēti agebāt. Verū hæc hactenus; iam aliā
à duobus ſociis Baienſibus ad alias Braſiliæ na-
tiones inſtitutam miſſionem proſequamur.

In duos di-uiſi pagos.

CAPVT LIV.

Anno MDCII. ex opido Baiano ad alios Brasilios, aliquot religionis nostra ritus, sed superstitionibus fœdatos sectantes, iter instituitur; quis inde fructus secutus.

COllegii Baiani rector, cognito cum Aimaris pacem sociorum nostrorum opera stabilitatem, qui & ad opida varios, quo Christo initiarentur, deduxerant: duos suorum ad interiora regionis, qui incolarum animos exploraturi, aliquot ad caulam Christi perducerent, mittere constituit. Designati in hanc missionem Sacerdos & frater coadiutor eiusdem collegii. hi cum aliquot Brasiliis Baiani opidi accolis XXII. Septembris anno MDCII. itineri se accingentes ad Cachoeiræ pagos, de quibus ante, peruenere; inde ad interiora, amnibus, lacubus, locisque palustribus transmissis peruenere. At quod pedites iter instituerent, & confragosa omnis & montuosa sit regio, sæpè sentibus ac vepretis impediti, deorsum voluebantur. Vbi ad intima terræ peruentum, non nisi ad vsq; meridiem, ob intensos æstus, in itinere agebant; sæpè tamen non prius finem eundi faciebant, quàm aquam potabilem inuenissent, quæ sæpè non ante, quam defatigato corpore deficerent, occurrebat. Hinc in terram prostrati ad vicinos saltus alimēti cōparandi ergo Brasilios interim mittebant; at hi præter glires, ranas, serpentes, vel lacertas nihil afferebāt. Hæc quotidiāa erat esca, etsi iā inde ab initio desipuisset & fastidiū peperisset. nā à domesticis gliribus illi siluestres non discrepant. at

Iter duorū sociorum ad mediterranea Brasiliæ loca.

at omnia sapiebant esurientibus. Interdum & aprugna vescebantur, sed rarius. At sitis eos imprimis exagitabat. nam tanta telluris per æstatem erat ariditas, vt nulla nisi è lacunis fossisque, in quibus per brumam cœnosa stetit, aqua suppeteret: quam serpentes & reliqua animalia etiam bibunt, vnde morbos & non raro mortalem biben es contrahunt. Quadam die sitiente Sacerdote, Brasilius loco, vt credebat, aquoso, fodit; & post sudorem & operam aquulam reperit adeo quidem cœnosam, vt aquane an lutum esset, non dixisses. Hanc sitibundo in vrna siglina attulit gratum se facturum ratus: at adeo salsa illa & lurida erat, vt oculos bibentem occludere oportuerit. Vt bibit, aduolant repente Brasilii, ne biberet, dissuasuri, quod in fossa Ebiiara (serpentis genus est virulentissimi) conspecta esset. at cum antipharmacum non haberet sacerdos oculos in cœlum sustollens, Deo se vitamque commendauit: & illorum Domini verborum, *Si mortiferum quid biberint, non eis nocebit*, memor, nullum inde sibi euenturum malum sperauit. Et sanè & tum quidem & post aliàs nullum à veneno damnum sensit.

Quid in itinere tolerarint.

Hoc ergo modo, reliqua Septembris parte & mense Octobri, suum sunt iter prosecuti, sub Dio semper cœloque interdum pluuio dormitantes. Barbarorum pagis vi ini, nuntios ad ipsos misere. at missi in præsentissimo mortis agentes periculo, (& præsertim qui ipsos alloqueretur, dum necem barbari illi intentant) minimè se reuersuros putabant.

Brasilii Ecclesiasticos ritus imitantes. Quales autem hi sint, paucis aperiam. Brasilii aliquot à Lusitanis fugientes, forsan aut baptismo tincti, aut plurimorum fidei mysteriorum ignari, huc cum confugissent, multos Ecclesiæ ritus, aliis qui numquam cum Christianis egerant, declarant. Placuere hi tantum barbaris, vt eosdem æmularentur; & Christianos diceret, qui ipsos intueretur. Baptismum quippe conferunt, sed non ex Ecclesiæ præscripto, neç Sacramento essentialia verba proferentes. Iesu nomen viris, Mariæ Matronis omnibus imponũt: crucis habent vsum, sed sine vlla veneratione. Denique plures alios Ecclesiæ ritus obseruant. Diabolus quippe semper est simia etsi varias induat formas. Sacerdotes habent, quos continentiæ Sacramento obstringunt: quam si violarint, in ordinem redigunt, his præest, quem Magnum dicunt Patrem quem summi Pontificis partes & locum supplere volunt. Persuasit illis diabolus, tum demum perfectam illos sanctitatem nactos vbi incantator quispiam dira quędam super eos verba recitauit: tum vero ita se sanctificatos credunt, omnem vt præ sua sordere sanctitatem credant, & ceteros, talparum instar cæcutire, se solis videntibus.

Sacerdos illorum pagũ subit. Cognito autem sacerdos, missos non vsque adeo gratos fuisse, & incolas inde recessisse: præ metu illos fugam iniisse, sibi persuadet. hinc festinato opus esse suis edicit, quo locum (quem desertum credebat) inuaderent. hinc biduo cum abessent vno die non sine ingenti periculo, ac præsertim Sacerdos, qui ceteros anteibat,

eodem peruenere. Si enim, primus ipſe pagum ingreſſus eſſet, haud dubie illum barbari, dum illius & ſociorum vitæ moliuntur inſidias, ne caſſent. Propterea omni turba imbelli abacta, ſoli armis ferendis idonei aſſeruati. Octo ergo decemue Braſilii Patrum comites cum anteceſſiſſent, incolæ perterriti nullum iis damnum inferre auſi ſunt. Sequitur pone Sacerdos; & conſpectos ab vno latere quadraginta adoleſcentes velut ad pugnam inſtructos, alloqui de more cœpit. Oratione finita gratum illius eſſe aduentum ſibi, ſignificant. Erant inter hos primarii viri, & alter maleficorum iudicis filius; à quibus, domum ſibi concedi petit. nec ægrè id impetratum, vt quidem exterius oſtendebant. Circa veſperam autem appulit quem Magnum dicunt Patrem, quem telis ſagittiſque armati varii ſtipabant. Is vbi ad pagi vallum venit, inclamatum ſubito, Magnus pater adeſt, egredimini ad illum excipiendum. Magna id ab omnibus factum celeritate. Tum ille carmen quoddam auſpicatur, quod nemo Braſiliorum, qui cum Sacerdote venerant, intelligebat, forſan nec ipſi cantantes. Verſum is vnum cum cantaſſet, ceteri Sacerdotum noſtrorum horas in choro decantantium ritu reſpondebant. Sacerdos noſter foras ad paſſus aliquot progreſſus, illo virum in ſtatu reperit, quaſi doctrinam traderet Catechiſticam, varias ineptias & abſurda eidem permiſcens: vti, *Sancta Maria, Tupama Remireco*, id eſt, Sancta Maria, Dei vxor, & cetera. Flexo poplite in Cœlũ oculos ac manus apertas, ſacrificãtium inſtar, ſuſtollebat. *Amicè excipitur.*

Cui

Cum mago Patre agit.

Cui sacerdos aduentum est gratulatus. ille vicissim sacerdotem amplexatus, non miraretur, ait, si intra siluarum lateat abdita, quod ab hominib. conspici nolit. Nocte is sequenti adolescentem laqueo necari iubet, quod sacerdoti nostro adhærere vellet. quo de facto cum sacerdos illi loqueretur, id se fieri iussisse negat; at ab hero adolescentem lite inter ipsos orta suspensum. Postridie Patri diem dicit, de rebus aliquibus cum ipso collaturus. qui non abnuit certamen. Cum ergo in tumulo, extra pagum conuenissent, Brasilium, quem secum Pater duxerat, ante loqui voluit. Oratione huius finita, suam sacrificulus auspicatur, longisq; ambagibus suiipsius encomia depromsit sanctitatemq; iactauit. sed ea verborum ineptia ac tædio, vt ipsum minime ferēs sacerdos palā hanc se iactantiam ferre posse neget, neu se suosque ab eo edocendos venisse, sed viam cœli edocturum, & ideo se ad Ecclesiam illos adducere velle; videret autem quid facturus esset. Secuturum se respondit pater ille patratus, sed facto mox contrarium ostendit. nam per speciem vxorem & alios aduocandi, cum omnibus se abdidit, nec amplius comparuit. Priusquam autem cum suis sacerdos inde recederet, aliquot barbaros vltro sequi volentes collegit, cumque illis quo venerat itinere, ad opidum rediit.

Hunc Dea durari non potest seda-bios.

Ergo dum per saltus & deserta loca iter facerent, nuntiatum Sacerdoti, Brasilios aliquot ex iis quos adduxerat, defectis viribus vlte-

vlterius progredi non posse. Socius sacerdotis cùm fortioribus aliquot ad eos properat, cumque leucam iam confecisset, sub arbore prostratum barbarum, quam in sepulturam selegerat, reperit adeo quidem exhaustum, vt vix caput sustolleret, hic alios identidem retro relictos ait, non minus fatiscentes. Tum frater, comites suos ad reliquos quos per viam ægros inuenirent adducendos mittens, ipse miserum verbis qua poterat (neque enim aliam solandi habebat materiam) solatus est. Statuit ergo virum in humeros sustollere. quod vero magnum viæ esset inter vallum, brachiis vinctum in collum admittit, deinde pedes cingulo colligans, solo nixus scipione, ouem errabundam, boni pastoris quem Euangelium describit exemplo, humeris sustinens, iter ingreditur. *Magna erga ægrum caritas.*

Quod vero extremam baiulus hactenus famem passes esset (vt qui triginta ipsos dies nonnisi fructus quosdam siluestres, vt escula, manicobam siluestrem;) folia sunt, quæ tunduntur, tusa soli siccanda exponuntur, esui futura, etsi plane insipida) comedisset, adeo debilis & exhaustus erat, vt deficiente robore gelidus toto prorumperet sudor corpore. Non propterea cœptum deposuit onus, at collectis nonnihil viribus, suum est iter prosecutus. Vbi ad præcipitem confragosumque montem venit, quem manibus pedibusque reptando conscendere oportebat; ingentem in ascensu, maiorem in descensu molestiam sensit. Noctis erat crepusculum, quodque laniatos è vepretis spinisque

habe-

haberet pedes, vna cum sarcina è monte præceps non sine euidenti vtriusque vitæ periculo, ruit. At vterque, Dei gratia, sospes euasit. Ergo actis eidem gratiis, onus resumit, & iter prosecutus, vndecima noctis hora, ad locum in quo Sacerdos diuertebat, appulit. Hic reliquos post secutos exspectarunt; quib. appulsis simul omnes iter ingressi sunt. Cuius is fuit fructus, vt mille trecentos ac sexaginta & amplius ad Ecclesiæ gremium reduxerint. Is quidem itineris huius fuit exitus, iam alia prosequamur.

Mille trecenti ad ouile Christi reducti.

CAP. LV.

Duo Societatis Patres Carigios Brasiliæ gentem ad Euangelium inuitant: & tristis via huius exitus.

Carigii quales sint & vbi nam agant.

CArigii, vt alibi dicere memini, Brasiliæ gens sunt, indole docili, tractabili, & humanitate inter barbaros notissimi. A colonia Sanctorũ, quæ trans Vincentianam, ad austrum ad vsque flumen argenteum, centum leucarum spatio, per oram maritimam & variorum ripas amniũ, habitant: per agros autem & saltus, in interiori regione, ducentas complent leucas. Sæpe ad eosdem instituta profectio, vt iam ante vidimus, quo legis gratiæ iugum susciperent. sed conuersionis maior semper spes quàm res fuit: partim quod ab opidis Lusitanorum absint quam longissimè, partim ob alia impedimenta, quæ iam antè narrauimus, & post diductius referemus.

Ferdi-

Ferdinandus ergo Cardinius Societatis Iesu per Brasiliam Prouincialis, Carigiorem comperta multitudine, spectare cœpit, num aliqua ipsorum pars ut in aliis Brasiliæ locis fieri consueuit, Christo asseri posset. Statuit ergo huc aliquos suorum mittere. in quam selecti missionem duo virtute & animarum salutis Zelo insignes, & patrii sermonis periti Ioannes Lobata & Hieronymus Rodericius. qui etsi instantium periculorum, & laborum per iter tolerãdorum conscii, ob Dei tamen nomen multa patiendi desiderio, & animarum Zelo æstuantes, vltro in hanc apud superiorem nomina dederunt, sibiq; eam poposcerunt. quorum postulatis ille annuit, tum quo feruenti ipsorum satisfaceret desiderio, tum vero quod huic eos expeditioni idoneos sciret. Ergo Sãctorum opido duodecim circiter Brasiliis, qui apud Patres hactenus egerant, comitantibus, in viam se dedere: ad vsque lacum qui ab Anseribus nomen habet, mari vecti sunt. Ipse Hieronymus Rodericius litteris anno MDCV. sexta & vicesima Nouembris die datis, omne hoc iter conscripsit, è quibus nostram nos narrationem mutuabimur. *Duo Soci ad ipsos mittuntur.*

Sub ipsum itineris initium explorare eos voluit Deus. cymba enim, quam ad sarcinulas subuehendas emiserant, in reditu, littori illisa, oneribus saluis, diffracta est. quæ proinde onera terra Cananeam, viginti inde leucis dissitam, ferri oportuit. interim cum fame ipsi conflictabantur, laboribus insuper exagitati. *Eos Deus probat.*

Cana-

Cananeæ aliam compingi cymbam ad iter absoluendum iussere,& hac Piranacam (vndecim locus à Cananea abest leucis) tenuere. sinus hic est & æstuarium ipso Baiano patentius, in quo plurimæ & maximæ sunt insulæ. in continente nonnisi altissimos eminus videas montes. verum trans illos patentissimi occurrunt agri quadraginta leucarum magnitudine, pinorum feraces.

Hic magna Carigiorum agere multitudo dicitur; atque hoc interempti loco Petrus Correa & Ioannes Sosa, Societatis Iesu, quos Euangelii docendi gratia ad ipsos profectos libro tertio commemorauimus. Verum ad iter nostrum reuertamur. Hoc in sinu dum versantur, in nauem, qua triginta circiter vehebantur, inciderunt: erat hæc è numero nauium, quas Castellani in Chilensem prouinciam miserant. Post hanc, obuiam habuere eadem è classe Belgicam celocem, hæc vnda cymbam ita repleuit, vt educi per antliam non posset, vt iamiam mergenda, nequidquam impedire conantibus classiariis, videretur. Hunc autem sinum subierant, quod Vincentianum crederent. Dei nutu sane obuias hasce naues habuere, hi enim ipsis de commeatu rebusque omnibus necessaris, quibus imprimis opus habebant, prospexere, etsi hic magna ostreorum, quorum singula hominem pascerent, sit copia.

In necessitatibus ipsis adest.

Kalēdis Augusti, cælo sereno, marique tranquillo, tā horribile tonitru immugiit, omnes vt

con-

contremiscerent consternati, moxque atrox sinum hunc, alias quietum & placidum, ita concitauit tempestas, vt ad singula se momenta à fluctibus absorbendos crederent. Mari pacato flumen S. Francisci petiere, non ipsum; quod trans omnium Sanctorum sinum, in vndecimo altitudinis australis est gradu: sed aliud decem pene à dicto sinu distans leucis in sexto & vicesimo eiusdem altitudinis gradu.

Verum huc antequam peruenirent, flumen Guaratinam obuium habuere, in quo mira rubellionum abundantia; qui dein ad varia Lusitanorum opida deferuntur. Noctu flumen sancti Francisci inuecti sunt, & mox ignes conspexere duoque nauigia Brasilii comites aliquot, excensione facta, ad Carigios se delatos nuntiarunt. Lætantur tam cito sibi quos quærebant oblatos. hinc illis in ripa considentibus, quidam Carigiorum, mox vt illuxerat adest, rudem, qualem Lusitanorum ferre magistratus solent, manu præferens, hanc sibi ille virgam in opdo sanctorum datam aiebat. Is oratione ad eos habita, aduentum iis est gratulatus, & socios eodem mirifice docet recreatos. Quibus dictis accedens patres amplexus est: qui post sermones vltro citroque prolatos, illi valedicto suum aduerso flumine, præter patentem insulam, quæ in eo conspicitur, sunt iter prosecuti. Est enim flumen hoc maris instar piscosum, & vtrinque mira per agros casiæ & mellis abundantia. Varias feracesque in eodem, vt quidem exterius apparet, videas insulas. Patribus dum ventem quam

Ad Carigios perueniunt.

quærebant, non reperiun, hoc egressi flumine, trium leucarum itinere oram radendo, confecto, aliud occurrit, cui Itapocu nomen: perquo Gaspar Hortuna senio canitieque venerandus descenderat. Habitabat is tum in portu Itanhabenensi, & Piquerio, per medios Carigios transiens venerat, vt Patribus ipse post narrauit. Suasit hic, vt si Carigios adire vellent, tres quatuorue naues, quibus pellium & promissa ꝓ patrię more cęsarie deformes veherē ut nō ęm[illegible]ēt, ne fortè Tupinaquinos, quibuscū assiduo cōflictant bello, crederent. Putant quippe, omnes qui fluminis huius ostio ipsis propiores sunt, huius esse gentis, nisi eo quo dixi more vestiantur. Ipso D. Laurentii peruigilio, ad sanctæ Catharinæ insulam adeo celebrem applicuere, ad cuius introitum, qui Boream respicit, crucem in terræ extremo fixam conspexere. Ipsi quoq; in omnibus quæ adibant locis, hoc Iesu Christi erexere, illius quodammodo nomine horum locorum possessionem adeuntes, vexillum. Binoctio hac in insula ob cœli inclementiam hærentes ad proximum Carigiorum portum perrexere, quem Patos (quod inde per flumen ad lacum Patos, id est anserum, pateat transitus) aut à Dom. Roderico nuncupant. Huius in conspectum cum venissent, vasta caput exerit balena. quam, priusquam sese moueret rupem prominentem credebant donec fundum peteret. Vna à portu leuca dum absunt, plurimæ nauem circumcinxere. & vna adeò quidem vicina, vt remigibus impedimento foret, quæ ne nauem dorso subuerteret,

Insula S. Catherinæ.

Portus Patos vel Roderici.

A balenis imminens periculum.

teret,

tèret, nemo non metuebat. At cum aliquoties cereos agnos in mare deiecissent Patres imminens à balena, discrimen euasere.

Tandem ergo dictum portum tenent nauigationis finem; præ lætitia crucem figunt. Adsunt biduo post quindecim circiter Carigii, à quibus gratanter accepti, benignèque habiti. Quod autem dulcibus amara permiscere soleat Deus, tristi ac funesto casu nouum hoc gaudium repente diluit. Carigii enim hi cum cymbarum, quas patres secum duxerant vnam omnes conscendissent (nam duplici ad iter maturandum venerant) ipsa inuersa fundum petit, simul & quidquid eadem vehebatur. Tametsi autem aliqua educerentur, omnia çorrupta nulli postmodum vsui fuere, præcipue libri, breuiaria aliaque huiusmodi.

Hinc ad alium concessere pagum, in quo baptismo paruulum donauit Rodericius, cuius anima non multo post hoc mundata lauacro ad conditorem euolauit. Ipso Assumptionis Deiparæ, alium ingressi sunt locum, in quo binæ duntaxat domus. hic extemporaneam excitant ædiculam, ad sacra celebranda, & doctrinam Christianã docendam. Indignatus autem satanas antiqua se possessione deiici, quibus potuit modis remorati patres conatus est. Nã pridie D. Bartholomæi, die sereno, fœda extemplo ventorum, nimbrorum, tonitruumque procella exorta omnibus horrorẽ incussit. Vento deiecta imago, quam in ædicula collocarant, antependium aræ ipso permaduit imbre,

Sacrificium Missæ impedire conatur diabolus.

 sacro-

ſacroſanctum impedire ſacrificium conante cacodæmone. Quod poſtridie multo apparuit manifeſtius. Etsi enim hic rariſſimæ ſint muſcæ vbi tamen ad ſacra ſe dicenda accinxere, tanta ædiculā inuolauit copia, & adeo quidem importuna ac moleſta, & abigi fugarique non poſſent, vixque tremendum ſacrificium celebrari potuerit. hinc, quo magnus ille Beelzebub muſcarum princeps ſanctiſſimum hoc atque auguſtiſſimū ſacrificium odio proſequatur, facile patuit. Ad aliquot hic menſes ſubſtitere, doctrinæ ſacræ cōpendia incolas edocētes, quibus res ſummopere placuit, hinc plurimi baptiſmati inhiarunt nonniſi tres tamen infantes viſum fuit abluere, quorum vnus paulopòſt demoriens cœleſtem beatitudinem adiit. Acerrima hic & humida eſt hiems, quod regio omnis lacubus paludibuſque abundet, & venti aſperiores graſſentur. Iam inde ab opido Dom. Roderici aduſque Berpetiblam, quadraginta aut circiter leucarum interiectus eſt ſecus oram maritimam, ager: ſed arenoſus, vt à mari ad vſque montes nulla terræ ſit gleba aut lutum. Hinc vehementi per æſtatem torretur æſtu. Carigii hiſce in campis domos ſuas habent, iuxta nemus exiguum, ſtramineas quidem, ſed ſcitas, ſexaginta circiter pedum longitudine ſingulas autē domos pagos dicūt, adeo vt in hoc loco, in quo nonniſi 35. domus numerātur, triginta quinq; cōſtituant pagos, etſi plures exiguo ſint territorio. Caput aut ſuperiorem, à quo dirigantur non habent. hinc rara inter eos cōmercia & mutua conuerſatio, quiſque dū ſuā

Carigiorū mores.

rem

rem agit. Plerumque varias vxores habent, liberos tamen paucissimos. Vnde telluris arguitur infecũditas. Vasa ahenea opes sunt & thesaurus, & rosaria de collo plurima gestare decori ducũt. Inaures gestant longiores, ad quarum extrema argenteæ aut æreæ pendent lunulæ: eædem & de capite dependent. Lacus hic frequentes & patentes, & inprimis qui Patos dicitur, qui nouem circuitu, vnam latitudine hic, alibi plures leucas, complectitur. Montes hic etiam arenosi, & eminentes conspiciuntur, sed arboribus consiti: ceruis hi aliisque feris, ac præsertim tigribus abundant. Gossipii ferax tellus non est, sed filum, è quo retia cassesque texuntur, aliunde inuehitur. Vinum vtrumque progignit, etsi ipsum vix bibant incolę, mulieres autem penitus abstemiæ sunt, quod in Brasiliis miraculi habendum loco. Nihil omnino oculis gratum conspiciunt, quin expetant, etiam vel aciculam, eaque importunitate, vt non prius habentem deserant, quam petita obtinuerint. Ita commercio negotiationique dediti sunt, vt suas cum Lusitanis & Castellanis huc nauigantibus merces permutaturi, triginta leucarum iter conficere non reformident, pellibus retibus, fa[illegible]is, similibusq; onusti. quin & hactenus se inuicem in seruos exteris diuendebant. Si quem hostium viuum ceperint, pueris decennibus æqualibusque tradunt confodiendum, itaque equites illos creant. Miserum quinque aut sex tradunt pueris, qui tot ictus claua capiti impingunt, vt interficiant. pueris dein à talo adusque collum cultris pellis inci-

Regionis dotes.

Quomodo filios equites creant.

inciditur, poſt multorum dierum macerant ieiunio, ita vt nihil niſi ſtato tempore, & dietam præſcriptam, guſtare velint. Hæc equites creandi ratio. Incantatores & incantationes hic paſſim obuiæ. ſi quis ipſorum nullo herede relicto demoritur vniuerſa cum eo ſuppellex terræ infertur: ſi heres ſuperſit, huic cedit. Tumulo tugurium ſuperſtruitur, ne cadauer vexet pluuia. Seruos aliquot fugitiuos habent, dominis noxios. nam varia ipſis commenta mendaciaque enarrant, quibus ipſos à patribus alienant. omnes tamen baptiſmo Dei conſtitui volunt filii. Hæc Hieronymus Rodericius de gentis huius moribus.

Patres inopia laborãt. Tanta porro cum rerum penuria hic luctati ſunt Patres, vt ſi quando Mãdiocæ, magnitudine raphani, radicem nacti eſſent, beatos ſe crederẽt. ſæpe namque ſine menſa & cibis prandebant, & vt plurimũ incœnati abibant. vt fabas, quas ad ſerendum attulerant, cõmedere, & è farina parandis hoſtiis deſtinata, pultes conficere cogerẽtur. Hinc nouem ipſis menſibus nunquam ſaturos à menſa alimentorũ defectu digreſſos ſe ſcribunt: milii ſpicam nacti, laute ſe credebant refectos. Idcirco errare pateteos, qui omnem hunc tractum rebus humanę vitæ neceſſariis abundare tradunt, niſi forte dum vindemia, & leguminum meſſis eſt. qui autem hæc de fertilitate tradunt, cum illo huc tempore appuliſſent, perpetuum hoc & quotidianum eſſe credebant. At toto errant cœlo. nam præterquam meſſis vindemiæ trimeſtri, mira hic rerum penuria, vt ſuperiori-

rioribus litteris. P. Rodericius testatur;aliis autem vndecima Augusti anni sequentis datis ait, suis ipsos sibi manibus,paucula illa quę in subsidiū subpetebant, parare, lineas abluere vestes & calceos tritos resarcire, etsi hisce minime assuetos officiis, coactos. At omnium magistra artium est necessitas. Refert item, quo Lusitani, mancipiorū cōē aendorū ergo huc commigrātes, gentis conuersionem impediant modo simplicibus enim persuasuri, ne Patres sequantur, tum ipsi tum aliorum Carigiorum opera confingunt, quotquot hosce sequntur, crudeliter haberi, flagris cædi, in carcerem detrudi, diurnis nocturnisque laboribus confici & non aliá hos ob causam huc commeare, quam vt ad Piratiningæ fodinas abducant, & fame inediaq; emori sinant. Malunt siquidem ipsi Carigios ad se pertrahere, quam patribus illos auscultare: benigne se quidem habituros spondent, at vbi in potestate ipsos habuerint, torqueant, cruciant, &exagitant. Patres tamen eo quo diximus anno, ducendos baptismo tinctos fidei asseruerant, & ad oram maritimam perduxerant, quo aliis Brasiliis hic agentibus, & Christum indutis iungantur. *Quid Carigorum conuersionem impediat.*

Verum itineris huius exitus non sine ingenti dolore referri potest. Iam hoc in tractu paupertatē, & triennales quas diximus ærumnas Patres, subierant& iam cum ducētis illis ouiculis, quas Christo lucrati erant, redire ad reliquos Brasilios iam conuersos, haud procul ab opido,

fluuii Ianuarii (quorum curiones Patres agunt) commorantes, constituebant. Iam cymbis eos imposuerant, & ad opidum sanctorum appulerant, cum Lusitanus potens & locuples magna armatorum caterua stipatus, illis occurrit, & latronum ac prædonum ritu miseros adoritur, violenter inuadit, vincit, & pro libidine in seruitutem diuendit. Patres rei atrocitatem & nefas criminari ac rationi, æquitate, diuino simul id & humano iuri Regumque Lusitaniæ statutis hanc iniuriam vetantibus, aduersari clamare, at ille explodere monentes, ridere pie consulentes: viso quoque, vnum patrum cymbam conscendere, vt ad aliam Lusitanorum præfecturam concederet, suspicatus illum; auxilij aduersus hanc iniquitatem petendi causa, magistratum adire velle; illum ex insidiis intercipit, strictoque necem minatur ferro, si vlterius procedat. Redire ergo compulit; humanam castigationem euasurus. Verum hanc etsi euadat, Dei tamē qui acriorē de huiusmodi sceleribus, pœnā deposcet, & strictiorē rationē exiget, dextram minime illum crediderim in sæculo futuro euasurum, forsan & in hoc, nisi resipiscens agat pœnitentiam. Verum de hac missione hactenus, iam aliam ad Tapoias institutam prosequamur.

Lusitani cuiusdam nequitia.

C A-

CAP. LVI.

Duo Sociorum ad fluuii Maragnonis accolas Tapoias mittuntur, à quibus horum alter, dum fidem Christi edocet, interficitur.

A portu & opido Pernambucano (quod in octauo altitudinis Australis situm gradu) ad vsque Maragnonem fluuium, cuius ostium Aequator disterminat, ora est ducentarum penè leucarum, ad Brasiliam spectans, à variis inhabitata Barbaris ac siluestribus, inter quos, qui à Pernambuco remotissimi sunt, hactenus fidei lumine caruere. Sæpe quidem ipsum iis adferre conati sunt Patres, eo quo alios demulcere satagentes modo, pacem scilicet ac societatem Lusitanam offerentes, quo ad ipsos, hac viam sternente, pateret aditus, & Euāgelio ianua aperiatur. At quod periculosa ac perdifficilis ea foret expeditio, quæ & prudentes & generosos posceret pugiles, tum quo arte barbaros sibi deuincirent, tum vt laboribus quibus se exponebant, ferendo essent, imprimis vero, vt huc diuinitus destinarentur, æquo & opinato, diutius res dilata. Tamen, quo res succederet modo, placuit, missis anno MDCVII. eodem duobus Sociis, Francisco Pinto & Ludouico Figuerio tentare. quorum ille quartum & quinquagesimum agebat annum, rerum Brasiliensium & linguæ patriæ imprimis gnarus, laborum insuper tolerantissimus, etsi corpore infirmo & affe-

Brasiliæ populi quibus nondum annuntiata fides.

cto. Is iam quinies ad interiora Brasiliæ perrexerat, errantes ouiculas, barbaros inquam, ad Ecclesiæ ouile adducturus. Virtutum quoq; sectator erat studiosissimus, orationi mirè deditus & eo honoris diuini & animarum ardebat Zelo, eius vt siti vniuersa non sufficeret Brasilia, vt qui orbem totum spe deuor asset. Hanc sibi missionem à Superiore ipse petiit, vt qui templa vbiuis terrarum, ad vsque Maregnonem, alio nomine Orellanam, aut Amazonum fluuium, construere vellet. Collega ei datus Ludouicus Figuerius ætate quidem iuuenis, at virtuti us canus, alijsq; doti us, ac doctrina, & animarum Zelo maxime insi nis. is hanc missionem cùm am iret, etiam impetrauit.

Franciscus Pin us huc missus rogat.

Socius ei datus Ludo uicus F ne rius.

Am o ergo ex P ouincialis & Iacobi Botellii loci præfecti præscripto, Pernambuco mense Ianuario, anno quo dixi naue conscensa, Zagnaribam vicenis inde distantem leucis appulere. Inde reliquum ped bus, neophytis Tapoiis, eorum quos quærebant, cognatis comitantibus, centum ac viginti leucarum iter per cœnosa ac palustria loca, quod hyems foret, confecere. Hinc sæpe nudipedes incedere eos oportuit, sæpe etiam per saltus sentibus ac vepri us inuios: vt nullum pateret iter, nisi quod Brasilæ duces manibus pararent. alimenta & commeatus erant herbæ & frutices, quos per viam colligebant. Peruenere tandem ad Ibigapabam montem, qui centum abesse ab Orellana leucis dicitur. Omnem hunc tractum incolunt, barbari quos Tapoias vocant. Per horum erat a-

Ad montẽ Ibigapã ã perueniunt.

groe

gros transeundum: ferro autem parandum iter. Visum proinde pacem iis offerre & fœdus inire. Etsi vero diuturnam minime futuram amicitiã ob barbarorum inconstantiam, metuerent, qui non aliam ob causam cum exteris fœdus sanciunt, quàm vt post incautos opprimant & mactent: tamen quod Patrum iter cœleste docentium illa nomine constituebatur, (quod apud Brasilas permagni fieri solet) ipsam Deo dante ineundam sperabant. Ergo cum triplici Tapoiarum gente, quam transibant, agere, & missis ad demulcendum muneribus fœdus contrahere placuit. Ad primos ergo nuntium mittunt, sed irrito euentu, mox alium. Illi tum ancillam emisere. quæ Patres huc appulsos mirata, ad suos reuersa, mira; & in primis visos à se Patres retulit. Sed ne tum quidem quidquam effectum. Quare ad secundos alium destinant nuntium verum hi nihil penitus responderunt. Tandem postremos duplici nuntio muneribusq; missis amplissimis, ad colloquium inuitarunt: suis & oculis Patres aduenisse cernerent, ac fidem conciperent. At itineris longitudinem causati barbari, adesse noluere.

Legatos ad triplicem Tapoiarum gentem mittunt.

Hinc Patres monte descendentes, vbi ad medium eius venere, denuo maioribus cum donariis Brasilios comites miserunt. Verum ea humanitate ac munificentia nequidquam capti, ipsorum latores confoderũt, præter octodecẽnẽ adolescentem, qui ad Patres, quos interficere decreuerant, (vti post horum vnum obtruncarunt, ipsos perduceret.

Exspe-

Tapeia legatos missos mactant, et in necem Patrum coniurant.

Exspectabant responsum Patres; quod dum differri vident, quod erat suspicati sunt, maximè vbi missorum nemo reuertit, post paulo de toto rei successu certiores redditi sunt. hinc imminens sibi discrimen vereri cœperunt. Verum ne Brasilas comites desererent, qui fuum hic iam milium seminarant, alias quoque ob causas, hinc digredi nonnisi re confecta noluere. Ergo anni sequentis initio, improuiso adsunt barbari, & telis Brasilios comites petunt, magno cum eiulatu & clamore. Vim hi illatam vt potuere propulsant; vt barbarorum nõ nemo occubuerit, alius vulneratus. Quod autem haud procul à Patrum tugurio, ad siluæ introitum, barbari irruerent, Franciscus Pintus, qui in eodem Horas canonicas decurrebat, audito aduenientium tumultu ac vociferatione, foras prosiliens inclamare cœpit. Tueri hunc Brasilæ comites conãtur, barbarosq; inhibituri, Patrẽ esse dicũt, q̃ iter cœleste docturus aduenerat. at nihil hæc morati barbari, necem viro se illaturos venisse iactant.

Defensores numero pauci, barbari plurimi erant. hinc Patré sui omnes deseruere, locum tenuit vnus duntaxat, robore & animo magnus, nec prius à statione decessit, quàm cæsus eodem occumberet loco. Hoc interfecto irruunt in Sacerdotem barbari, fustibus caput comminuunt, maxillas distringunt, oculosque erunt.

Franciscus Pintus ab ipsis necatur.

Aberat forte tũ Ludouicus Figuerius; idque Deo disponente, ne simul ambo occiderent. Cum enim à loco in quo Pintus occubuit, paululum distaret, puer ad ipsum præ aliis accurrens,

rens, ingeminat, subduc te Pater quantocyus. Ergo pueri monitu siluarum mox abdita petiit, in iisque quoad furor desæuiisset, delituit, ad necem, licet frustra, à barbaris quæsitus. quem cum non reperissent, & abitum maturarent, Patrum ingressi tugurium, cuncta diripiunt, & in iis apparatum omnem sacrum. Ergo asportatis omnibus ad suos magno cum plausu rediere. Illis digressis prodit Figuerius, & comitantibus ceteris qui fugam inierant Brasiliis, ad locum in quo Pintus occubuerat, properat mœstus: quem terra sanguineque fœdatum cum abluisset reti quam potuit decentissime impositum, ad montis radicem terræ mandare voluit. Interim certior redditus, Brasilam catechumenum in extremis agere, baptismum viro contulit: qui post paulo animam creatori Deo reddidit. Quem simul ac Pintum, & alterum illum Pinti propugnatorem, in Ibigapabæ radice sepelit.

Ludouicus Figulus se subducit.

Is fuit difficilis huius itineris exitus: è quo non alium tum quidem fructum elicere placuit Deo, quam vt Pinti labores, quos pro diuina gloria subierat, & desiderium maiores ob sanctum eius nomen & animarum salutem subeundi, tam præclara & felici vitæ catastropha compensaret. Nō minima tamen spes est, granū hoc frumenti, in terram prolapsum infinitos deinceps Christianos progerminaturum: cum sanguis eius innocuus, nō vindictā, sed veniam potius effusoribus suis apud Deum deposcat.

LIBRI QVINTI FINIS.